¶In latinum vertit Homerum, Herodotum, Thucydidem, & plures alios. Claruit in concilio Cōſtātienſi perſonaliter, ſub Sigiſmundo imperatore Anno dn̄i. M.cccexx. De quo ſic quidā ait, Quid ille cenſor latinæ linguæ mordaciſſimus Laurentius Valla, dira & exacta ſua repræhenſione ſibi peperit.

Nunc poſtq̄ manes defunctus Valla petiuit?
 Non audet Pluto verba latina loqui.
Iuppiter hunc cœli dignatus parte fuiſſet,
 Cenſorem linguæ ſed timet eſſe ſuæ.

Quid autem de conſtantini donatione, qua dotauit eccleſiam Romanam, ſenſerit, liber eius peſtifer indicat, quem vtinam vir tantus nunq̄ ædidiſſet, hæc Trittenhemius.

¶De Valla quoq; meminit his verbis Raphael Volaterranus.

¶Laurentius Valla primus fere noſtro ſeculo, qui orationem latinam nulla obſeruatione fluentē in cōpedes quaſi redegerit, ac in neruos obſeruationis antiquæ conſtrinxerit, ædito ſuper hoc elegantiarum libro, qui q̄uis in quibuſdam refelli poteſt, modum tamen poſteris oſtendit, viamq; ſtudioſis munijt, vt aliquid ipſi diligentius in copia, præſertim librorum poſtea reperta inueniant. Quintiliani in primis admirator, ſimul & imitator. Maledicus alioqui in omnes. Contra ipſa demū religionem latrauit, ſcriptis quoq; probare conatus eſt, nullum ius ſiue munus Imperij Pontifici conceſſum. Ex quo defuncto nō defuit qui diſtichon huiuſcemodi iactaret.

Ohe vt Valla ſilet, ſolitus qui parcere nulli eſt.
 Si quæris quid agat, nunc quoq; mordet humum.

¶Petri Ægidij Antuerpenſis pro Lauren. Valla.
Epigramma.

Fatales poſtq̄ ſoluit Laurentius annos,
 Extimuit tantum Rhetora Pluto nocens.
Iuppiter hunc ſacro non dedignatus Olympo,
 Facundo Maie præpoſuit genito.

# EPISTOLA.

LAVRENTIVS VALLENSIS IOANNI TORTELLIO ARETINO cubicvlario apoſtolico theologorũ facundiſſimo.S.P.D.

LIBROS de linguæ latinæ elegantia(mi Ioannes vnicũ amicitiæ ſpecimẽ & omnis ſcientiæ decus)olim iã tibi debitos,totieſq̃ abs te efflagitatos,& tanq̃ creditore repetitos/tandẽ exhibeo,nominiq̃ tuo dedico:ac velut æs alienũ perſoluo.Et(vt longioris moræ dem pęnas)etiã cum fœnore,eoq̃ tanto vt ſorti par ſit.Nã quũ ſex eſſent libri:quos tibi/cui omnia debeo) repromiſerã,nunc totidẽ ad illos accedunt,eiuſdẽ Germanæq̃ materiæ,& quaſi ſemiſſi ſemis additus explet aſſem lucri.Feciſti itaq̃ tu longã quidẽ expectationẽ.Verꝫ ipſius expectationis non negligentia mea,ſed cõſiliũ extitit cauſa.Nolo enĩ fraudare bñficiũ meum gratia ſua.Siquidem nullã aliã rationẽ inire poterã,q̄ libros iiuſſu meo(vt ſcis)æditos & in plurima exẽplaria tranſcriptos tibi dicarẽ,niſi & repurgarem diligentius,& (quod maiꝰ ẽ,aliorꝫ veluti reliqui corpis acceſſiõe p̄fectos me emittere teſtarer,vt nemo niſi ab hoc fonte & eius riuis noſtrarꝫ elegantiarꝫ aquas ſibi hauriendas exiſtimaret,nõ ſolũ vberiore gurgite,ſed etiã nitidiore.Quo magis & ſpo & opto libros hos abs te in ſummi pontificis bibliotheca repoſitum iri:teq̃ curaturũ,vt ille cuius contubernalis es,& ſtudiorꝫ intimus comes,nõ nunquã eos euoluat:& quẽadmodũ de parte iam fecit/totũ opus laudet/eximiũ profecto ac maximũ laboris mei fructũ ac p̄miũ.Nã quis vberior fructus aut quod magis opimũ p̄mium generoſo animo cõtingere poteſt q̄ laudari a laudato viro?vt ille apud Accium inquit.Gaudeo abs te laudari pater laudato viro.Etenĩ quiſnã multis iam ſeculis laudatior extitit,quive ſit magis iure laudãdꝰ,q̄ noſter omniũ pater ſummus pontifex.Nicolaus Quintus?qui non magis prudentiſſimorꝫ hominum iudicio electus eſſe,q̄ natus ad illã dignitatẽ videtur,quẽ deus nobis p̄bens ſingulari quadã hoc ſeculũ eſt beneficẽtia ꝓſecutus,& quo ſoſpite(vt eſt hominũ opinio)res humanæ futuræ felices ſunt. Adeo neſcias an virtus eius,an dignatio inter hoĩes magis emineat,& inter ipſius virtutes,quæ cui præſtet,ſi qua modo p̄ſtat & non vnaq̃q̃ oẽs in ſe numeros habet,niſi vt ꝙ quiſq̃ maxime virtutem aliquã colit,ita maxime ad eſſe huic illam exiſtimat.Veluti tu nonnũq̃ atq̃ ego prudentiã quũ cæterarꝫ rerũ,tũ vero literarũ. Quid enĩ tã arduũ,tã difficile,tã profundũ,quod non conſilij altitudine expediat,conficiat,trãſigat? Tot ſummi pontificatus quem prope lacerum ac naufragum acceperat negotia,quibus diſtringitur,quorũ pars quẽlibet aliũ deprimeret,vnus omnia curat,omnia ſuis humeris ſuſtinet,vnus omnia obit,&(quod magis noſtram admirationẽ auget)non fortiter modo,ſed etiam libenter.Diuina nimirum eſt in eo ingenij celeritas ac vis.Iam vero de literis quoties nobiſcum aliove quo erudito poſt fluctus occupationum loquitur.Taceo qua pronuntiandi maieſtate & gratia,quanta memoria,quanta rerum copia,quanta doctrinarum omnium peritia eluceat,vel humanarum,vt hiſtorice,vt oratorie,vt grãmatice,vt phiſice,vt poetice,etiam metrice,vel diuinarum,vt theologiæ,vt omnis iuris,vt eius quẽ Græci μεταφυσικην vocant.Nihil ita arduum,itaq̃ abditum,quod eum fallat.Nihil ita tenue in literis exiguũq̃(vnde haud ſecus miror)qđ eum fugiat,eoq̃ nunq̃ minus loqui,magis attendere mihi libet,q̄ quum ipſum audio,pace tamen eius dictum ſit,non minus ornat illã dignitatẽ,q̄ ab illa ornetur. Nec ego minus veneror eius virtutes apud me,q̄ datas a deo apoſtolicas claues,quũ præſertim ſcientia ſacrarũ literarum claues vocetur,ab eodẽ deo tributa,quæ aperit,& nemo claudit,claudit & nemo aperit.Itaq̃ vtraq̃ manu claues geſtat,ſapientiæ altera,altera poteſtatis. Quare(vt libere qđ ſẽtio dicã)vel magis mihi letãdũ atq̃ gloriãdum erit,ſi a tam integro,tam ſancto,tam ſapienti viro,q̄ ſi a ſummo pontifice laudabor. Sũmi enim pontifices multi fuerunt,ſed qualis hic,vix vnus aut alter,quẽ abſit,vt emerendi fauoris gratia impẽſius laudauerim,quippe qui ſciã & me improbaturos homines ſi mentiar,& illum talẽ eſſe,qui nec ſeipſum ignoret,& teſtimonia ſuarũ laudũ malit in pectoribus eſſe q̄ in linguis.Neq̃ velim te hanc ei epiſtolam oſtendere.In qua & ſi laudatur,id tamen nõ ideo fit,vt has laudes ipſe,ſed vt cæteri legant,&(quod ad nos attinet)magna ſane honori tuo ac meo fiet acceſſio ex hac Nicolai põtificis cõmemoratione. Etenĩ ſi in arcubus triũphalibus,& columnis,cæteriſq̃ id genus operibus in honorem aliquorꝫ extructis,quo ſint auguſtiora cernimus interdum alicuius dei,aut duo ſimilis imaginem ſuperpoſitam,cur ipſe nõ putem mihi faciundum,vt huic meæ colũnæ(non auſim dicere arcui)duodecim paſſus altæ,quam ego opifex tibi ob ſingularem eruditionem,ſummã beneuolentiã,maxima in me merita dicaui,imaginem.Nicolai ſummi pontificis mea manu ſculptam in culmine collocem,vt operis decori quædam,etiã ex ipſo præſide maieſtas accedat.Ita & noſtra in illũ reuerẽtia ac religio,& illiꝰ in nos fauor ſplẽdorq̃ conſtabit.

Vale.

Hector Neuianus.

Nicolai quinti laus.

Sacrarũ literarũ ſciẽtia clauis vocatur.

¶IODOCI BADII ASCEN. PROOEmĳ Laurentiani Epitome atq; explanatio.

ROMANI PRINCIPES id
primũ cæteris præſtant mortali
bus ꝙ linguã ſuã latius amplia
runt. Quæ res præclarior, ac ſpe
cioſior multo eſt, quã imperiũ
late ꝓpagaſſe, ꝙ hoc cum alio=
Epitome
rum iactura, & odio, illa cũ lu=
cro, & gratia augeatur. Quocirca lr̃arum inuento=
res nõ minus, ac cæterarũ rerũ immortalitatis glo=
riã meruerunt, ꝑſertim quum reiecto impio gentes
plurimæ linguã Romanã cõplectantur libẽtiſſime,
q̃ ſeſe Romanos adhuc aſſerũt, ea aũt id ꝑſtat Græ
cis, ꝙ ille quaſi ꝑ factionẽ multæ: hęc per ſummam
concordiã vna cõſpicitur, om̃e diſciplinarũ genus
cõtinens. Quibus de cauſis author futuri opis ægre
ferens tantas res in interitũ ruere / quaſi Camilli mi
rator ipſis opem ſe pollicetur, q̃ poterit maximam
hiſce libris / nihil fere ab alĳs inuentũ, continẽtib⁹ /
allaturũ. Hæc ſumma eſt. ¶Facit ergo in prooemio
lectores attentos / & bñuolos: quũ ſe de re tanta, ea
præſertim, quæ ab alĳs ꝑtermiſſa ſunt, ſcripturum
polliceatur. Sed vt contextũ eius familiariter expla
Explanatio
nem, prima prooemĳ particula accipitur ꝓ quãdo:
& ita indicatiuũ habet, ſoletq; a diligentiorib⁹ diſ=
ferentiæ cauſa, quum ſcribi, aut vetuſte quom. No=
ſtrorũ, id eſt, Romanorũ quia Romanus eſt author
qui loquitur. Maiorũ, id eſt, ꝓgenitorũ, & anteceſ=
ſorum noſtrorũ, qui nobis maiores ſunt tẽpore. Pro
prie tamen dicuntur Maiores & Minores, qñ ſpecia
lia deſunt vocabula. Vñ aſcendendo, pater patris
mei eſt mihi auus: aui pater, proauus: proaui atau⁹
ataui, tritauus: deinde autem dicuntur maiores. De
ſcendendo vero / ſum patri filius: filius meus eſt illi
nepos: nepotis fili⁹, pronepos: pronepotis abnepos
Quum
abnepotis, atnepos: atnepotis, trinepos: & poſimo
dũ minores: licet nõ ſemꝑ de tã longe diſtantibus
intelligãtur. Noſtri hoĩes .i. Romani vidẽtur antecel
luiſſe, ab antecelleo. Nã antecello, & antecelleo, ex=
cello, & excelleo dicuntur. Verũ in tertia frequẽtior
eſt vox pñtis, & in ſecũda ꝑteriti. Adhærent aũt da
tiuo cũ ablatiuo exceſſus menſuræ eius, & rei in q̃
Maiores
ſit. excedo aũt accuſatiuũ cũ dictis ablatiuis efflagi
tat. Vidẽtur igitur antecelluiſſe cæteris non mõ, id
eſt non ſolũ propagatione ditionis .i. dilatatione
imperĳ & dominĳ, verumetiam propagatiõe lin=
guæ. Nam Perſas &c. Secundum Trogũ (vt colle=
Minores
git Iuſtinus) primum regnum fuit Aſſyriorum, cui
Sardanapalus exitium tulit. Perſæ autem dicuntur
& Parthi, quib⁹ in Media maiore (eſt enim duplex)
antecelleo
Antecello
caput imperĳ fuit olim Echatana ciuitas magna /
metropoliſq; Medorum. Græcos / vt Argiuos / La=
cedemonios / Meſſenios / Athenienſes / Macedones.
Potitos rerum, ſic eleganter, vt dicetur capi. cxxxv.
Videtur tamẽ ſubaudiri ablatiuus dominio, aut
Media
duplex
imperio. Quoſdam etiã. Ordo eſt. Conſtat & quoſ=
dam (vt Lacedemonios) tenuiſſe imperium ita diu
turnius multo, vt fuit aliquanto inferius, id eſt, min⁹
& inferioris dignitatis, q̃ Romanorum. Oram illã
id eſt regionẽ extremã Italiæ, quæ magna olim Græ
cia dicebatur, ſed & Heſperia ſecundũ Maronem,
vt omnẽ Italiã ſcilicet reliquã. Per partem ſeptẽtrio=
nis, quã verſus ſunt Germani / Pãnones / Bohemi &c.
& per occidentẽ / per Hiſpanias. Ad faciendã ſemẽ
tem, id eſt ſationẽ, vt dicetur cap. ccvi. Conſulant .i.
cõſulto ꝓſpiciãt, & opẽ ferãt, vt habebit. c. cccxxxvĳ
¶An vero Ceres. Contendit linguæ latinæ inuento=
res / non minus meruiſſe diuinitatẽ, q̃ Cererem fru=
Magna Græcia
gum in Sicilia inuentricẽ: & Liberum ſeu Bacchũ
vini: & Mineruã oleæ, & q̃ alios multos rerum inuẽ
tores, vt Apollinem medicinæ: dicit em̃ apud Oui.
Inuentũ medicina meũ eſt, & Ariſteũ: ſecundũ Pli
niũ mellis &c. Eſt aũt figurata interrogatio per in=
dignationẽ / negatiuã efflagitans reſponſionẽ. Cui⁹
cauſam aſſignat, ꝙ ſit animi cibus, qđ rurſus ꝓbat
dicens. Hæc em̃ gentes &c. Eoq; pacto optime cõ=
texitur ſermo, dũ videlicet ſubſequẽs ꝑcedentis cau
ſam aſſignat. Barbari a rudi, & craſſo ſermone, ine=
ptiſq; moribus dicuntur. Vtroſq; aũt in melius re=
formauit latina lingua. Quare quis æqu⁹ .i. iuſt⁹ æſti
Barbari
mator .i. appciator rerum / quaſi dicat null⁹ / nõ pote
rat, hoc eſt, quilibet præferat. Probat ergo linguam
Romanã præſtantiorẽ imperio, ꝙ q imperium ſu=
ſceperũt Romanũ, propriam amiſerunt libertatẽ:
qui linguã / non ſuã amiſerunt: ſed ad eã acceſſionẽ
.i. adiectionẽ, & incrementũ fecerunt, eãq; meliorẽ
fecerunt. Seminariũ / copia ſeminũ / cauſarũ / ratio=
nũ. Niſi idẽ in literis &c. Vnde Sueto. oñdit Roma=
norũ impatores tam literis, q̃ armis valuiſſe. Caiũ
aũt Cæſarem vſq; adeo dicẽdi ꝑitum, vt Cic. ad Bru
tum oratores enumerãs, neget ſe videre / cui Cæſar
Cæſar dicendi peritus.
debeat cędere. Ad emulationẽ .i. ad imitationẽ cum
quodã zelo / & ſtudio exequendi. Deinde .i. ſecundũ
incitamentũ erat ꝑmiũ, de quo Iuue. Quis em̃ virtu
tẽ amplectitur ipſam. Præmia ſi tollas: vñ cõquærit
alibi. Virtus laudatur & alget. Multos aũt fouit ꝑci
pue Mecœnas, & eius cõſilio Auguſtus, doctos, qui
bus ad magiſtratus emergendi prima via fuit lite
ratura, vt Cic. ad conſulatũ. Cæſari etiã ad dictaturã
Catoni ad Cenſurã &c. Prouinciales ſunt, q in ꝓuin
cias degũt. Prouincia aũt dicit regio ꝓcul a Roma
ab ea tñ deuicta, & impio ſubdicta. Ad quã regen=
Prouinciales
dã aliqñ ꝓconſules mittebãtur, at quia durum erat
Prouincia
potẽtes longe poſitos in ſubiectione tenere: inde tra
ctũ; vt negotiũ durũ obeuntes, ꝓuinciã durã obire
Nectar
diceretur. Illud ſcilicet impiũ, hunc ſcilicet ſermonẽ.
Nectar dicit deorũ pot⁹, non tñ a nectendo, qa græ
cũ ẽ. Iam pridẽ abiecerũt, eſſet cõtra ꝑceptũ. Autho=
ris ideoq; potius dicãdũ iã pridẽ ingratũ, exigit em̃ ꝑ=
ſiſtentiã in verbo fere præſentis tẽporis. Eſt aũt iam
pridẽ ingratũ, ſed pridẽ abiecerũt: nõ em̃ ꝑſtat abĳ
ciẽdi actio. Ipſo orbe exaudiẽte, quia cõſentiẽte, nec
reflagrante. Amiſimus Romã .ſ. illã florentẽ impio
Eant nũc Greci figurata ꝑmiſſio, aut ꝑceptio laten=
Factiones
tem, prohibitionem continens, poetis frequens. Fa
ctiones / ſimultates quæ ſeditiones pariunt κοιμοσ
id eſt communiter: profertur autẽ a Græcis Kinos.
Qui enim ſummi philoſophi &c. Nam & Ariſtote
les & Plato eloquentiæ plurimum ſtuduerunt, &
apud Romanos Cæſar / Cicero / Varro / Valerius /
Plinius & cæteri, qui philoſophiæ, etiam eloquen=
tiæ incubuerunt.

**Laurentij vallenſis patricij Romani cōmentariorum grāmaticorū ſecundū elegātiam linguæ latinę in librum primum de nomine verboq; & ex his duobus compoſito participio.**

## Procemium.

Laurētius.

QVum ſepe mecum noſtrorū maiorum res geſtas aliorūq;, vel regū, vel populorū cōſidero, videntur mihi nō modo dictionis noſtri homines, verum etiā linguæ propagatiōe cæteris omnibus antecelluiſſe. Nā Perſas qdē, Medos, Aſſyrios, Græcos, alioſq; p multos, lōge, lateq; rerū potitos eſſe, quoſdā etiā vt aliquāto inferius q̄ Romanorū fuit, ita multo diuturnius imperiū tenuiſſe conſtat, nullos tamen ita linguam ſuā ampliaſſe, vt noſtri fecerunt. Qui (vt orā illam Italię, quę magna olim Græcia dicebatur, vt Siciliā, quę Græca etiā fuit, vt omnē Italiā taceā) per totū pene occidētē, p ſeptētriōis, p Aphrice nō exiguā partē, breui ſpacio linguā Romanā, q̄ eadē Latina a Latio, vbi Roma eſt dicit̄ celebrē & quaſi reginā effecerūt: & (qđ ad ipſas prouincias attinet) velut optimā quandā frugē mortalibus ad faciendā ſementē prębuerūt, opus nimirū multo præclarius, multoq; ſpecioſius, q̄ ipſum imperiū propagaſſe. Qui em̄ imperiū augent, magno illi quidē honore affici ſolent, atq; imperatores nominātur, qui autē bñficia aliqua hoīes contulerūt, ij nō humana, ſed diuina potius laude celebrant̄. Quippe quū nō ſuę tm̄ vrbis amplitudini ac glorię cōſulant, ſed publicę quoq; hominū vtilitati ac ſaluti. Itaq; noſtri maiores reb⁹ bellicis, pluribuſq; laudib⁹ cæteros quoſq; hoīes ſuperauerūt, linguæ vo ſuę ampliatiōe ſeipſis ſupiores fuerunt, tanq̄ relicto in terris imperio, conſortiū deorum in cælo cōſecuti. An vero Ceres q̄ frumenti, Liber q̄ vini, Minerua q̄ oleę putatur inuētrix, multiq; alij ob aliquā hmōi bñficentiā in celos repoſiti ſunt, linguā Latinā nationibus diſtribuiſſe, minus erit, optimā frugē & vere diuinā, nec corpis, ſed animi cibū? Hęc em̄ gētes illas populoſq; oēs oībus artibus quę liberales vocātur, inſtituit Hæc optimas leges edocuit. Hæc viam eiſdem ad oēm ſapientiā muniuit, hæc deniq; præſtitit, ne barbari amplius dici poſſent. Quare quis equus rerū eſtimator nō eos pferat: qui ſacra literarū colentes, ijs, qui bella horrida gerentes clari fuerūt? Illos em̄ regios hoīes, hos vero diuinos iuſtiſſime dixeris, a quibus (nō quēadmodū ab hoībus fit) aucta reſp. eſt maieſtaſq; populi Rom̄. ſolū, ſed (quēadmodū a dijs) ſalus quoq; orbis terrarū, eo quidē magis, qđ qui imperiū noſtrū accipiebāt, ſuū amittere, & (qđ acerbius eſt) libertate ſpoliari ſe exiſtimabant. Nec fortaſſe iniuria. Ex ſermone autē latino nō ſuū imminui: ſed cōdiri quodāmodo intelligebāt. Vt vinum poſterius inuentū aquæ vſum nō excuſſit, nec ſericū lanā linumq;: nec aurum cætera metalla de poſſeſſione eiecit, ſed reliquis bonis acceſſionē adiunxit. Et ſicut gēma aureo incluſa annulo nō deornamēto eſt, ſed ornamēto, ita noſter ſermo accedens aliorū ſermoni vernaculo cōtulit ſplendorē, non ſuſtulit. Neq; em̄ armis, aut cruore, aut bellis dominatū adeptus eſt, ſed bñficijs, amore, concordia. Cuius rei quātū coniectura ſuſpicari licet hoc (vt ita loquar) ſeminariū fuit primū: q̄ ipſi maiores incredibiliter ſe in omni ſtudiorū genere exercebant ita: vt ne in re quidē militari aliquis (niſi idē in literis) pręſtās eſſe videretur: quod erat ceteris ad emulationē nō exiguū incitamentū, deinde q̄ ipſis literarū profeſſoribus pmia ſane egregia præponebāt. Poſtremo q̄ hortabātur puinciales omnis: vt quū Romę: tum in prouincia Romanæ loqui conſueſcerent. At (ne pluribus agā) de cōparatione imperij ſermoniſq; Romani hoc ſatis eſt dixiſſe. Illud pridē tanq̄ ingratū onus, gentes nationeſq; abiecerunt. Hunc om̄i nectare ſuauiorē, om̄i ſerico ſplēdidiorem, omni auro gēmaq; præcioſiorem putauerunt, & quaſi deum quendam e celo demiſſum apud ſe retinuerūt. Magnū ergo latini ſermonis ſacramentū eſt, magnum profecto numen, qđ apud peregrinos, apud barbaros, apud hoſtes ſanctę atq; religioſę per tot ſecula cuſtoditur, vt non tā dolēdum nobis Romanis q̄ gaudēdū ſit: atq; ipſo etiā terrarū orbe exaudiēte gloriandū. Amiſimus Romā, amiſimus regnū, amiſimus dñatū, tametſi nō noſtra, ſed temporū culpa, verūtamen p hunc ſplēdidiorē dominatum in magna adhuc orbis parte regnam⁹. Noſtra ē Italia, noſtra Gallia, noſtra Hiſpania, Germania, Pānonia, Dalmatia, Illiricum, multęq; alię natiōes. Ibi nāq; Romanū imperiū eſt vbicūq; Romana lingua dñat̄. Eant nūc Græci, & linguarum copia ſe iactēt. Plus noſtra vna fecit, & quidē inops (vt ipſi volūt) q̄ illorū quinq; (ſi eis credimus) locupletiſſime, & multarū gentium velut vna lex: vna eſt lingua Romana, vnius Gręcię (qđ pudendū eſt) non vna: ſed multę ſunt tanq̄ in rep. factiones, atq; exteri nobiſcū in loquēdo cōſentiūt Græci inter ſe cōſentire non poſſunt, nedū alios ad ſermonē ſuum ſe pducturos ſperent. Varię apud eos loquūtur authores, Atticę, Eolice, Ionice, Dorice. κοινωσ. Apud nos: id eſt apud multas nationes nemo niſi Romanę: in qua lingua diſciplinę libero homine digne continētur ſicut in ſua multiplici apud græcos, qua vigēte, quis ignorat ſtudia omnia diſciplinaſq; vigere, occidēte, occidere, Qui enim ſummi philoſophi fuerunt, ſummi oratores, ſummi iureconſulti, ſummi deniq; ſcriptores? nempe ij qui bene loquendi ſtudioſiſſimi.

Sed me plura &c. Prouocat ſub quadā quiritatione ad ſuccurrendū iis pereūtibus. Exulcerat. quia ελκοσ. helcos gręce dicitur, volunt huius vnde exhulcero, latine dici. Lachrymari dicitur etiam a Cicerone & Terentio Lachrymare. A lachrymis tēperes. Sic enei. ij. Quis talia fando Mirmidonum dolopū ve aut duri miles vlyſſi. Tēperet a lachrymis. Roma capta a Gallis, de qua captiuitate dicit Liuius li. v. Decadis primę. Vnde in epitomatis. L. Florus. Quū Senones Galli Cluſiū obſiderēt & legati a ſenatu miſſi ad cōponendū inter eos & Cluſinos pacē pugnātes cōtra gallos in acie Cluſinorū ſtetiſſent, hoc facto eorū concitati Senones vrbem infeſto exercitu petierunt, fuſiſq; ad Aliā flumen Romanis, ceperevrbē preter Capitoliū, in qđ

Romanorū præſtātia.

Magna Græcia.

Latina lingua a Latio.

...præſtat linguā q̄ imperiū ampliaſſe.

...rum inuentores ...ijs habendi.

...terrarū ...ctores ...eris pręnt.

Latini ſermonis eſt ſacramentatio.

Latina lingua vnica pſtat multis græcanicis.

Græcorū Linguæ.

Aſcēſius.

Vrbis captio.

ſe iuuenes contulerãt. Maiores natu cũ inſignibus
honoꝝ q̃s quiſq; geſſerat,in veſtibulis ediũ ſeden⸗
tes ceciderũt,& quũ per aduerſam partẽ Capitolij
iam in ſummũ euaſiſſent, ꝓditi clãgore anſerum,
Mar.Manlij præcipuę opa deiecti ſunt.Coactis de⸗
inde ꝓpter famem Romanis deſpõdere, vt mille
pondo auri darẽt,& hoc prẽcio finem obſidionis
[Camillus.] emerent,Furius Camillus Dictator abſens creatus
inter pendẽdũ aurũ cum exercitu venit, & Gallos
poſt ſextũ menſem vrbe expulit,ceciditq;.Dictũq;
eſt ad Veios migrandũ eſſe ꝓpter incenſam & di
rutã vrbem,qđ cõſiliũ Camillo authore diſcuſſum
eſt &c.Hęc ille. Degenerauerunt a generoſo & no
bili artificio deciderũt.Homo nemo,vacat hõ,aut
nemo accipit pro nullo,ſicut nemo diuorum dicit.
Quouſq; tandemquirites,imitatio Ciceroniana in
Salluſtium.Veios habitare,quos ſi habitaſſent Ro
mani,vrbs perijſſet.Græca trãſferre/ eſt Ardeę con
ſidere,ſeorſũ videlicet ab vrbe q̃ſi diſtincta ſit a Ro
mano ſermone inſtaurãdo ꝓuincia. Poemata cõ⸗
ponere,eſt Capitoliũ defendere,quia ſic lrę cõſeruã
tur ſed hoſtes nõ expellũtur.i.barbaries manet in
vrbe,hoc eſt imperitoꝝ ore,vt inquit Vergi. Æneí.
vi. Aſpice Torquatũ,& referentẽ ſigna Camillum
Ab eo qui cõpoſuerit,quicũq; is ſit,ſe tñ ſignificat.
Vñ addit equidẽ.i.ego quidẽ.Hoc exẽplũ,plus eſt
q̃ ſi dicas hunc exemplarẽ virum,q̃ primũ.i.valde
pridem.i.cito.Non vt ſperarem. Ordo eſt,affirma⸗
re poſſum me nõ ſumpſiſſe ita.i. hac cõditiõne dif⸗
ficillimã partem laboris & du.pro.vt ſpe. &c. ſed
vt &c.Nihil tamen quod ab alijs. Multa tamẽ ſub
alijs verbis ab extentibus tracta ſunt.

[Calamitas ſermõis latini defles.] ¶Sed me plura dicere volentem impedit dolor &
exhulcerat,lachrymariq; cogit,intuentem quo ex
ſtatu,& in quem facultas iſta reciderit.Nã quis lite
rarũ,quis publici boni amator a lachrymis tẽpe⸗
ret,quũ videat hanc in eo ſtatu eſſe, quo olim Ro⸗
ma capta a Gallis,oĩa euerſa,incenſa,diruta,vt vix
Capitolina ſupſit arx. Siquidem multis iam ſecu⸗
lis nõ modo latine nemo locutus eſt ſed ne latina
quidem legens intellexit, nõ philoſophię ſtudioſi
philoſophos:nõ cauſidici oratores,non legulei iu⸗
riſconſultos,nõ cæteri lectores veterũ libros perce⸗
ptos habuerũt aut habent, quaſi amiſſo Romano
imperio nõ deceat Romane nec loqui,nec ſæpe ful
gorem illũ latinitatis ſitu ac rubigine paſſi obſole⸗
ſcere.Et multę quidẽ ſunt prudentiũ hominũ va⸗
riæq; ſententię:vnde hoc rei acciderit,quaꝝ ipſe nul
lam nec improbo,nec probo,nihil ſane ꝓnunciare
[Artes liberales proxime iam reſtitutę.] auſus nõ magis q̃ cur illę artes,quæ ꝓxime ad libe
rales accedunt,pingendi,ſcalpendi,fingendi,archi
tectandi,aut tandiu tantoq; opere degenerauerint
ac pene cũ literis ipſis demortuę fuerint,aut hoc tẽ⸗
pore excitentur,ac reuiuiſcant,tantuſq; tũ bonorũ
opificum,tum bene literatoꝝ ꝓuentus efflorefcat.
Verũ enimuero quo magis ſuperiora tẽpora infeli
cia fuere,quib⁹ homo nemo inuẽtus eſt eruditus,eo
plus his noſtris gratulandũ eſt, in quibus ſi Paulo
amplius adnitamur,cõfido propediẽ Romanã lin⸗
guam virere plusq̃ vrbem, & cũ ea diſciplinas o⸗
mnes iri reſtitutũ.Quare pro mea in patriã pietate
immo adeo in oẽs hoẽs & pro rei magnitudine,
cũctos facũdię ſtudioſos velut ex ſuperiore loco li
bet adhortari euocareq;,& illis(vt aiunt)bellicũ ca
nere. Quouſq; tandẽ quirites (literatos appello &
romanę linguæ cultores qui & vere & ſoli Quirites
ſunt,cæteri enim potius inquilini)quouſq; inquam
Quirites vrbẽ veſtrã,nõ dico domiciliũ imperij ſed
parẽtem literarũ a Gallis eſſe captã patiemini?hoc
eſt latinitatem a barbaris oppreſſam,quouſq; ꝓfa
nata omnia duris & pene impijs oculis aſpicietis?
An dũ fundamentoꝝ reliquię vix apparent.Alius
veſtrum ſcribit hiſtorias, iſtud eſt Veios habitare.
[Quiritatio atq; exhortatio bona] Alius gręca transfert,iſtud eſt Ardeę cõſidere. Ali⸗
us orationes.Alius poemata cõponit, iſtud eſt Ca⸗
pitolium arcemq; defendere.ꝓclara quidem res,&
nõ mediocri laude digna,ſed nõ hoc hoſtes expel⸗
lit,nõ patriã liberat.Camillus nobis. Camillus imi
tandus eſt,qui ſigna,vt inquit Verg. in patriam re
ferat,eãq; reſtituat,cuius virtus adeo cæteris præſtã⸗
tior fuit,vt illi qui in Capitolio,vel Ardeę,vel Veijs
erant:ſine hoc ſalui eſſe non poſſent.Quod hoc vel
quoq; tempore cõtinget,& cæteri ſcriptores ab eo
[Pollicetur Camillũ imitari.] qui de lingua latina cõpoſuerit,nõ parũ adiuuabũ
tur.Equidem(qđ ad me attinet)hũc imitabor, hoc
mihi proponã exemplũ,comparabo quãtulęcũq;
vires meę ferent, exercitũ quem in hoſtes q̃primũ
educam.Ibo in aciem,ibo primus vt vobis animũ
faciã. Certemus quęſo honeſtiſſimũ hoc pulcherri⸗
mũq; certamen,nõ modo vt patriã ab hoſtib⁹ reci
piamus:verũetiã vt in ea recipienda quis maxime
Camillũ imitabit̃ appareat.Difficillimũ quidẽ præ
ſtare,qđ ille p̃ſtitit omniũ imperatoꝝ mea ſentẽtia
maximus,riteq; ſecũdus a Romulo cõditor vrbis
appellatus. Ideoq; plures pro ſe quiſq; in hãc rem
elaborem⁹,vt ſaltem multi faciamus qđ vnus effe⸗
cit.Is tamen iure vereq; Camillus dici exiſtimariq;
debebit,qui optimã in hac re operã nauauerit. De
me tantũ affirmare poſſum, nõ quo ſperarem tãtę
rei me ſatiſfacturũ,ꝙ difficillimã ſumpſiſſe laboris
partem,duriſſimãq; prouinciã:ſed vt redderem ali
os quoq; ad cætera ꝓſequenda alacriores. Hi eñi
libri nihil fere qđ ab alijs autoribus,ijs dũtaxat qui
extant traditum eſt,continebunt. Atq; hinc princi
pium noſtrum auſpicemur.

### ARGVMENTVM Capitis.I.

IN datiuo & in ablatiuo pluralib⁹ primæ de⸗
clinationis excũt hoc tẽpore legitime in ab⁹
hæc octo,dea,nata,filia,equa, mula, liberta,
due & ambe.Vſurpatiue autẽ vt nũc multi aĩabus,
famulab⁹,& dñabus,ita olim etiã eabus & dextra⸗
bus dixerant,hoc dicit. Addat. Verũtamen a nõ in
[Filijs.] doctis a filia filiabus & filijs:a nata natabus & na⸗
tis:ab aſina aſinabus & aſinis. a ſerua ſeruãbus &
ſeruis,vſurpãtur.Plau.eñ in ſticho ait.Sed ego ibo
intro,& gratulabor veſtrũ aduentum filijs, vbi de
puellis loquitur ſenex.de quibus prius.Ita me bene
dij ament meaſq; mihi ſeruaſſint filias.& Ouidius
Meta.xiij.de filiabus Anij ait.Effugiunt quo quęq;
poteſt.Euboea duabus.Et totidẽ natis Andros fra
[Natis.] terna petita eſt.Et Plau.Qui talis eſt de natis ſuis ꝓ
natabus. Idem facit Statius in Achilleide. Verum
ſunt qui natab⁹ a nata noĩe,& natis a nata partici⸗
pio etiã noĩaliter ſumpto recte deduci velint.Vſur
patiue autẽ natis pro natabus repe.in iã dictis locis
[Aſinabus] Phocas ab aſina aſinab⁹ formari poſſe docet, & id

Mãcinell9. in ſtoꝝ lib. repertū aſſerit Mãcinell9: aſinis tñ dixit Hiero. i. reg. x. ſic. Inuente ſunt aſine ad quas ieras ꝑquirendas, & intermiſſis pater tuus aſinis ſollicitus eſt ꝓ vobis. Item ſeruab9 reperitur. ff. de fun. inſtr. l. predia. §. affini ſuo ſic. Quæſitū eſt an ea mācipia fideicōmiſſo cedā, quū quidā ex his [illegible] officijs ad tempus peregrinatiōis abducta ſu[illegible] ctis conſeruabus & filijs ſuis & quidā patrib[illegible]
Aīabus matribus relictis &c. Ne aūt prolixiores ſint e[illegible]
Dñabus. nationes explanandis, vnū addā duntaxat, in [illegible]
Famulab9 ctis videlicet literis aut aīabus aut dñab9 aut famulabus repitur: nō eſſe notandū: ſicut nec in doctoꝝ codicibus: ſi aut filijs pro filiabus: aut natis pro natabus: aut contra aſinabus & ſeruabus: quū ſit ſiſis ratio leguntur. In noſtro aūt ſermone ſi docti haberi voluerimus auctoris noſtri doctiſſimi præcepta ſequemur.

¶De ablatiuis in abus nominum exeuntiū in a & vario auctorum vſu. Cap. I.

Deabus. Filiabus. Natabus. Equabus. Mulabus. Libertab9.

DEus dea deabus dicimus diuus diua diuabus non dicimus. Item in quibuſdā alijs: vt filius filia filiabus: nō priuignus priuigna priuignab9: natus nata natab9: nō genit9 ta. genitab9: equus equa equab9: & mul9 mula mulabus nō aſinus aſina aſinabus: nec iuuencus iuuēca iuuēcabus, nec cætera ſimilia, nec ceruus cerua ceruabus, non lupus lupa lupabus. Item, vt dicimus, libertus liberta libertabus: ita non dicimus, libertinus na. libertinab9: nō patronus patrona patronab9, non cōcubinus cōcubina concubinabus, nō pediſſequ9 pediſſequa pediſſequab9, nō ſeruus ſerua ſeruab9, nō famulus famula famulab9, nō dñs dña dñab9, nō animus anima animab9. Tametſi qdā his poſterioribus vtūtur. Cicero tñ ad vxorē & filiam ſcribens duabus animis ſuis dixit: non animabus. Et Curtius de matre & vxore Darij, Dominis nō dñabus dixit. Quod ſi q per licētiam aliter loquuntur, nō eſt mirandū, quū quidam veteres dixerint, dextrabus, pro dextris: & eabus, pro eis. ſed ego de vſu loquendi diſputo, non de abuſu.

Animis. Dominis. Dextrab9. Eabus

¶Argumentū capitis. II.

¶A ſupino primæ coniugationis in itum & in ctū fiunt ṽbalia, nō in itio, aut in ctio: ſed in atio quaſi a regulari ſupino. Sed a ſectū fit frequētius ſectio q̃ ſecatio. a lotū fit lotio, a potū fit potio, a iutū nō iutio: licet iutor & adiutor, ſed a iuuatū iuuatio. Adde A Cornelio tamē Celſo, frequenter frictio, nō fricatio dicitur. Conſimiliter quaſi a ſupinis pfectis leguntur ſonaturus pro ſoniturus, præſtatus & cōſtaturus, pro præſtiturus & conſtiturus: vnde & præſtatio naſci potu[...]. Quinetiā quæcunq; vt in prima nunc habent, olim tertiæ fuiſſe volunt & primæ: ideoq; verbalia quædā a prima, quædā a tertia deducta ī vſu eſſe. Celſus lib. iij. c. ix. In his frictio quoq; ex oleo & ſale ſalubris vr. Hora. ſer. i. Atque os magna ſonaturum. Lucan. Conſtatura fides ſuperum &c. Sector autem dici ſolet, accuſator: qui ex dānatione accuſati, dimidiū bonoꝝ illius expectat

Frictio

¶Cur ab itum fiat atio & non itio vel ctio, ſecundū veram deriuationem verbaliū. Cap. II.

NOmina quæ veniunt a verbis primæ cōiugationis poſitionem ſupini habentibus in itū, vel in ctū, præter cæterorum verborū legem, exeunt in atio, non in itio, nec in ctio. Veto vetui vetitum, inde vetatio non vetitio. Præſto præſtiti, præſtitū, præſtatio: nō præſtitio. Cubo, cubui, cubitum: cubatio, non cubitio. Domitum, domatio: nō domitio. Sonitū, ſonatio: non ſonitio. Crepitum crepatio: nō crepitio. Tonitum tonatio: nō tonitio. Licet dicamus ſonitus, crepitus tonitus: nō ſonat9, crepatus, tonatus. Frictū, fricatio: non frictio, & ita in cæteris. Sectio tamen crebri9 reperitur, q̃ ſecatio. Lauo & Poto, non habēt ſupina neq; in atum, neq; in itum, neq; in ctū, ſed in otū: ideo formāt noīa ſua lotio & potio, vnde ſunt lotor & potor nomina verbalia. Et lotium ꝓ vrina, prima tamē breui, nō lōga. Aliquando reperitur lauatum & potatum: vnde ſunt lauatio & potatio, lauatorq; potator. Iuuo iuui iutū: neq; in hūc, neq; in illū formāt modum ſuū deriuatiuum, cæterū ex alio ſupino iuuatum facit iuuatio, ab illo fit iutor, ceu potius adiutor. Ex cæteris autem pauca ſunt nomina verbalia in or, vt domitor & non domator, & ſector, qui ſignificat eum accuſatorem, qui ex dānatione accuſati dimidium bonorum expectat illius, aut certe aliquam partem.

Vetatio Præſtatio. Cubatio. Domatio. Sonatio. Crepatio Tonatio Fricatio. Sectio

Lotium.

Sector Sectio

Cic. Roſcio. ne[...] ſcis p iſta tēpora eo[...] dem fere ſe[...] ctores fuiſ[...] ſe bonorū, colonorū. ceſar cō. iij. Poſtridie e[...] i9 diei refra[...] ctis portis, cū iam defenderunt nemo, atq; intromiſſis militibus ſectionem eius oppidi vniuerſam, Cæſar vendidit.

¶Epitomæ capitis tertij.

¶Ludicrus. a. um. aut ludicer ſecundæ, nō tertiæ declinationis cenſebitur, vnde artem ludicrā, & ludicra pmia legimus, & ludicrū, ſubſtantiue ſumptū.

¶Ludicrū, & ars ludicra. Cap. III.

LVDICRA INQVIT PRISCIanus, & nō ludicria, ab hoc ludicri dicimus. Ver. in. xij. Neque enim leuia aut ludicra petuntur pmia, per quod vult ludicra tertiæ declinationis, quū contra notum ſit ſecundæ eſſe. vt in lege illa frequēter repetita. Qui artem ludicram exercuerit, in quatuordecim ordinibus primis, ne ſedeat. Ars ludicra, eſt ars hiſtrionica & ſcenica, &, vt ſentio, quicquid nomine ludicri intelligitur. Nam ludicrum, quod eſt ſubſtantiuum, nō modo ludus hiſtrionicus eſt & ſcenicus: ſed quodcūq; luſorium opus, ac ioculare, etiam ludi publici.

Ludicrum

¶Epitoma capitis quarti.

¶Ficus, tā ꝓ fructu, q̃ ꝓ arbore, & ſcdæ & quartæ eſt inflexiōis, & tā maſculinū, q̃ fœmininū: ſed pro fructu, dū ſecūdæ, potius eſt maſculinū, ſicut & pro morbo volunt ſemꝑ maſculinū, & ſcdæ. Neq; ficulnea ꝓ arbore, ſed ficuln9 a. ū. ꝓ materiato mere latine dicet. Pro fructu quartæ & fœmi. Macro. in ſatur. Fic9 aride &c. Iuue. Si vis aliā decerpe ficū. Pro fructu ſecūdæ & maſcu. Varro. Groſſi appellāt ficiq nō matureſcūt. & Pli. li. xvi. Fici mirabiles ſunt et abortiui, q nunq̃ matureſcūt. Pro arbore ſecūde & fœmi. Pli. eodē li. Quidā breuitate radicū ſeneſcere celeri9 arbores putāt, coarguūt fici q̃rū radices longiſſimæ ſunt, & ſeneci9 ocyſſima. Pro arbore q̃rtæ, ſed ſemꝑ fœmi. vt ſuſpendit ſe de ficu &c. qđ ꝓprie dixit q̃ſi deorſum, ſic aī. iij. Solamēq; mali de collo fiſtula pēdet. Vt āt qđ ſētio, dicā, fic9 ꝓ morbo & fructu ꝓprie maſc. ē. et ſcde: ſed ꝓ fructu ēt q̃rte ꝓpter arboris affinitatē repit: ꝓ arbore āt fœmi, ſed ꝓ coīcidētia cū fructu, tā ſcde q̃ q̃rte. Calleot. nañq̃. fruſtra cōtēdit ficū nuſq̃ maſ. ge. repiri. Et Calepin9 aſſerit ficū ꝓ morbo quartę eſſe & maſ citās Mar-

ſiale ſic.Dicem⁹ ficus Ceciliane tuos. Valla autē legens ficos,inauditū dicit dum quartę eſt: maſculinum reperiri,Idē Calepinus docet Ambro. & Hierony.ficulnea pro ficu vſos. Certū autem eſt ficulneus.a.um.pro ficulnus.a.um.reperiri.

¶De ficu & eius declina. & genere. Cap.IIII.

FICVS idem inquit etiā vitium corporis quartę eſt. Marti.in.v.epigrāmatū.Quum dixi ficus:rides quaſi barbara verba.Et dici ficos Ceciliane iubes.Dicem⁹ ficus quas ſcimus in arbore naſci.Dicemus ficos Ceciliane tuos.Ex quo oſtendit & vitiū & fructum eſſe quartæ declina.genere autē differre.* Ego vero reperio ancipitē apud Martialē ſcripturā:& frequentius ſic:vt & ipſe puto ſcribendū.Cū dixi ficos:rides quaſi barbara v̄ba.Et dici ficus Ceciliane iubes.Dicemus ficus quas ſcim⁹in arbore naſci.Dicemus ficos Ceciliane tuos.Ante oīa cur ille riſiſſet Martialē,ꝙ diceret ficus?An nō reperit ficus ſaltē ꝓ arbore,atq; etiā ꝓ fructu in nūero ſingulari. Nō hoc ergo ille ridebat.Quid ergo?ꝙ genere abuteretur?ne hoc quidē.Quippe quū dico ficus,quo gn̄e vtar nemo intelligit. Certe ridebat ꝙ alia declinatiōe vteretur q̄ ea quę debebat, vt ex ſecūdo verſu: in quo mutata eſt declinatio,appet. Qđ ſi igitur Cecilian⁹ de declinatione agebat,non de gn̄e,debuerat Martia.ad declina.nō ad genus rn̄dere,vt eſt putaī dū atq; adeo neceſſe eſt eū rn̄diſſe, Si quidā vt oſtendi ille reprehēderat, ꝙ hic ficos diceret,nō ficus, q̄ reprehēſio ſi v̄a eſt, vt Priſciano videt̄,qui vult ficus magis eſſe quartę:quę tandē modeſtia poetæ fuiſſet,eū qui recte admoneat:tam execrabili, etiā v̄o crimine inceſſere. ergo cōiunxit accuſationē imperitię cū accuſatiōe flagitij per iocū, & dicacitatem vt moris ſui eſt,ꝙ ille adeo ſtolidus nō ſolū nequā eſſet,vt negaret ficos repiri, quos ſecū ſemp & quidem cū dolore geſtaret, qđ minime mirum eſt reperiri,cū pro fructu ad cuius ſimilitudinē morbus appellat⁹ eſt in ſecunda declinatione, & vt opinor in gn̄e maſculino non modo apud poetas.* ſed apud oratores quoq; approbatiſſimos reperiatur, vt Hora.Finguibus & ficis paſtū iecur anſeris albi Et Pli. ad Octauiū Ruf. Quę nūc cum ficis & boletis certamē nondū habent.& Cice.de ſenectute.Ex tantulo grano fici. Quidā grāmaticoꝝ recentiū.i. imperitorū aiunt pro fructu quartę, ꝓ arbore ſcdę eſſe declinationis quū pro arbore ſit ſepius quartę, vt idē de oratore Vxorē ſuā ſuſpēdiſſe ſe de ficu. Secunde autē vt apud Iuue. Ad quę diſcutiēda valēt ſterilis mala robora fici.Macrob.& ipſe in ſecūda declin.ſemp fere vtiē, & plurimos veterū oſtendit vſos. Priſ. v̄o vult ꝓ fructu & morbo quartę eſſe, & hoc autoritate Mar. Neq; ego inficior vltimum illū Marti.v̄ſum poſſe ſic legi vt recitat Priſ.ſed id magis ioco q̄ ſerio a poeta accepim⁹ eē dictū.Nec eñi ſeipſum ꝙ ficos dixiſſet,ſed illius nequitiam & impitiā reprehēdere voluit non ignorans ficos & latine & vſitate dici Nec v̄o Priſciano faciēdū fuit, vt vnū martialē ſeq̄retur & Cecilianū neſcio quem vt flagitioſum hoīem ſic ineruditū,eo præſertim loco vbi locabat poeta, nec ſuā ſnīam aperiebat,& tacite negabat qđ affirmare videbat̄. Nā nequaꝙ dixiſſet ficus quartę eſſe decli.& gn̄is maſ.qđ inauditū eſt,nec differētiā poſuiſſet gn̄is inter morbum & fructū,quū hoc ab illo dicatur.¶Quidā eccleſiaſtici aiunt ꝓ arbore ficulneā, vt ibi Reſpicite ficulneā & ceteras arbores, qđ nuſq; alibi, ſi memoria nō excidit mihi:reptū ē:ſed adiectiuū ficuln⁹ a.um ꝓ materiato ex illa arbore,vt a pp̄ſ populn⁹: & a corylus colurnus.& ab abies abiegnus, ab illice ilignus.

Lector hoc caput vere & antiq lectioni reſtitutū quod hacten⁹ inemendate lectū ē, vt facile tibi patebit a ſigno hoc. * vſq; ad aliđ ſiſe ſignū * legendo.

Iuuenalis.

Ficulnea. Ficulnus a.um.

¶Epitome capitis.v.

¶In vlus finita ſi iuxta diminutiuoꝝ formā rite formant̄,v̄a ſunt diminutiua cēſenda,ſin minus : nequaq̄. Sicut nec hęc q̄ rite formari videtur cuniculus:muſculus aliqn̄,pediculus,cucul⁹,cicercula,nouacula,lēticula,acicula,vernaculus,ridiculus,anniculus. Et neutra plurima, vt vmbraculū, tabernaculū &c.Curriculū & cetera ab auctore enumerata & eoꝝ ſimilia.¶Vt autē rite formētur diminutiua tria ſunt neceſſaria.Primū eſt, vt genus primitiui ſeruēt.Scđm vt ſignificationē cum acceſſiōe imminutiōis.Tertiū,vt formā. Genus ſeruāt hic piſciculus:hec auicula:hoc vaſculū,a primitiuis,hic piſcis hec auis hoc vas. Genus autē nō ſeruāt. Puluiſculū a puluere:ranulus a rana,curriculū a curru,cōuenticula a conuetu.bacillū a baculis,ſed & baculum legit̄,terebellū a terebra. Et plurima græca,vt eligidiū ab elegia, epiſtoliū ab epiſtola, q̄ tn̄ quia in ſignificatiōe cōueniunt, diminutiua ſunt. Cōtra anguilla ab angue.vngula ab vngue:auricula ab aure:mentula a mēto aut mente, & ſimilia ſignificatiōe diſſentiētia,/diminutiua nō ſunt. Sic nec anniculus eo ꝙ rebus quadrat q̄ diminutionē nō recipiūt,vt anniculum vinū. Cōtra/bimulus dimi.eſt, quia nō dat̄ niſi diminutis. Nec diminutiuū ꝓprie eſt auūculus,qa nō eſt puus auus &c.In textu declarata.Formatio eoꝝ ī vlus fere eſt hæc.Oīa primę & ſcdę decli.mutāt vltimā vocalē in vlus , niſi exeant in ius:aut in ia,aut in ium, vel eus. a. um. quia hęc olus.la.lum.faciūt.vt ſergiolus ſergiola, ingeniolū,vrceolus &c.Itē niſi exeāt in er.aut ra,aut rū. in lus,& nus.quia ea faciūt ellus.a.um.vt dicemus ſequēti capite.Pānus tn̄ pāniculus facit, ramus ramuſculus &c. Exēpla igit̄ ſunt paru⁹.a.um. puul⁹. a.um.ſeruus ſeruulus, ſylua ſyluula. Itē in culus.a. um.exeūtia formātur a ntō neutri gn̄is in us,& in or tertię decli.addēdo culū,& a monoſyllabis ī as & os,a quolibet ntō tertię decli. in er, & in e, gn̄q; & in is,& ſæpe in us.Quartę aūt us.& u. in cul⁹ aut lum.vertunt,ſed a domo domūcula,Itē in, x aut t. deſinētia,aut polyſyllaba in us ſæpe mutāt a ablīi in vlus.Quintę autē addūt cula ablīo. Sed tertię in o vertuntur in onculus aut oncula.Exēpla ſunt de neutro in us & in or.vt maiuſculus.la.lū. pluſculū & ab oī cōparatiuo.thus thuſculū.rus ruſculū. Sus aūt ſuccula facit.& vetus vetulus.la.lū. lepus itē lepuſculus.cor,corculū,corpus corpuſculū. De monoſyllabis in as & in os,vt maſculus,vaſculū, floſculus &c.De ntō in er.vt pauperculus la.lū. fraterculus,paterculus:ſic ſororcula,vxorcula. In e.vt reticulū a rete.In is,vt vermiculus,molliculus,deponūt eñi s,ſed lapis facit lapillus.In us polyſyllaba vt ſerpens ſerpentulus,adoleſcens adoleſcentulus. Dico polyſyllaba.qa a fons,fit fonticul⁹,mōs mōticul⁹.Quītę vt recula,plebecula,fidecula. De in o.

Tria neceſſaria ad formationē diminutiuoꝝ.

Formatio diminutiuorum.

vt homūculus,ſed & homulus & homulul⁹ repit̃. ſatrūcul⁹ virgūcula &c. Meminerim⁹ aūt nō certā eſſe legē quocirca peritorꝫ exēpla nobis inſpicienda ſunt.

Diminutiui definitio & inuētionis cauſę.

¶Diminutiuū aūt auctore Pri. eſt qđ diminutionē ſui primitiui abſolute ſignificat: inuētūqꝫ eſt aut neceſſitate/vt regulus, aut medeſtiæ grã/ vt ingeniolū,opuſculū, munuſculū noſtrū aut blandiēdi adulādi ve rōne/vt corculū ſuauiolum,annimula, & multa alia apud Plau. ꝑcipue. Dico neceſſitatis grã,qa nullū eſt aliud vocabulū, quo illi magr̃atus in regno ſignificētur, quales ſunt quos Pares frācie dicūt,nō em̄ reges ſunt,ſed tm̄ reguli. Dico modeſtię,ꝑpter diminutionē. Dico adulādi aut blādiēdi grã:qa imminuta fere cultiora & lepidiora eſſe ſolet,pluſqꝫ placere,vt infantes ꝙ ſenes. Auūculus min⁹ rite formať,qa ab auus fieret auul⁹ nec eſt(vt dixi)ꝑuus auus, ſed frater mr̃is, ſicut patruus frater pr̃is. Cunicul⁹ eſt aĩal ex gñe leporino, a cuneo nomē deductū vñ & cuniculus paruus cuneus verū diminutiuū. Dicit̃ etiā cuniculus, vel vt Feſtus vult hoc cuniculū,foramē ſub terra occultū. Muſculus interdū diminutiuū eſt muris,& rite formatur,vt apud Pli. Deturgēte Nilo muſculi reperiuntur. Interdū ſignificat articulū in quo neruorū capita ſunt.

Cuniculū.

Interdū machinā bellicā, interdū piſciculū quo duce balena vtitur. & ſic diminutiuū nō eſt. Vernaculus nō eſt diminutiuū, ſed denominatiuum & quaſi poſſeſſiuum. Diminutiuū autē eſt vernula etiam communis generis. Alioquin vernulus dicendum ſit pro maſculo.

¶De diminutiuis in vlus. Cap.v.

*Alīj codices habēt nomīa exeuntia.

NOMINA DIMINVTIVA EXeuntia in talē vocem qualis eſt piſciculus, ſi rite formētur, q̃ a ſunt diminutiua piſciculus, q̃ miculus, fraterculꝰ ſecuricula lucubratiūcula, virgūcula, ſororcula, munuſculū, corpuſculum, mendatiūculū pluſculū. Si minus rite formētur diminutiua non ſunt. vt auunculus, cuniculus, muſculus quādo eſt paruus mus, pediculus, vel,vt alīj volūt, pedūculus. cuculus, cicercula nomē leguminis, nouacula culter roſarius, lēticula vaſculi genus. Seruius tamē ſup donatum ait, Acus acicula. Acus em̄ dicit̃ qua veſtes ſartiunt̃, acicula qua mulieres vtūtur ad ornamētū capitis: alia maſculina aut fęminina nō occurrunt. Adiectiua tria, vt annicul⁹, ridiculus. q̃ naculus, anniculus puer, annicula puella: anniculū iumentū, hoc eſt vnius anni, ſicut bimus bima bimū. i. duorꝫ annorꝫ: trimus ma. mū. id eſt triū annorū. quadrimus. a. mū. i. quatuor annorū, & nō amplius, nec de aĩabus modo, ſed de inaĩatis, vt anniculū vinū, bimū, oleū. De pueris tñ magis loqmur ꝑ diminutiuū bimul⁹, trimul⁹, qdrimulus: quia intra hos annos adhuc parui ſunt. Similiter de his in quibus hęc ratio locū habet. Diſſimiliter in quib⁹ nō habet. Ridicul⁹ hō, ridicula res ridiculū caput. i. deridendū. Eſt ſæpe etiā neutrū ſignificatqꝫ plerūqꝫ ſermonē riſus potius q̃ deriſus excitātē. Vernaculus la. lū. qđ eſt domi noſtre vel in patria noſtra natū, vt lingua vernacula: qđ vulgo dicūt linguā maternā. dictū eſt a verna, qui eſt ſeruus domi nr̃æ natus. i. ex nr̃a ancilla. Præterea neutra multa ſūt, vt vmbraculū, habitaculū, cœnaculū, crepuſculū, germiculū. ꝑ germine, creputaculum, vinculū, amiculū amict⁹ gñe quodā fere pallio, curriculū ꝑ curru, & ꝑ loco ĩ quo certamē currēdi exercet̃ nōnunꝙ etiā ꝑ curru, vt curti⁹ lib. viīj. Aliorū turbati equi nō in voragines modo lacunaſqꝫ, ſed etiā in amnē ꝑcipitauere curricula. Cubiculū qđ certe a cubili nō venit quū intra cubiculū cubile ſit, & eius diminutiuū foret cubiculū. Puluis & ſignificatiōe & formatione legitima diminutiuum facit, ſed genus mutat apud Hieronymū vt ville puluiſculū, maſculine tñ poſuit Apuleius in quodā ſuo carmine de quo meminit in apologia de magia. Miſi, vt petiſti, mūditias dentiū nitellas oris ex arabicis frugib⁹ tenuē cādificū, nobilē puluiſculū, cōplanatorē tumidule gingiuule, conuerritorem pridianæ reliquię: ne qua viſatur tetra labes ſordium: reſtrictis forte ſi labellis riſeris. Cōuentus quoqꝫ facit cōuenticulū. Cice. pro Sextio. Tū cōuenticula hominū, quas poſta ciuitates nominauerūt Baculus quū terminet diminutiuū in hac voce, qa ſua talis eſt, tamen neutrū habet, bacillū. Cice. īj. de finibus. Bacillū aliud eſt in flexū & incuruatū de induſtria, aliud ita natū. Reperitur tamen primitiuū in neutro genere, vt apud Oui. li. xv. Eſſe ſolet baculūqꝫ tenens agreſte ſiniſtra. Nec terebra quidē huius vocis eſt, tamē gignit diminutiuū terebellū, nō terebellā. Auricula q̃ o rite formatur, ſed ſignificatione diſſentit: nāqꝫ cartilago illa eſt circa auriū cōcauitatē, nō autē parua auris Mētula quoqꝫ quę nō paruā mentē ſignificat, ſed virilia. Fidicula pro inſtrumento torquendi an rite formetur, nūc videamus. Nā fidis, inquit Priſcia. facit fidicula. Nā ſi eſſet fides in hac ſignificatiōe, quō Seruio placet. nō fidicula feciſſet ſed fidecula Auidius Seruiū Priſci. carpſit, vt potevnā rē nō in vno loco rephēdēs. Cęterū ipſe fallit̃ nō ſerui⁹. Nā nec fidis, quēadmodū veterꝫ authoritas tradit, ſed fides dicit̃. & ſi fides dicat̃ fidiculā poti⁹ q̃ fideculā analogia exigit de authoritate ſatiſfecerit. F. Pōpeius ita ſcribēs. Fides genus citharę dictę ꝙ tm̄ inter ſe chorde eius quātū inter hoīes fides concordet. Analogię quoqꝫ rō fidicula exigit a fides ſicut ędicula ab edes. cedicula a cedes ſedicula a ſedes, non edecula cedecula ſedecula, ſicut apes dē q̊ ſolo r oīe facit ille mētionē apicula facit nō a pecula. Et ſi qñ apis ĩ ntō repit̃, vt ille ait. veluti eſt apđ Oui. ĩ. xiīj. Nō apis inde tulit collectos ſedula flores. hoc pꝗ rarū eſt. & analogia apes poti⁹ q̃ apis defendit, quia a pede compoſitū ac deriuatū putatur. Deniqꝫ fidis in ntō inauditū eſt. Ergo fides dicendū eſt, cuius dimi. fidicula vel parua cithara vel chordula, in plurali tortorium, vt dixi inſtrumentū ex duob⁹(vt reor) obligatis lignis cōpactū vel ab extorquēda fide ac veritate, vel a neruis/funibus/vinculiſqꝫ, quibus ad illum modum homines torquendi alligabantur.

Anniculꝰ. Ridiculus.

*Iuuena. Nil habet īfelix paupertas durius in ſe. Quā ꝙ ridiculos homīes facit.

vernaculꝰ. Aniculū. Curriculū. Cubiculū.

Puluiſculum.

Baculus. Bacillum.

*Cic. lib. īīj. de natura deo. qđ ſi platani fidiculas ferrēt numeroſe ſonantes idē ſcilicet cenſeres ĩ platanis ĩ eſſe muſicam. Sue. in Tibe. ꝑ ci ordulis accepit. Excogitauerat inter gñā cruciat⁹ vt repente veteris deligat̃ fidicularū ſimul vrinæqꝫ tormento oſtēderet.

Terebelū. Auricula, Mentula. Fidicula. Fides. Edicula Apicula.

¶Epitome capitis. vi.

¶In ellus la. lū. dimi. veniunt a noībus ſecundę decli. in er. ra. aut rū. deſinētibus, & nōnunꝙ alus, et nus. Vnde naſcūtur pauca ĩ ellus illa illū, vt tener a. um. tenellus. a. um. libra, libella ſicut liber libell⁹ flagrū flagellū: oculus ocell⁹, catulus catell⁹, geminus gemellus, bonus bellus. Paulus autē Paxillus. Talus taxillus, mala maxilla. ala axilla. vīrū villū vn⁹ vll⁹ &c. Cicero tñ, vt ingt Māci. de oratore ad.

Legũt alij & axillis & paxillo

Brutũ innuitab axilla alam, & a maxilla malam, nõ econuerſo formata, dicit enim ita. Quinctiã verba ſæpe cõtrahuntur nõ vſus cauſa, ſed auriũ. Quomodo enim videtur axilla ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris. Quam literam etiam e maxillis & axillis & vexillo & paxillo conſuetudo elegans latini ſermonis euellit, hæc ille. Verũ, quia vt Seruius præcipit deriuatiuum debet eſſe aut maius aut par principali, & rariſſime minus, vero ſimilius eſt in illus eſſe deriuatiua: ſed Ciceronis mens mihi videt̃ ex cõſuetudine frequenter diminutiuis vtente, propter vaſtitatẽ literę x, eam factã quæ principalibus vtatur. Dico iterũ ꝙ quum Latini fere vterẽtur his diminutiuis axilla, vexilum, paxilla, maxilla, venuſtioris ſermonis amatores propter vaſtitatẽ literæ, x, dimiſſis diminutiuis, vti cœperunt principalibus, & ita nõ amplius axilla &c. ſed ala, velum, palus mala in vſu erant. Vnde autor cõtra Raudenſẽ docet ſecundum Ciceronẽ in de oratore. Diminutiua ab ala & mala eſſe axilla & maxilla. Addit Mãcinellus, Catullus autẽ a mala malula diminutiuũ fecit ait nãq;. Meſta neq; aſſiduo tabeſcere malula fletu ceſſaret, triſtiq; imbre madere genę. Verum vt dixi de horum formatione non poteſt certa lex dari, vnde ſæpe multiplex reperitur formatio.

Malula.

¶De diminutiuis ab er, & eorum varia formatione. Cap.VI.

Frãculus. Frãculus. Sororcula Cicercula. Puellus. Sacellus. Sacellum.

AD hunc locũ pertinet quod nunc ſubiecimus, nomina tertiæ declina. exeuntia in er, ſiue maſculina, ſiue fœmi. ſiue cõmunia, hmõi vocem diminutiuorũ ſortiri, vt pater paterculus, frater fraterculus, mater matercula. Cuius quaſi ſimilis ſoror facit ſororcula, & cicercula a cicer tãq̃ a fœminino, pauper pauperculus paupercula. Quæ ſunt ſecundæ declina. tam adiectiua q̃ ſubſtantiua, faciunt diminutiuum in ellus maſculina, in ella fœminina, in ellũ neutra. cultur cultellus, liber libellus, puer puellus, magiſter magiſtellus, tener tenera tenerũ, tenellus tenella tenellũ, miſer miſera miſerũ, miſellus miſella miſellum, ſacer ſacra ſacrũ, ſacellus ſacella ſacellum. Vnde hoc ſacellũ pro templo modico. Hinc factum eſt vt fœminina quoq; ſubſtantiuorũ eodẽ modo quo adiectiuorũ facerent diminutiua. caper caprũ capella, puer puera puella, liber libra libella licet multo aliud libra q̃ liber ſignificet. Hęc diminutiua in ellus ella ellum exeunt. Sunt quędam in illus illa, inter ea autẽ priora Priſcia. ponit ala, vult q; facere diminutiuũ aſcella. Cice. tamen inter poſteriora, duo enim maſculina totidemq; fœminina donat hoc genere terminationis, palus, paxillus, talus taxillus, mala maxilla, ala axilla. Sunt tamen & alia in hanc vocem exeuntia.

Capella, Libella. Cultellus.

✳Paxill⁹. Taxillus. Maxilla. Axilla.

¶Epitome capitis. VII.

IN aſter finita imitationẽ potius q̃ diminutionem connotant tam præter duo hæc recaluaſter, & ſurdaſter.

¶Verum imitatio quandam perfectionis diminutionem habet, vnde per cõtemptum dici ſolent paraſitaſter, poetaſter, philoſophaſter.

¶De diminutiuis in aſter & eorum ſignificatione. Cap.VII.

Oleaſter. Pinaſter. Apiaſtrũ. Mẽtaſtrũ. Siliq̃ſtrũ Filiaſter. Paraſitaſter. Fuluiaſter. Philoſophaſter.

ILla quoq; diminutiua quæ faciunt in aſter, imitationem potius ſignificant q̃ diminutionem, neq; enim ea ratione dicitur oleaſter, pinaſter, apiaſtrum, mentaſtrum, ſiliquaſtrum, ꝙ ſit parua olea, parua pinus, parua menta, parua ſiliqua, ſed ꝙ ſyluestria oleam, pinũ, apium, mentam, ſiliquam imitantia. Et quo quidẽ vtuntur, filiaſter pro priuigno, non paruus filius eſt, ſed imitatur filium, & paraſitaſter, nõ paruus paraſitus: aliter enĩ nõ diceretur a comico paraſitaſte, paruulus ſed imitator paraſitorum, vt apud M.C. pro Varrone. Brutius hic noſter Antoniaſter eſt. Et ad Atticũ lib. xij. Omnino ſolet eſſe Fuluiaſter. i. Antonij Fuluijq; imitator, & hunc Auguſtinus appellat philoſophaſtrũ, nõ vt puto paruum philoſophum, ſed imitatorem philoſophorum, niſi dicas imitationẽ eſſe diminutionem quandam perfectionis. tamẽ aliud eſt eſſe diminutiua, aliud imitatiua. Nec quiſq̃ dixerit oleaſtrum eſſe minutam oleam, & pinaſtrũ minutam pinum, quã Plinius ait mire eſſe altitudinis, & vt quidam nunc ſolent puſillos homines appellare. Antoniaſter, Luciaſter, Paulaſter, ſecuti Priſcianũ, qui præter ſuperiora hæc addit eſſe hmõi diminutiua adulatiõis, & maxime puerorum, vt Catulaſter Antoniaſter, Patriciolus, Sergiolus: ſed hæc poſteriora vere ſunt diminutiua: illa (vt oſtendit) nõ vere, ideoq; nec adulatiõis, q̃q̃ omnia diminutiua nõ minus quam hæc in olus ſunt apta adulationi, & ſæpe etiã contemptui, vt homunculus, homulus, argutulus. Sed ad rẽ reuertamur. Pullaſtra apud Varronem quæ eſt parua adhuc adoleſcensq; gallina, quod nec ipſum diminutionem ſignificat. Nã maiuſcula potius pulla q̃ minuſcula eſt, etiam firmior gallina eſt, nec gallinaſtra dicit, ſed palluſtra. Duo tamẽ nomina ſunt quæ diminutionis regulam ſeruant, ſurdaſter & recaluaſter, quorum alterum ſignificat diminutionem ſurditatis, nõ eſt plane ſurdus ſurdaſter: ſed vt ſic dicam ſurdulus, & recaluaſter qui fronte caluus eſt nõ toto capite quaſi recaluaculus, ꝙ eſt diminutiuũ. In quẽ modum nequeunt reſolui nomina illa de quibus ſupra diſputauimus. Ex his autem quæ retuli exemplis, liquet non in auſter finiri hæc nomina, & eſſe maſculina, ſed etiam in aſtra fœminini generis: vt pullaſtra, filiaſtra, apud quoſdam pro priuigna, ſiliquaſtra ꝑ imperite quod nõ video quid ex ſiliqua imitetur, & in aſtrum neutri: vt apiaſtrum, ſiliquaſtrum, a ſiliqua arbore ferente fructum ſui nominis, ꝙ Græci κεράτιον vocant. Significat etiam ſiliqua folliculum vbi grana leguminum includuntur, & ſi quid leguminibus eſt ſimile, fereq; hæc nomina arborũ herbarumq; diuerſum genus habent & in primitiuis a diminutiuis vel deriuatiuis

Antoniaſter. Luciaſter. Paulaſter. Catulaſter Patriciol⁹. Sergiolus

✳ Vergi. Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodẽ Plurim⁹ & ſtrati baccis ſilueſtribus agri.

Surdaſter. Recaluaſter, Recaluaculus. Filiaſtra. Siliq̃ſtra Pullaſtra. Apiaſtrũ.

¶Epitome capitis octaui.

IN ariũ exeuntia fere rerũ ſignificatarũ per nomina vnde formantur repoſitoria, aut earundem copiam ſignificãt nõnunq̃ tamen & res ipſa. Verũ in arius & aria officia hominũ qualitatẽ q; ſignificant, & ſic a verbis deducũtur actionẽ & poſſeſſionẽ pauca tamẽ obligationẽ quãdã & paſſionem connotãt. In orius fere actora, & in oriũ officinã ſeu locũ vbi quid fit, In etũ locum natiuũ

In arium. In arius. In orius. In orium. In etum.

Mancĩ.

¶Mancinellius aũt ꝓbat cõtra authorẽ plantarium locũ eſſe,idq; authoritate Plinij dicẽtis.li.xvij.c.xiij. de arboꝝ inſitiõe ſic.Quædã in plãtario inſita eodẽ die trãſferunt,vbi tñ ſi Laurentiũ noſco,dixiſſet nõ locũ ſignificari,ſed plãtã:inſitio enĩ plantæ inſerto loco cõgruit.Idem docet Seruiũ vera docere, quia donaria propria loca ſunt,in quibꝰ dona reponũt deorũ,abuſiue aũt templa.Maro enĩ.iij.Georg.ait Tẽpore nõ alio dicunt regionibꝰ illis. Quæſitas ad ſacra bouis Iunonis, & vris Imparibus ductos alta donaria currus.Et Aul.Ge. etiã lib.ij.cap.x.inquit. Vbi reponi ſolerent ſigna vetera,quæ ex eo tẽplo collapſa eſſent,& alia quædã religioſe donarijs cõſecrata.Et Apuleiꝰ lib.ix.ſic Cantharoq; & ipſo ſimulacro quod gerebã apud fani donariũ redditis ac conſecratis.Altera die &c.Idem quoq; lib.ij.Floridorum de Iunonis fano apud Samium inter alia ſic ſcribit.Ibi donariũ deæ perq̃ opulentũ plurimũ auri & argenti ratio,in lancibus,ſpeculis,poculis et huiuſcemodi vtenſilibus &c.Macrobius autem donaria pro donis ipſis poſuit.ait enĩ lib.iij.ſatur. Ornamenta viro ſunt clypei coronæ, & hmõi donanaria.Neq; enĩ donaria dedicantur eo tẽpore,quo delubra ſacrantur.Hæc eadẽ fere adfert Calepinus in authorẽ noſtrum.Verũ vt in Raudenſem dicit Apuleiꝰ,potius rudere,q̃ aureę loq docet,et Gel.ſuperſtitioſe loqui.Quocirca illorũ authoritate nõ mouetur.Sed,vt litem dirimam dicamus donaria dona ipſa eſſe,vt apud Spartianum,q ſcribit Antoniũ dediſſe militibꝰ donarium:ſed quia frequenter locata ꝓ loco,& econtra ponuntur,accepit Verg.et alij,contenta pro continente.Veruntamẽ donaria, pro donis etiam accipere poſſumus in illo Vergiliano,Non enim eſt donum ſine loco.

## ¶De exeuntibus in rius,& in rium,& eorum natura. Cap.VIII.

TABELLARIVM, LOCVS EST vbi tabulæ.i.inſtrumẽta,& literæ reponuntur.Sacrarium,repoſitoriũ ſacrorum. Ærarium,repoſitoriũ æris.i.nũmorũ,ſimiliumq; rerum ꝑcioſaꝝ,atq; opum.Armariũ,vbi reponuntur libri,cęteraq; huiuſmodi, Armẽtariũ vbi reponunt armenta,& arma.Atramentariũ,vaſculum quod continet attramentũ. Calamariũ quidã vſurpant pro theca calamaria,in qua calami recõduntur.ſed quia hoc tẽpore plerique pẽna ſcribunt: poteſt etiam dici pennariũ,niſi malimus appellare thecam pennariã thecã calamariam,& thecam graphiariam.Penariũ,vbi reponitur penus,hoc ẽ edulia,& ad victum pertinẽtia.Viuariũ,vbi continentur vel aues,vel piſces,vel feræ quæ dũtaxat ad victũ ſpectant.Pomariũ vero locus pomorũ reponẽdorum,vel locus cõſitus pomis,vt Ouid.Id metuens ſolidis pomaria clauſit Atlas mœnibꝰ. Quidã hoc pomeriũ vocãt.Titus autẽ Liuius pomeriũ ait eſſe locũ ad muros intra & extra,in quo ædificare non licet quaſi poſt mœnia.vt dicimus pomeridianum,pro eo,quod eſt poſt meridianum. Vnde Lucanus.Longa per extremos pomeria iungere fines.Pomarium igitur,aut locus frequens arboribus pomi,ſiue fructuum pomi repoſitorium , aut

Tabellarium. Sacrariũ Ærarium Armariũ. Armentarium Atramentarium. Calamarium Pẽnarium Penarium Viuarium. Pomariũ. Pomeriũ. Pomeridianum Aluearĩũ

copia ipſa arborum pomiferarum. Nam horum nominum natura eſt ſignificare vel locum vbi illa ſunt,vel ipſarum rerum quæ in loco ſunt/ copiam, vt aluearium tametſi poteſt dici locus vbi ſunt aluei apum,tamẽ potius, accipitur pro copia alueorum eodem in loco collocatorum ac apum mellificantium.Et roſarium magis copiam fructificum vno loco roſas gignentium,q̃ ipſum locum vbi hi frutices ſunt/ ſignificat, quem locum ne roſetũ quidẽ appellare poſſis,quum idem ſignificet qđ roſariũ, niſi per cõtentum ſignificetur cõtinens. Plantariũ/ non locus plantarum,ſed ipſę plantę,etiam ſi euulſe aut non conſitę fuerint.Nec me fallit Seruium ſeparare plantaria a plantis dicentem Plãtę ſunt raptę ab arboribus,plantaria vero quæ ex ſeminibus nata cum radicibus & terra propria transferuntur. Ad qđ ſentiendum videtur allexiſſe eum verſus Vergi.Et viua ſua plantaria terra. Seminariũ/non locus,ſed ſemen ipſum.i.plantulę.Pãpinarium/ nõ terra vbi naſcuntur pãpini,ſed cõgeries pampinorum,id eſt virentium ramuſculorũ vitis vel(vt ait Plinius)Palmes qui e duro exit,materiaq; in proximum annum promittit pãpinarium vocatur.Certe in hoc palmite multi pampini ſunt. Calcearium veſtiariũq; pro calceis & veſtibus,vt cibaria pro cibis, fuſtuariũ pro fuſtigatione.Carnarium/ non locus eſt vbi caro ſalſa ſuſpenditur, ſed caro ipſa, niſi contentum pro continente Donaria/non locus repoſitorius donorum,ſed ipſa dona,licet Seruius dicat vbi dona oblata ſunt,ſicut lectiſternia dicuntur vbi homines in templo ſedere conſueuerunt. Ita in cæteris adhibenda eſt in ſimilium nominum ſignificatione accuratio eſt,& hæc de neutris.Nã maſculina Feminina & cõmunia/officia hominũ qualitateq; ſignificãt.Caprarius capraria,ſaltuarius,cãparius,horreariꝰ,claſſiarius/cuſtos exercitorve caprarum,ſaltus,cãpi horrei,claſſis.Sagarius, lintearius, veſtiarius,venditor ſagorum,linteoꝝ,veſtium.Proprietarius,fructuarius,vſuarius, cuius eſt ꝓprietas prædij,cuius fructus,cuius vſus,quæ omnia ſignificant actionẽ paſſioneq;,numero quidẽ incõprehẽſibilia.Pauca aũt quæ paſſiue accipiuntur. Legatarius,cõmodatarius, depoſitariꝰ,beneficiarius, fideicõmiſſarius,qui legatũ,cõmodatũ: depoſitũ beneficium,fideicõmiſſum accepit,& ſiqua ſunt alia.Ex huiuſmodi nominibus fiunt etiã nomina quædam rerũ,calcaria,ſulphuraria.vbi calx coquitur, & ſulphur fit,atq; hęc a nominibus fere ꝓficiſcuntur,illa vero magis a verbis vel a verbalibus in or, & ſunt adiectiua in orius oria oriũ/actionem ſignificantia. Accuſatorius,petitorius defenſorius,fideiuſſoriꝰ,inſtitutorius,exercitorius,tributorius. Nã tributarius vena tributum,tributorius a tributor ſicut depoſitarius a depoſitũ,& depoſitorius a depoſitor. Significat itaq; tributarius qui ſoluendo tributo obnoxius eſt vt ſtipendiarius qui ſoluendo ſtipendio, & depoſitarius qui reddendo depoſito, vt munerarius qui dat munere populo gladiatoribus in arena exhibendis.Ideoq; vas eſcariũ dicimus, & vas potorium, quia hoc a nomine verbali venit. Prætor,ſenator, holitor, lictor, non opinor deſcendere a verbis,ſed quia vocem verbalem obtinent. ſicut cẽſor & quæſtor,ſic formauerũt ſua denoĩatiua.

Roſarium Roſetum. Plãtarium. Plantę. Pãpinariũ Calcariũ. Carnariũ. Donariũ. In arius. paſſiis. Caprarius Cãparius. Saltuarius Claſſiarius Sagarius.

* Plantaris plãtarũ eẽ loca nõ de ſũt q hiſce Plinij/ bis dicãt. Quædã in plãtareo iſita eodẽ die trãſferuntur.

Vſuarius. Legatariꝰ. Cõmodatarius. Depoſitarius. Fideicommiſſarius. Calcaria. Sulphuraria. In arius.

Pretorius,ſenatorius, holitorius,lictorius ,cẽſorius, tributari⁹. & quæſtorius.Holitor aũt eſt q hortum holerũ ex ercet, quẽ nonnulli hortulanũ vocant. Eſt & holus vnaqueq; herba qua veſcimur. Nã ſunt & horti nõ holerũ ſolum,ſed arborib⁹ cõſiti,& voluptatis gra tia cõparati vt horti Salluſtiani,Põpeiani,Luculla ni,Claudiani,Lictor miniſter cõſulis, ꝓcõſulis ,ꝓſi dis ꝓtoris, q faſcem virgarꝝ alligatũ cũ ſecuri por tat:ſuntq; lictores conſulis duodeni,aliorum ſeni. His addere poſſumus aleator,qđ videt̃ deſcendere a v̾bo qđ nuſq̃ repitur:nõ enim aleare dicim⁹,ſed alea ludere.Neutra aũt in oriũ plerũq; locũ ſigni ficãt,vbi aliqđ fit,vt deãbulatorium,loc⁹ vbi deãbu lamus.Dormitoriũ,locus vbi dormim⁹. Reposito riũ,vbi reponitur qđ.Tentoriũ,vbi tẽdimus vela, aut ſi quid inſtar velorũ habet,vł tẽpora potius ve la ,ſiue velamẽta cõtra iniuriã cœli. Auditoriũ,lo cus vbi audim⁹ præceptorẽ,aut orantẽ non in vera cauſa,aut opus nouũ recitantẽ,aut ſi qđ ſi͠le eſt, vel ip̃a turba,atq; ipſe cœtus auditorꝝ.Tectorium,illini mentũ eſt & quaſi pauimentũ parietis atq; incru ſtatio. Amatoriũ, genus veneni amorẽ vel inſaniã ingerẽtis.Portoriũ , vectigal, portus,vł fluminum vel lacuum vł ſtagnorꝝ. Nã & portitor ille dicitur, q traducit hoĩes,ac vehit nauigio, vł ad nauim de littore,vł de naui ad littus,vel ad vlteriorẽ fluminis lacus,ſtagni ſeu ripã ſeu litt⁹,licet frequẽti⁹ dicatur littus.Põt etiã accipi ꝓ eo,q portorium cõducit,id eſt,q fructus pecuniarios ex portu cõduxit,& a ve nientibus illos exigit.Quæ ratio in cæteris huiuſmõi diſcernẽda eſt.Hoc loco etiã addam , quod quum dicamus dumetum,ſpinetum ,veptum , ſiliq;ta men dicamus ſenticetum nõ ſentetam.

Holitor

Holus

Lictor

Aleator.

In orium.

Dormito rium

Auditoriũ

Tectoriũ. Amatoriũ Portoriũ Portitoriũ Portitor.

¶Epitomæ capitis noni.

In erum Euentus. Iuſſus. Permiſſus Iugerum

EVentus ,iuſſus, & ꝑmiſſus ſubſtãtiua,in ſin gulari numero,quartæ quidẽ declinatiõis & maſculina:in plurali autẽ ſecũde,et neu tra,vſitati⁹ reperiuntur.Cõtra,iugerum in ſingula ri ſecundæ,& in plurali tertiæ,frequentius eſt, licet aliter quoq; legantur. ¶Mãcinellĳ enĩ lima docet & hoc euẽtum iuſſum, ac ꝑmiſſum,& hic euentus, iuſſus ac permiſſus repiri:& hui⁹ iugeris,& ab hoc iugere:qđ forte Val.inficias nõ iret,ſed rarius eſſe cõtẽderet.Verba Mãcinelli ſunt.Euent⁹ in ſingula ri generis eſt maſculini & declinatiõis q̃rtæ , ei⁹ ãt pluralis numerus eſt euentus,vt viſus.M.Tul.lib.i. de oratore.Vt enĩ quiſq; optime dicit,ita maxime dicendi difficultatẽ,varioſq; euentus orationis expe ctationẽq; hominũ ꝑtimeſcit.Verg.li.vi.de Ænea. Cecoſq; volutat.Euentus animo ſecum.Poſſem & plures afferre teſtes.Hoc vero euentum , hæc euen ta facit. Tullius enim in partitionibus ait,Si cuiuſ q; facti & euenti cauſa ponetur. Et lucretius lib.i. Euentum dici poterit quodcunq; erit actum. Inde igitur eſt euenta,& nõ ab hic euent⁹. Ab hoc iuſſu tantum.& ab hoc permiſſu legitur.Hoc autem iuſ ſum & permiſſum,hæc iuſſa & permiſſa, faciunt. Sillius lib.vi.Ire iubet campis equitẽ,ruit ip ſe cita tu.Quadrupedẽ planta fodiens,ſcutataq; raptim. Cõſequitur iuſſo manus,& muralia portat &c. Et lib.nono.Nec iuſſo mora,collectis fumantia lucẽt. Terga elephãtorum flãmis &c.Aulus Gel.li.ix.ca. xx.hæc ſcribit.Atteius capito publici priuatiq; iu ris.peritiſſimus quid lex eſſet hiſce verbis definiuit Lex,inquit,eſt generale iuſſum apoſtoli,aut plebis rogante magiſtratu,&c.poſtea ſubdit. Nam niſi populus aut plebs rogetur,nullum plebis aut po puli iuſſum fieri poteſt.Apparet igitur hoc iuſſum iuſſi,iuſſa pluraliter efferre,& ꝑmiſſum permiſſa, quum permiſſa etiam in plurali ſubſtantiuum ſit. Priſc.lib.vĳ.ita inquit.Dicitur tamen & hoc iugus iugeris.Iuueñ.Iugeribus paucis lumbos donare cli entis.Itaq; recte dixit,Pompo.enim mela lib.iĳ.de Araxe ita ſcribit.Frangit ſe ſubĩde ad oppoſita cau tium,atq; ob id ingenti cum murmure ſonãſq; de uoluitur adeo cit⁹,vt qua ex præcipiti caſurus eſt in ſubiectam nõ declinet ſtatim vndam , ſed vltra q̃ canalem habet,euehat pl⁹ iugeris ſpatio ſublimis, & aquis pendentibus ſemetipſum ſine alueo ferẽs &c. Et Tibul.lib.ĳ.inquit.Prædator cupit immen ſos obſidere cãpos. Vt multo innumeram iugere paſcat ouem.Pliñ.itẽ lib.xix.cap.xix. vbi de cæpis meminit.ſic ſcribit. Cęteri cępas ter foſſo ſolo fieri iubent.extirpatis radicib⁹ herbarum,in iugere de nas libras &c.Variabimus igitur huius iugeris,ab hoc iugere , hæc iugera,horum iugerum, his iuge ribus,hæc iugera.o iugera , ab his iugeribus. Hoc vero iugerum,ab hoc iugero,hæc iugera,o iu gera nec vlterius.Verg.Geor.iĳ.de Proteo loquẽs. Expediat morbi cauſam,euentuſq; ſecundet.Idem vi.Æneid.Æneas mœſto defixus lumina vultu. In greditur linquẽs antrum ,cecoſque volutat Euen tus animo ſecum.Idẽ Æneid.decimo:Sic magnus ſedet Ænæas,ſecumq; volutat Euentus belli varios Ouid.Metamor.xiĳ.Sic omnes ,vt & ipſa Iouis cõ iunxq; ſororq; Euentus Hecubã meruiſſe negaue rit illos.Itẽ Metamor.vĳ.Euẽtuſq; ſuos & tanta pe ricula iurat.Cicero Tuſculana.iĳ.Quare accipio eq dem a Cyrenaicis hæc arma contra caſus & euen tus,quibus eorum aduenientes impetus diuturna præmeditatione frãgantur.Idẽ Tuſculana.iĳ. Eo rum enim hæc ſunt qui euẽtus humanos ſupiores, q̃ ſuos animos eſſe ducunt.Idem in.ĳ. de diuinatio ne.Ita pueros orientes animari atq; formari,exeo q; ingenia ,mores,animũ,corpus ,actionẽ,vitæ ca ſus cuiuſq; euentuſq; fingi.Idem in ibi. Aues, euẽt⁹ ſignificãt aut aduerſos aut ſecundos.Idem ibidem. Quæ enim vita fuiſſet Priamo,ſi ab adoleſcẽtia ſciſ ſet quos euentus ſenectutis eſſet habiturus.Idẽ Tul lius in dialogo de oratoria partitione. Quæro qui ſint illi euentus quos ex cauſis effici dixiſti? Et pau lo poſt.Rerum ipſarum euentus erunt caſuſq; nar randi.Reperitur & apud eum ipſum Ciceronẽ euẽ tũ numero ſingulari,vt epiſtolarum ad Atticũ , li. tertio.Quare quum me afflictum & confectum lu ctu audies,exiſtimato me ſtultitiæ meę pęnam fer re grauius q̃ euenti.Quæ ſane exempla vt Aſcenſĳ Mancinelliq; ſubnecterem ãnotationibus , ea vna me monuit ratio vt,ſtudioſiſſimo cuiq; ꝑpalã eſſet, non adeo fide in aurem vtranque dormiendum. Si enim receptæ fidei ſcriptores non oſcitabundus excuſſeris,te quidem parui facturum confido,ſiue euentus & euentum numero ſingulari,ſiue euen tus & euenta plurali quis protulerit.

Euentum neutrum.

Iuſſum & ꝑmiſſum.

Iugus.

Ioannes Theodori cus.

Euentus. Iuſſus.

¶De euẽtu/iuſſu/permiſſu/iugero. Cap.IX.

EVENTVS IN SINGVLARI
generis maſculini & declinatiõis quar
tæ eſt, eius plurali. M.T. ſæpiſſime ĩ neu=
tro genere & declinatione ſecunda vtiť
vt de oratore. Ex aliorum factis & dictis, aut euen=
tis. Idem de diuinatione. Si euenta quærimus, quæ
exquirũtur extis, & ad Luceium. Fabulã rerum euẽ
torumq; meorum, & ad Atticũ. Semper enĩ cauſæ
euentorum magis mouent, q̃ ipſa euẽta. Quidam
plane impiti euentũ aiunt, ſignificare principium,
vt apud Ouidiũ: Exitus acta probat, careat ſucceſſi
bus opto. Quiſqs ab euentu facta notanda putat.
Illud enim / exitus acta ꝓbat, vox eſt accuſantium
Phyllidẽ argumento quod dicitur a caſu. Eos enĩ
Phyllis ipſa execratur, dicens: Careat ſucceſſibus o
pto, quiſquis a caſu, & non a cauſis aliũ laudat, aut
vituperat. Similia ſunt huic / iuſſu & permiſſu tuo,
quorum pluralia ſunt ſecundæ potius declinatiõis
in ſingulari fere nunq̃. Neq; enĩ dicere ſolemus iu
ſo tuo, ſed iuſſu: non ꝑmiſſo tuo, ſed permiſſu. Hoſ
tamen, vtar ꝑmiſſo. i. re permiſſa, nõ aũt ꝑmiſſiõe.
Nec dixiſſet permiſſo tuo. Nec iuſſibus ꝑmiſſibuſ.
ꝙ tuis dicimus, ſed iuſſis permiſſiſq; tuis, nec iuſſus=
ꝑmiſſuſq; tuos, ſed iuſſa & permiſſa tua. Verg. Ac=
cipe iuſſis carmina cœpta tuis. Et iterum. Ille patris
iuſſa exequitur. Et alibi. Haud mollia iuſſa. E diuer
ſo iugerũ in ſingulari ſecũdæ, & in plurali tertię eſt
declinatiõis nõ aũt (vt ait Priſc. iuger iugeris, quũ
omnes dicãt in ſingulari iugerũ, & in plurali iuge=
ribus. Significat autẽ menſurã ducentorũ quadra=
ginta pedum, in longitudinẽ dimidĳ in latitudinẽ
vel (vt alĳ volunt) q̃tũ par boũ vno die arat, q̃ duæ
ſignificationes in idem recidunt, tantũ enim fere
ſolet vno die par boũ arare quãtũ dixi.

*Iuuenſ. Iugeribus paucis lũbos donare clientis.

¶Epitomæ capitis. x.

ADiectiua in tilis, ſilis, & xilis, ſi a paſſiuis ve
niunt, præteriti paſſiui ſignificationẽ habẽt
ſin ab abſolutis, præſentis. Quæ vero a locis
inhabitatores aut indigenas, vt ſaxatilis, aquatilis.
Sũt tamẽ quæ re ita exigẽte, præſentis, paſſiui, ſigni
ficationẽ obtinent, vt plicatilis criſta quæ plicatur.
¶Addi poteſt, aut plicari poteſt: q̃modo cõtra Val
lã Mancinellus exponit apertile, dicẽs: Aptile non
quod apertũ eſt dicitur, ſed quod aperiť, vel aperiri
poteſt: vt verſatilis axis, qui verſatur. plicatilis cri=
ſta, quæ plicatur, vel plicari poteſt. Et hoc pacto,
Ouidĳ illud expõi debet. Sicut etiam lib. xiĳ. Met.
Tortilis. Vltimaq; excipiat ꝙ tortilis vltima piſcis
Senſit. aliter autem tortilis anſa dicitur. Donat⁹ fu=
tilis & futile deductũ vult a futili vaſe, quo in ſacri
ficĳs vtebanť. ſed & illud a futiendo ſeu effundẽdo
dictũ eſt, eo qđ quũ ſtare nequeat, depoſitũ fundit

*Mãciel. Aptile qđ fit.

¶De adiectiuis in tilis, xilis, & ſilis. Cap. X.

NOMINA QVÆ EXEVNT
in tilis, vel in ſilis, vel in xilis, ſimil
limam ſuis participĳs vñ naſcunť
ſignificationem habent. Vas fictĩ=
le, quod fictũ eſt a figulo, nõ quod
fingi poteſt. Coctiles lateres, qui co
cti ſunt, & non crudi. Raſiles calathi, quaſi raſi ni=
hil extãtis ac redũdantis plenitudinis. Verg. tamẽ
Et toruo raſile buxũ, quaſi raſibile, penſilis vua, pẽ
ſilis lectus, pẽſiles lychni, pẽſiles balneæ, penſiles
horti, ꝙ ſuſpenſi ſunt & in aere pendentes. Flexilis
ramus flexiles vites ꝙ flexæ ſunt. & lapſu erratico
torquentur. Tortilis anſa, ꝙ retorta & replicata
eſt. Tornatile poculũ, quod tornatum & toruo fa=
ctum eſt. Textilis veſtis, ꝙ detexta eſt. Sutilis bal=
theus ſutilis cymba, ꝙ conſuta eſt. Sculptile ſimula
crum, qđ ſculptũ eſt. Altilis auis: altilis quadrupes,
altilis piſcis, qui ſagina altus ſiue alitus eſt atq; ſagi
natus. Structilis baſis, ſtructiles columnæ quę non
ſunt ex vno lapide, ſed ex multis. Aperite latus qđ
apertum eſt, vt Ouid. de triſtibus. Aſpicis a dextra
latus hoc adapertile tauri. Tinctile virus, qđ tinctũ
eſt, aut intinctum eſt ſpiculo ſagittæ, vt apud eũdẽ
& in eodem opere. Et tinctile virus. Tonſile buxe=
tum, & tonſiles oleas legimus ꝙ tonſe ſunt, ac in or
bem & comam putate. Et hæc nomina in partici=
pium paſſiuum reſoluuntur, quæ paſſiuum habẽt,
quæ vero paſſiuo carent, in præſentis participium.
qualia ſunt neutra, vt anima volatilis / quaſi volãs,
& quadam volatilia volucres vocant, quia volant,
vt altilia animalia / quæ alũtur, ſeſſilles lactucæ qua
ſi ſedentes, qđ licet a participio non veniat, tamen
eiuſdem naturæ eſt, quum in ſignificatione conſen
tiat, & a ſupino naſcatur. Verſatilis quoq; ſcęna vi=
detur ſignificare ꝙ verſatur huc & illuc, non ꝙ ver
ſata eſt: & axis verſatilis, & gladius angeli verſa=
tilis, ꝙ verſatur. Quidam aiunt verſilis ſcœna & du
ctilis, verſilis quidem ꝙ quum tota, machinis qui=
buſdam conuertebatur, aliam picturæ faciem oſtẽ=
deret. Ductilis vero quum tractis tabulis hac atq;
illac ſpecies picturæ nudabatur interior. Plicatilis
criſta vpuppe, quæ plicatur non qui plicata eſt, &
nauis plicatilis quæ plicatur quum facta eſt ex co=
rĳs. Fiſſilis arbor, fiſſile lignum, fiſſille robur, tũ qua
ſi fiſſum cuneis, tum quia finditur quaſi fiſſibile vt
Plinius lib. xvi. Hæc maxime fiſſilia: talia frangi ce=
lerioraq; findi. Idem paulopoſt. Nulliſq; fiſſile ri=
mis hoc lignum. i. fiſſum. Solutilis etiam nauis di=
citur, qualis nauis in qua Agrippina a Nerone fi=
lio per inſidias poſita, naufragium fecit, quaſi ſolu
bilis, qua facile ſolui poſſet. Ego vero malim ſolu=
tilem dicere ſolutam, & non fideliter conſutam. Et
ſectile porrum legimus, nõ tam ſectibile (quid, enĩ
non eſt ſectibile) q̃ ſectum & ſua ſponte conciſum.
Nam conciſum & ſectum introrſum videtur. Futi=
lis vanus & inutilis & vel a futio, vnde effutio, vel
a fuo futum, vel per apocopem ab alio ſupino, qđ
ab alĳs diuinari malo, q̃ a me proferri. Vmbratilis
videtur cõuenire cum cæteris, quaſi vmbratus, vt vi
ta vmbratilis, & res vmbratiles. i. vita vmbra &
opaco & marceſcens, & res per inuolucra & iuani
tatem qualis vmbra eſt dicte / vmbratiles appellã=
tur Aquatilis a nomine vel a verbo, animal ĩ aqua
degens Saxatilis, incola ſaxorum. Piſcis fluuiatilis.
incola fluuĳ nõ maris aliarumve aquarum piſcis.
Pluuiatilis aqua, vel a pluo, vel magis a pluuia.

Fictilis. Coctilis. Raſilis

Penſilis. *Plinius. Magnitudo & frequẽtia cloacarum vrbẽ pẽſilem fecit.

Flexibilis. Tortilis. Tornatilis Textilis. Sutilis.

Volatilis. Altilis. Seſſilis.

Verſatilis

Verſilis. Ductilis. Plicatilis. Fiſſilis.

Solutilis. Agrippina

Sectilis. Futilis. Apul. Leuis hõ & futilis ac rimarũ plenus:

Vmbratilis. Aquatilis. Saxatilis. Fluuiatilis. Pluuiatilis In bũdus.

¶Epitome capitis. xi.

IN bundus verbalia participĳ præſentis verbo=
rum frequẽtatiuorum ſignificationem habent,
ea quæ vſitatiſſima ſunt quorũ huiuſmodi par=
ticipia inuentu rariſſima. ¶In huius ſententiam it &

Neſtor totis pedibus dicens. Nomina in bũdus ex ſimilitudine ethimologiam trahere dixit Scaurus antiquus grammaticus cuius opinionem ſecutus eſt Seruius ſuper.v. Æneid.& priſ.vt vitabundus ſimilis ſit vitanti,prædabundus ſimilis prædanti, furibundus ſimilis furenti. ridibundus ſimilis ridenti,populabundus ſimilis populanti,rubicundus ꝓ rubibundus, teſte Priſciano ſimilis rubenti. At vero Ceſellius per participium exponit in commentario lectionum antiquarum:ita ſcribens Ludibũdus,errabundus,ridibundus,idem eſt qđ ludens.errans.ridens.Similiter quoq; exponit Marcellꝰ has præcipue dictiones, vt moribũdus dicatur moriẽs, errabundus errans,deplorabundus deplorans, volutabundus volutans,vitabundus vitans. In hanc etiam ſententiam ducitur Gellius in noctibus atticis,& lucidius his diſſerit omnibus. Nam terminata in bundus(vt ait) vehementiam ſignificant, qđ idem eſt ac ſi diceret,idem ſignificant,qđ & participia frequentatiuorum, vt riſitans, territans. populitans.Lucretius libro.vi.verſabundus enim turbo deſcendit,& illã Deducit pariter lento cũ corpore,nubem.i.verſans.Qđ & pompeius exponit apertius.Ait enim in dictionibus a C, litera incipientibus.Caſibundus.i.crebro cadens.Vnde Neuius referente Varrone lib.i.de analogia ait. riſi ego met me caſibundum ire ebrium, hoc eſt crebro cadentẽ interpræte(vt diximus)pompeio.Hanc etiam opinionem ſequitur Lauren. libro.i.Elegantiarum, & Tortellius in commentarijs orthographiæ quæ pace contradicentium dixerim firmior & certior eſt, qđ etiam vno hoc exem[…]o probamus.Salluſtius in Iugurtha.Ipſe quaſi vit[…]undus per ſaltuoſa loca & tramites exercitum ductare, hoc exemplum Seruius affert in teſtimoniũ ſui erroris quod haud dubium noſtræ ſententiæ magis cõfert q̃ ſuæ. Quid enim addidiſſet Salluſtius quaſi,,qđ ſimilitudinem imaginemq; ſignificat,ſi vitabundus per ſe ſimilitudinem,ſignificaret?Quid ꝙ Priſcia. noſtrã etiam cõtra ſeipſum opinionem tenet?Nam vt diximus rubicundus inquit pro rubibundus ponitur. Nunquid rubicundus rubenti ſimilis dicitur,. an rubẽs? certe rubens.Vnde Vergi.in culice ait. Et roſa puerpero creſcit rubicunda colore.Calphurnius egloga iiij.Et potius glandes rubicundaq;,;collige corna. hæc ille.Sane epibolos dicit ductor,ne quid erres.

Ioannes. Theođ. Epibolos. Aduerbiũ ẽ, habẽs omega in fine, ſignificatq; ingenioſe & apte,

¶De adiectiuis in bundus. Cap.XI.

PRISCIANVS LIBRO QVARto inquit. In bundus deſinentia ſimilitudinem habere ſignificant.vt vitabũdus ſimilis vitanti.prædabundus ſimilis prædanti. moribundus ſimilis morienti.errabundus ſimilis erranti.furibundus ſimilis furenti.Et paulopoſt.Excipitur alternitatis cauſa rubicundus,qđ in penultima ſyllaba pro b,c.habuit.ne ſit abſonum ſi rubibundus dicamus.Sed videamus an Priſcianus recte ſentiat,neq; a me primum quæſtio hæc mouetur,ſed olim ab Aulo Gellio,atq; ante hunc a Terentio Scauro Hadriani tẽporibus.vt idem Aulus Gellius ait grãmatico vel nobiliſſimo contra Ceſellium in cõmentario lectionũ antiquarũ ita ſcribentẽ.Ludibũdus errabũdus ridibundus.idẽ eſt qđ ludẽs,errãs,ridẽs.Quod Scaurus repræhẽdit,dicẽs.ludibundũ eſſe qui ludentẽ.errabundum/ridibundũq; qui errantem ridentemq; agit ac ſimulat.Hoc Aulus Gellius cõfutat atq; ita cũ Ceſellio ſentit.vt non ſimulationem per hæc nomina,ſed econtrario vehementiam intelligi velit. his quidem verbis.Sed qua ratione Scaurus adductus ſit,vt Ceſellium in eo repræhenderet, non hercle reperiebamus.Non eſt enim dubium,quin hæc genere ipſo dũtaxat/idem ſignificent qđ ea demõſtrant a quibus producũtur.Quid eſſet autem ludẽtem agere vel imitari,non intelligere videri maluimus q̃ in ſimulare eum tanq̃ ipſum minus intelligentem.Et paulopoſt.Quum repræhenſionem autem illam Scauri notaremus,in memoriam nobis redijt.ꝙ ꝙ Siſenna in quarto hiſtoriarum eiuſdem figurę/v/bo ita vſus eſt.Populabũdus(inquit)agros ad oppidũ peruenit.quod.ſ. ſignificat/ quũ agros popularetur.non vt Scaurus in cõſimilibus verbis ait.quum populantẽ [.]geret.vel quum imitaretur. Poterat tamen Aulus Gellius accõmodatum magis etiam producere exemplum. quale apud Salluſtium in Iugurthino. Ipſe quaſi vitabundus per ſaltuoſa loca & tramites exercitum ductare. Si huiuſmodi nomina in bundus ſignificarent ſimilitudinem.quid ita adderet,quaſi quod ſimilitudinem imaginẽq; ſignificat?Pergit idẽ Gellius dicens. Sed inquirentibus nobis quænã ratio & origo eſſet huiuſcemodi figurę populabundus & errabundus, multorũq; aliorum id genus verborũ επιβωλοσ epibolos hercle. Apollinaris noſter ſibi videri particulam iſtã poſtremã in quam verba talia exeunt vim & copiam & quaſi abũdantiã rei cuius id verbum eſſet.demõſtrare.vt letabundus is dicatur,qui abunde letus ſit.& errabundus qui lõgo atq; abũdanti errore ſit.Cæteraq; omnia ex ea figura ita dici oſtendit.vt productio hæc & extremitas largam & fluentem vim & copiam declaret. Hæc Aulus Gellius.a quo miror cur deſciuerit Priſcianus,& vni Scauro potius q̃ his duobus tribuſve aſtipuleẽ. An quia grãmaticus Scaurus & Priſciano ſimilitudine profeſſionis coniunctus Ceſellius vero iuriſconſultus. & Aulus Gellius orator.Apollinariſq; philoſoph[…] Puto Seruium ſecutũ potius,q̃q̃ ab eo libẽter diſſentire ſolet. Ait enim ille tum alibi.tum decimo Æneidos.Moribunda moriẽti ſimilis.quod ita eſſe Salluſtius oſtendit,qui ait.Quaſi vitabũdus per tramites & ſaltuoſa loca exercitũ ductare.Nullum exemplũ Seruius magis contra ſe proferre potuit, vt modo oſtendi. Audi quam ſubiungit rationem. Nam Iugurtha non vitabat legatũ,ſed eum vitare ſimulabat.Ita loquitur quaſi expoſuerit vitabũdũ dici a ſimulatione,& nõ a ſiĩtudine.Nõ ſimulabat vitationẽ legati,ſed timorẽ.Præterea ſi qua foret ſimilitudo, ea ſimilitudo atq; ſimulatio intelligitur per illud/quaſi,non per illud/vitabũdus. Addit adhuc rationem.Nam quia nomẽ eſt, ideo ſignificat ſimilitudinem,non paſſionẽ, & alia deinceps,vbi nullum robur rationis eſt, ſed præter rationes illorum,ipſe quoq; Priſcianus imprudens confeſſus eſt qđ negabat.Quæro enim,nunquid homo rubicundus(qđ ille ſimile facit cæteris in bundus)ſimilis

Ludibũdꝰ Errabũdꝰ. ⁕Ver. Si q̃ forte ferãt oculis ſeſe obuia nr̃is. Errabunda bonĩs veſtigia.

Ridibũdꝰ.

Populabũdus.

Epibolos. Letabũdꝰ.

rubenti eſt,an vere rubens?pfecto vere rubens. Ergo idem erit rubicundus & rubens, quæ ſententia Ceſellij eſt,quæ & breuior eſt.nec min⁹ fortaſſe v̄ba quam illa ſiue Gellij ſiue Apollinaris,quū frequentiſſime ſic accipiantur populabundus,populās, et errabundus errans:ſed nonnunq̃,vt Gellius ait,vehementiam ſignificant,quã,vt breuiter & ipſe cõplectar,idem ſignificant qđ participia frequentatiuorum,luſitans,riſitans,erritans,lectitans,populitans ſi reperiremus,quod quum nõ ſit,ad hæc (vt reor)in bundus terminata decurrimus.

In icus.

¶Epitomæ capitis.xij.

VErbalia in icus a facio,& dico,et in quus a loquor,& ſequor,ſi qua ſunt a ſequor, cõparatiuum & ſuperlatiuum ab inuſitato v̄bali in ens,frequenti⁹ deducunt.¶Sæpe em̃ abſolutum ſeu poſitiuū nomen in vſu eſt a quo cõparatiua & ſuperlatiua rara,atq̃ econuerſo, vt magnificus in frequenti eſt vſu,magnificens in nullo, & tamen magnificetior & magnificentiſſimus ſunt frequentiſſima,quū magnificior & magnificiſſim⁹ vix vſq̃ reperiatur.Sic, diues in frequentiori eſt vſu q̃ dis adiectiuum & tñ ab eo ditior, & ditiſſimus in vſu ſunt,quū diuitior valde rarum,ſed in heredibus tñ lectū,diuitiſſimū,rauiſſimū,aut nullū ſit. Addam⁹ in icus nomina nõ geminare ſyllabā. Nā ab amicus fit amicior,a ſpurcus ſpurcior,a pudicus pudicior,quãuis dicatur pudicitia,ſpurcitia,amicitia,quia genitiuo interdū additur tia,vt auari,auaritia,duri duritia &c.

Dis & diues.

¶De exeuntibus in icus,quor & oquus,quomodo cõparatiuos ſuperlatiuoſq; faciant. Cap.XII.

Magnificus. Honorificus. *Cicero. Celio.Honorificus i me conſul fuit,& ſuauis amic⁹. Mirificus. *Teren. i phormio Quidnam arbitraris. ficio,atq; mirificiſſimum

MAGNIFICVS, HONORIFIcus,munificus, nõ ex ſe gignunt cõparatiuos ſuperlatiuoſq;, ſed ex alijs quæ,in vſu non ſunt,ac ne poſſunt quidem eſſe magnificens,honorificens, munificens.Non enim dicimus magnificior, honorificior, munificior,ſed magnificentior, honorificentior, munificentior. Et in ſuperlatiuo, magnificentiſſimus, honorificentiſſimus, munificentiſſimus.Mirificus tñ etiā mirificiſſimus facit.Atqui mirificiſſimū vt Teren.& Mar.Cato,teſte Priſciano,cõtra Thermū de Ptolomeo rege optio atq; beneficiſſimo.Et Accius in.viij. Didaſcalicon. Et magnificiſſimo excellentiſſimoq; honore. Oĩa ergo a facio ſic compoſita,ac terminata,hãc regulam ſequuntur,mirificus,beneficus,veneficus,maleficus,vulnificus,tabificus,luctificus,pacific⁹,morbificus,ſacrificus,& ſi qua ſunt alia,quæ oĩa aſcititium comparatiuum ſuperlatiuumq; habent,aliquando etiam ſuum.Sūtne alia nomina eiuſdẽ naturæ?Certe ſunt ea,quæ formãtur a dico et a loquor & ſi qua reperirentur a ſequor,vt maledicus maledicentior maledicentiſſimus:benedicus autem,nõ inueni,quia nec benedico inuenitur:licet eo Priſcianus vtatur,& hoc tempore vtamur more Græcorū autoritate dedimus huic verbo accuſatiuum præter naturam ſuā quum poſtulet datiuum ſicut maledico,quod & ipſum nunc, ad imitationem Græcorum habet etiam aliquando accuſatiuū. De benedico vnius vocis loquor,non duarum nã tunc et aliud ſignificat,& aliter regit. Præterea fatidic⁹,veridicus,iuridicus vero rarum verbū eſt,cauſidicus magis ſubſtãtiuum.A loquor ſunt plura, a ſequor fortaſſe nulla niſi pediſſequus, quod ſubſtantiuū eſt.Magniloquus,grandiloquus,altiloquus,vaniloquus,doctiloquus,verſutiloquus, fatiloquus faciunt cõpatiua magniloquẽtior,grãdiloquẽtior, et item cætera.Superlatiua, magniloquẽtiſſimus,grãdiloquentiſſimus,altiloquentiſſim⁹,& reliqua.Sed eorū cõpoſita poſſunt eſſe,tum participia,magniloquens, grandiloquens:tū nomina,magniloqu⁹, grandiloquus,præter vnum,ſuauiloquens, quod neſcio,an dici poſſit ſuauiloquus,maledicẽs plane participiū eſt.ſed & maledicus dicimus,quod in fatidicus & v̄idicus non fit:neq; in illis ſuperioribus magnificens,honorificens,munificens,quæ participia eſſe non poſſunt,quum hæc fuerit futura vera vox magnifaciens,honorifaciens, munifaciens.

Benedicos Maledico Benedic⁹. Maledic⁹. inuentu rar. Deriuata a loquor

Fatidicus

¶Epitomæ capitis.xiij.

¶In eus,ex materia mera,aut ſolida,quid factum. In aceus cõmiſta,aut quid in ea natum. In atus incruſtatum aut tectum.In itius,aut materiā,ſi a nomine,aut paſſionem ſi a verbo deducuntur,ſignificant.¶Vt porta ferrea,ex ſolido ferro:ferracea,ex ferro miſto:ferrata, ferro incruſtata & munita, ſeu tecta. Ager cretaceus,in Creta conſiſtens,tectum lateritum,ex latere factum:domus cõductitia,cõducta aut conducibilis.

In eus. In aceus. In atus. In itius

¶De exeuntibus in ceus,materiam ſignificantib⁹,in eus,& in itius. Cap.XIII.

FINITA IN CEVS PAVCA ſunt,materiamq; ſignificant,vt herbaceus,betaceus,maluaceus:ex materia herbæ maluæ,betæ:arundinaceus ferulaceus,roſaceus,triticeus,ordeaceus,teſtaceus,tophaceus,arenace⁹,cretaceus,argillaceus:ex materia arundinis,ferulæ,tritici,hordei,roſæ,teſtæ,tophi,harenæ,cretæ,argillæ.Hoc tamẽ diſferunt,ſi quid differunt a materialibus,q; illa magis totū ſignificãt,hæc partem. Ager enim cretaceus,non idem eſt quod creteus, nec arundinaceus, ſurculus,quod arundinea fiſtula:vnum eſt natum & poſitum in creta,aut arundine:alterū ex corpore ac materia cretæ & arundinis factum, & panis triticeus,ordinaceuſve,non ex ſolo tritico,hordeove cõpoſitus eſt,ſed ex aqua quoque, licet triticeus vtriuſq; harū de quibus loquor, formatum videri poſſit,& magis illius cuius ſunt creteus,arundine⁹ & ſimilia. Nam triticaceus facere deberet,niſi dicim⁹ euphoniæ cauſa,ſyllabā eē ſublatā.qđ mihi ita videt,qa diſtincta eſt ſpecies eorū,quæ exeūt ĩ ceus. & eorum,quæ exeunt in eus.Huius generis eſt vinace⁹,quum eſt adiectiuum,& vinaceo grano legimus quedā ſuffocatū ꝓ acino vuæ,& vinacea ſubſtãtiuū plurale,ꝓ granis vuæ iā preſſe.Dicimus tñ mõs terrenus potius,q̃ terreus,aut terraceus. Sunt item noĩa finita in itius,deſcendentia ab habentib⁹ t/in vltima ſyllaba,& a noĩb⁹ quidẽ ſignificãtibus materiā.Si v̄o a ſupinis,paſſionẽ quādā,vt cretiti⁹ ſtramẽtiti⁹,lateritius,cemẽtiti⁹,pauimẽtitius.Item fictitius,commentitius, pigneratitius, feneratitius,

In aceus. Herbace⁹. Betaceus & ſimilia. Ager Cretaceus. Vinaceus Vinacea. *Col.lib.ix.Vinacea quãuis tolerabiliter paſcãt dari non debent niſi quib⁹ tẽporib⁹ anni aius fætum non edit. In itius. Fictitius.

Cōductitiꝰ Aſcriptitiꝰ Cōparatiuū.

conductitius, aſcriptitius, deductitius. Ratio fictitia ac cōmentitia, quæ ficta & ad tempus commentatia & excogitata. Res pigneratitia aut feneratitia, quæ data eſt pignori, aut ad fenus pertinet. Domus conductitia, quæ conducta eſt. Homo aſcriptitius dedititiuſq;, qui ad aliquā rem aſcriptus eſt & qui ex numero eorum eſt qui ſe in alterius imperium dediderunt.

¶EPITOME Capitis. XIIII.

COmparatiuū ſemper auget ſignificationem abſoluti, licet rem ſubiectā imminuat. Sæpe tamen pro abſoluto repertū eſt. Nec cōparatiue poſitū dūtaxat per magis eſt exponendū, ſed etiam per alia aduerbia cōparatiua, ſicut & ſuplatiuū per aduerbia ſuperlatiua. Addi poteſt. Verūtamen virtute ſubauditi ſæpe minus per comparatiuū q̄ per abſolutum importatur, quod Donatū, Seruium, Acronem, cæteroſq; grammaticos ſenſiſſe coniectura conſequor. ¶Verbi gratia, minus excedit parum & paucum in paruitate & paucitate, ſed quod minus eſt, exceditur a paruo & pauco in

Mācinellꝰ. quātitate & numero. Pro abſoluto autem poni approbat ſic Mācinellus. Recte quidem meo iudicio expoſuiſti Laurēti / triſtior pro triſtis, & ſenior pro valde ſenex. Nam & alios in loco idem Vergilius inquit. Hoc Helimus facit hoc eui maturꝰ Aceſtes. Et libro ſexto de Charōte ait. Iam ſenior, ſed cruda deo viridiſq; ſenectus. vbi item pro valde ſenex exponendum eſt, qđ datur intelligi per verba illa. Sed cruda deo viridiſq; ſenectus, q̄uis enim valde ſenex Charon eſſet, attamen crudus & viridis erat. Verū illud vlterius addemus, ꝙ ſenior etiam pro magis ſenex accipitur. Sæneca enim epiſtola. lxxv. ita ſcribit. Quēadmodum ex duobus ſapientibus qui ſenior deceſſit, non eſt beatior eo cuius inter pauciores annos terminata eſt virtus. ¶Virtute autē ſubauditi per comparatiuum minus & leuius quiddā importari, patet multorum teſtimonio, qui hominem liberiorem ſeueriorem q; potius q̄ liberū ac ſeuerum dicunt, quaſi ſubaudiatur / paulo, aut aliquāto q̄ par ſit.

¶De vi comparatiui / de minus / de magis. Cap. XIIII.

Triſtior. COMPARATIVVM pro minore vi accipi q̄ ipſum poſitiuū habeat ait Priſcia. vt Verg. Triſtior / & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. Triſtior enim hic ex parte triſtis accipitur. ſæpe per ſe poſitum pro ipſo poſitiuo,

Senior. vt comites ſenioris Aceſte pro ſenis. In quorū vtroq; eſt cauſa cur aliquid nos addamus. Nam illud

✱Interdū ſenior valde ſenē ſignificat. triſtior planæ pro triſtis / non pro ex parte triſtis accipitur, vt ait Quinti. Vtimur vulgo cōparatiuis ꝓ abſolutis, vt ſi quis ſe infirmiorem appellans non dixit pro minus q̄ infirmus. Et hic ſenior potius pro valde ſenex q̄ tantū ſenex, vt idem Quinti. de

Oui. lib. ij. metamor. Tū ſenior: q̄uis obſtet mihi lōga ſenectus in firmior.

Iſocrate. Eoq; Iam ſeniore (octauum enim & nonageſimum compleuit annum) præcipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cœpit. Et Ouid. de triſtibꝰ. Soſpite ſic te ſit natus quoq; ſoſpes. & olim Imperium regat hoc cū ſeniore ſenex. Ideo cum Seruio non ſentio dicente ſcđm Varro. Senior & iunior cō paratiua ſunt per immunitionem. Eſt enim ſenior non ſatis ſenex, iunior non ſatis iuuenis: intra iuuenem, ſicut pauper... [illegible] ...autem hoc Varro in libris ad Cice. quam rem a Varrone tractatam confirmat etiam Plinius. Hęc Seruius. Si vero hoc Varro & Plinius ait, quis nō cernit ſibi ꝓp ſi repugnare rationem hanc? Eſt enim natura cōparatiui / ſuperare in ea qualitate, quam obtinet poſitiuus. Quæ ſuperatio quoties incolumis eſt, nō poſſis tunc dicere factam eſſe immunitionē. Ponamus exemplum huic rei ſimillimum. Antiquior te ego ſum. i. maior te natu ſum. Item adoleſcētior ego te ſum. i. minor te natu ſum, ita iunior te ſum. i. minoris ætatis q̄ tu, videlicet ſupero te paruitate ætatis.

Natura cōparatiui.

Quē in modum accipitur illo in loco Seruij. Ergo non per imminutionem, ſed proprie. Quare in iunior fallitur, ita in ſenior falli dicendus eſt. Quæ tamen omia (vt ſentio) pro poſitiuo accipi ſolēt. Quēadmodum ocyus pro ocyter. Minus pro non ſemper fere accipitur, frequentiſſime tamen iunctum aut cum ſin, aut cum quo pro vt, ſin minus. i. vt nō, ſicut quo ſecius etiam pro vt non. Quia de hoc cōparatiuo Minus feci mentionem, aliquid etiam de ipſo dicam, Placet autem mihi nō modo a paruū venire, ſed etiam a parum, vt parū pecuniæ habeo non autem paruū pecuniæ, ergo minus pecuniæ / ad parum pecuniæ, potius q̄ ad paruū pecuniæ videtur referri. Addam aliquid econtrario de magis Ait idem Priſcianus, omnia comparatiua mittere aduerbia ſimilia neutro generi. At qui Magis non in us exit more aliorum, ſed in is, quod cōparatiuū eſſe & vis ipſa huius vocis indicat, & multo poſt neſcio quomodo fatetur hæc auctor. prætereo ꝙ a maius nullū aliud aduerbium eſt, & aliquod debet eſſe. dicimus eñ iuſtius queror, melius ſcribo, peius cāto, plus gaudeo, minus doleo, maius gaudeo nō dicimus, ſed magis quod a magnū poſitiuo cōparatiuū eſſe vel hinc palā eſt, ꝙ omnes ſic loquimur magis poterat Pōpeius, q̄ Cæſar, ſed poſtea maxime potuit omniū Auguſtus Ceſar. Ex quo apparet eiuſdē poſitiui qđ eſt Magnū cōparatiuū eſſe Magis, cuius ſuperlatiuū eſt maxime mutata u / ĩ g / & appoſita i. Quod quū ita ſit, cur per magis & poſitiuū reſolui cōparatiuū Priſcianus voluit, tacens de cæteris quæ eūdē vſum præſtāt. Fortior plus fortis, vehemētius fortis, validius fortis, & quæ ſunt eiuſmodi. opinor ꝙ non putabat hoc eſſe, cōparatiuū, vt qđ a voce cōparatiui receſſerat, aut ſi putabat, abſurdū videbał cōparatiuū ꝑ cōparatiuū reſolui cū poſitiuo cū pręſertim ipſum Magis more aliorū cōparatiuorū reſoluēdū ſit, qđ ſi fieri nequit, nec alia quidē poterūt. Quale eſt ſi dicā. Quod eſt iſtorū maius edificiū, aut qđ validius abſurdū (vt dixi) quibuſdā videri poſſit, ſi reſoluatur magis magnū, & validiꝰ validū. Adde ꝙ ſicut reſoluit cōparatiuū ꝑ magis debuit reſoluere ſuplatiuū per maxime, vt fortiſſimus Græcorū Achilles, maxime fortis Græcorū, nō aūt ſuper omnes Græcos fortis. Nā hoc mō ſupra ſe fortis erit, qđ fieri nequit. Itē ſine appoſito fortiſſimus Hercules nō dicit cōmode valde fortis, ſed validiſſime, id eſt maxime fortis. Nā quid abſurdius, q̄ quum exponamus cōparatiuum per comparatiuum, exponere ſuperlatiuum per poſitiuum.

Ocyus. Minus. Secius.

✱Secius q̄dā a ſecꝰ deriuant. q̄dā a ſero. Vñ q̄nq; ſumitur ꝓ poſitiuo, q̄nq; ꝓ minꝰ vł tardius. Verg. Nec ſeciꝰ oīs in vnguem. Arboribꝰ poſitis ſecto via limite quadret. Apu. Nec eo ſecius approbabit tibi nunc infirmitas animi mei.

Magis. Cōparatiui reſolutio.

Superlatiui reſolutio.

¶Epitome capitis. xv.

duplex est comparatio proprio et improprio— proprio quando excedens et excessum [illegible] conuenit in forma in qualitate et quantitate in quo sit comparatio ut plumbum est grauius argento / improprio est quando forma non conuenit [illegible] ut de eis est melior [illegible] / aliquando forma non conuenit [illegible] nec aperte et tunc comparatiuum capitur pro contrario [illegible] [illegible] quam ceteri [illegible] ad rem absolutam [illegible]

Cõueniẽtia cõparatiui cũ sup̃latiuo.

¶Comparatiuũ tam nomen q̃ aduerbiũ partitiue tentũ, vtpote dũ genitiuũ regit: aut casum p̄poſitio nis in genitiuũ reſolubilẽ locũ habet dũtaxat inter duo, aut ſingula, aut bifariã diuiſa. Suplatiuũ autẽ dũtaxat inter plura duobus, vtpote nõ citra tertiũ numerũ, & vtrũ inter ea quæ eiuſdẽ ſũt generis ſeu naturæ, ita vt ſalua ſententia, gtũs poſſit adiectiuo cõformari etiã in caſu & numero. Verũ cõparatiuum cõparatiue tentũ, vtpote dũ ablatiuũ rei exceſſæ aut regit, aut regere cõgruere poteſt tã inter duo q̃ plura, & tam ea q̃ eiuſdẽ ſunt naturæ q̃ quæ diuerſe locari põt, ſi tamen ſententia cõſtare poterit. Interrogando autẽ & indefinite loquẽdo, dam⁹ cõparatiuo vter & vtrũ: ſuperlatiuo quis & quid. ¶Coueniunt ergo cõparatiuũ partitiue tentũ & ſuperlatiuũ in duobus, quia vtrũq; regere poteſt genitiuũ, & vult dũtaxat poni inter ea quę ſunt eiuſdem naturæ. Differũt autẽ in vno ꝙ cõparatiuũ inter duo aut in duas partes diuiſa locũ habet, ſuperlatiuũ ecõtrario tantũ inter plura duobus. Exẽpliũ de duobus, vt manuũ dextra fortior eſt. Aiacũ fortior Telamoni⁹. De duabus partibus, vt Romanorũ maior pars meliorẽ vicit. Exemplũ de plurib⁹, vt digitoꝝ medius lõgiſſim⁹. Græcoꝝ Achilles fortiſſim⁹. In his autẽ tribus vtrũq; differt a cõparatiuo cõparatiue tento. Primo, quia illud ablatiuũ regit, hęc genitiuũ regunt. Secũdo, quia illud tã inter duo q̃ inter plura, & econuerſo. Hęc dũtaxat inter ſua poni volunt. Tertio, quia illud tam inter ea q̃ diuerſę q̃ inter ea q̃ eiuſdẽ ſunt naturę locari poteſt ſic tñ vt ſubaudiãt reliquis aut cęteris, hęc tñ inter ea quę eiuſdẽ. Dixi ſic tñ &c. quia dũ dixit Statius Et melior ſis quęſo deis. ſubaudit cęteris. Et Valeri⁹ maxi. dicẽs. Omi ciue maior ſubaudit reliquo. alioquin ſnia non cõſtaret. Nã vt author noſter in Pogiũ annotauit, inepte dixit ille Ariſtoteles dixit democratiã oĩbus peiorẽ, quia ipſe (inquit) dixiſſem oĩm peſſimã non peiorẽ, ſicut hic homo eſt oĩum peſſimus, nõ oĩbus peior, ne ſeipſo peior eſſe dicatur, & ſuperlatiuũ ad ea quæ ſunt eiuſdẽ generis cõparetur. Comparatiuũ vo ad diuerſa &c. Dũ vero de diuerſis loqmur, non eſt opus ſubaudito, vt prior aliĩs præſtãtior ſuperioribus & venturis Perſis, importunior ſupioribus. Peior aliĩs, & in conſimilibus locutionibus. Simĩr vbi nõ eſt ablſtũs ſed caſus reſolubilis in ablatiuũ, vt prior ante hos, nõ reſoluẽ. i. prior horũ, ſed his. Simĩr Æneĩ. i. ſcelere aliõs alios immanior oĩs. Quos inter medius venit furor. i. immanior aliĩs oĩbus non aliorum oĩm. Qñ autẽ dico. Inter Romanos maior pars meliorem vicit, reſolui licet in genitiuũ Romanorũ. Et inter manus meas aut e manibus meis meliorẽ amiſi, reſoluã manuũ mearũ &c. Tunc autẽ ſciũtur eſſe eiuſdẽ naturę, quãdo genitiuus nõ collectiuus conformari põt vere & cõgrue cum gradu vnde nõ recte dicã. Achilles erat fortiſſimus Troianorum, quia nõ erat fortiſſimus Troianus. Neq; dicã erat fortiſſimus ſuoꝝ ſocioꝝ quia nõ erat ſuus ſocius. Nec Maia eſt fortiſſima ſuarum ſoroꝝ, quia nõ eſt ſua ſoror. In collectiuis aũt non ita. Nam optimus plebis aut populi, non eſt optima plebs aut ppls: ſed in plebe aut pplo &c. Nihil ergo facit in authorem noſtrũ Mancinelli lima, cuius iſti cobtuſiores

Lima. Mãcinelli.

ſunt dentes ꝙ vt quicq; abradant. Sunt autẽ hmõi Priſcia. li. iĩ. ſic ait. Fit autẽ cõparatio ad vnũ vel ad plures tam ſui generis q̃ alieni: quis Græci honoris cauſa ſuę gentis magis q̃ rõne veritatis, dicãt non poſſe ad multos ſui generis fieri cõparationẽ &c. Itaq; Priſcianum recte docuiſſe cõparationẽ apud Latinos fieri ad vnũ vel ad plures tã ſui generis q̃ alieni, autoritate oſtendã. Statius em̃ li. viĩ. inquit Sed pectora flectas. Et melior ſis quęſo deis. Verba ſunt Amphiarai ad plutonẽ. Valeri⁹ itẽ max. li. iiĩ. ca. xiĩ. Idẽ ſenſit Fabrici⁹ Licini⁹, honorib⁹ & autoritate oĩ ciui tpib⁹ ſuis maior. Et lib. vi. cap. ĩ. Tertiũ te importuniorẽ ſuperioribus habere cœpimus rectorẽ. Ipſe quoq; Laurẽtius Vallẽſis lib. vĩ. Herodoti ita ſcripſit. Poſtq̃ Mardonius. Dñe (inqt) tu vero non modo ſupioribus. Perſis, ſed etiã venturis es præſtãtior. Hęc ille. Idẽ reprehẽdit ꝙ dixit nullã literã noui teſtamẽti eſſe latinã, ſic. Secus eſſe alibi ipſemet fateris. Lib. iĩ. cap. xxĩ. dicẽs vñ interpres noſter trãfferens maluit latinę q̃ grammaticę loqui. parcius igitur agendũ erat &c. Verũ diceret ſe dicere nullam eſſe latinam ſic, vt nihil contineat barbariei, ita vt per eum poſſit latinitas cõfirmari q̃uis nulla ſit tã barbara quæ non multa dicat latine. De prior autẽ dicit ſic. Prior nõ ſolũ ad vnũ refertur, ſed etiã ad plures. Nã Aulus Gellius li. xiiĩ. cap. vĩ. refert Varronẽ in literis quas ad Oppianũ dedit ſcripſiſſe ita. Quotieſcq; vſu veniſſet vt oẽs iſti magiſtratus eodẽ tpe Romę eſſent qui eorũ prior aliĩs eſſet, ei potiſſimũ ſenatus cõſulendi ius fuiſſe. Salluſtius itẽ in Iugurtha ſcribit Micipſam Maſiniſſe filiũ Iugurthi Manaſtabalis fratris ſui filio ita dixiſſe. Cęterũ ante hos te Iugurtha quia ętate ſapictia prior es, ne aliter quid eueniat, p̃uidere decet &c. Ante hos autẽ intelligit Adherbalẽ & Hiempſalẽ filios ſuos Micipſa. Apuleius quoq; li. ĩ. Floridorũ. ait. Vt Hippias e numero ſophiſtarũ eſt artium multitudine prior oĩbus, eloquẽtia nulli ſecũdus. Hęc ille. Vbi Apuleiũ inepte locutũ quis non videt nĩſi ſubaudiatur (qđ tamen durũ eſt) reliquis aut cæteris. ¶Quęrunt multi quomodo Græci conſulant honori ſuę gentis, non faciẽdo cõparationẽ ad m̃ltos ſui generis, ſed ſuplationẽ? Nẽpe ꝙ plus eſſe in ſuplatiuo Priſcianus putat q̃ in cõparatiuo. Itaq; honeſtius dici Achillẽ fortiſſimũ Græcorũ q̃ fortiorẽ Græcis, ſubaudi cæteris. Nam etiã ſcđm doctrinã Valle, vt fortiſſimus ſit Græcorũ neceſſe eſt tres gradus fortitudinis eſſe inter græcos, vt vero fortior ſit reliquis Græcis, ſatis eſt duos eſſe, vtpote ſi cæteri oẽs in vno ſint gradu fortes: & Achilles illis fortior in altero. Sed quũ obſcura ſit hęc ratio Priſciano declaranda fuit.

Prior. *Nomẽ cõpatiuũ prior non ſolum ad duos ſed ad plures referri põt

Queſtio p̃clara.

¶Cõparatiuũ ad vnũ, ſuplatiuũ ad plura. Cap. xv.

INTER COMPARATIVVM ET ſuperlatiuum ea in primis quæ apud Græcos differentia eſt, ꝙ cõpatiuũ refertur ad vnũ, ſuperlatiuũ ad plura, qđ reprehẽdit Priſcianus inquiens. Fit autẽ cõparatio vel ad vnũ, vel ad plures tam ſui gñis q̃ alieni: quis Græci honoris cauſa ſuę gentis magis q̃ rõne veritatis dicant non poſſe ad multos ſui generis fieri cõparationẽ. Aliĩ autẽ dicunt hanc rationẽ eſſe p̄pter quã non vtuntur tali cõparatiõe, ꝙ quũ ad plures ſui gñis ſit cõparatio

Inter cõparatiuũ & ſuperlatiuũ differentia.

latius diffuſa ſunt,q̄ vt breuiter cognoſci poſſint id
eſt latius ſunt diſperſa,ita vt nõ breuiter poſſint co=
gnoſci In eandẽ rationẽ cadit ille modus qualis eſt
Maiorẽ geris veſtẽ,q̄ ꝓ habitu corporis,vt Curtius.
Maiorẽ q̄ ꝓ magnitudine ſylue reddebãt ſonũ . Il=
lud hoc loco iocoſum inſerere non pudebit. Si quis
interrogatꝰ huius poſitiui per pulcher qui cõparatiuꝰ
ſit,& qui ſuperlatiuus,non aliter bene reſpõdebit,
niſi ita multo pulchrior,& q̄ pulcherrimus. Ex his
aũt duobus de quibꝰ diu diſſeruimus per & q̄ con=
flatur vnũ per q̄, quod viri dandũ erit poſitiuo an
ſuperlatiuo(vtrũq; enim in eo partẽ ſibi vẽdicat) cer=
te poſitiuo,vel quia per anterius eſt, vel qa indecẽs
videret duo aduerbia vehemẽtiã ſignificãtia ſuper

*De comparatiuo & ſuperlatiuo poſitiui perpulcher, & ſimiliu.

latiuo imponi.Dicimus itaq; perquã doctus , perq̄
eruditꝰ,pq̄ pulcher.Et ſicut verbo ſolet appõi p ita,p
q̄,peruelim,perplacet,pq̄ꝑ velim,pq̄ placet.Plinius
iunior in epiſto.Perquam velim ſcire niſi interpoſi
tũ ſit inter q̄ præpoſitionem,& verbum cũ quo il
la copulatur.Quale apud Terẽtiũ.Perpolquã pau=
cos reperias meretricibus fideles euenire amatores
quod ſic reſoluitur,pol perquam paucos. Boetius

*Perq̄ cũ ſuperlatiuo apud Boetium & alios.

tamen in commentarijs logicæ breuioribus ſuper=
latiuo dedit dicens. Apud ſcriptores quidem Græ=
cos perquam rariſſimos.Et Pomponius de origi=
ne iuris digeſtorum Iuſtiniani lib. primo. Nã ante
cum Seruius duos libros ad Brutum perq̄ breuiſſi=

Curtius

mos ad edictum ſubſcriptos reliquit. Et facundus
ſcriptor Curtius lib.quarto. Beſſum quoq; Bactria
norum ducem perquã maximo poſſet exercitu co
acto deſcendere ad ſe iubet, ſed huiuſmodi exẽpla
tam rara ſunt,vt dubitẽ an librariorũ ſit culpa,certe

Gellius Sanequã.

Admodū q. oppido q̄. Nimiſq̄. *Idem in Raudēſem de Gellio dicit cuius hæc ſunt ỳba. Neq; vero Rau dēſi faciendum fuit, vt tā ſæpe A. Gelliū ꝓ teſte adferret hominem curioſenimiſ ac ſuperſtitioſe loquētem.

ipſe ſic loqui non auſim. Aulus quidē Gellius hoc qđ præcipimus ſemper cuſtodiuit. Cæterū vt eſt in loquendo curioſior, ꝓ perq̄ ita loquiť ſaneq̄ vtile, voce admodum q̄ ſuaui, oppido q̄ libens, nimis q̄ ineptū, quæ aduerbia idē pollēt qđ ꝑ ꝓvalde. Vſitatius tñ eſt perq̄, vt perq̄ vtile, voce perq̄ ſuaui, perq̄ libens, perq̄ ineptū. Tametſi Cæſar commentario. xiij. Quibus rebus oppido perq̄ pauci ſub pellibus acquieſcebant. Et Seruius Sulpitius ad Cicero. ſcribēs ita incipit. Poſteaq̄ mihi renūciatum eſt de obitu filiæ tuæ, ſaneq̄ pro eo ac debui grauiter moleſte tuli. Et ad eūdem Celius ita incipit. Saneq̄ literis Cæſaris ſumus cōmoti, nā Caſſius cis Euphratē Parthorum copias eſſe ſcripſit. Et brutus quoq; decius ad eūdem. Nam ſuos valde q̄ paucos habet. Et iterū in eadē epiſto. Saneq̄ gauiſus ſum. Quid plura? Ipſe quoq; ad fratrem Cice. Nā quod de Pōpeio Caninius ait, ſaneq̄ refrixit. Non ſuccurrit mihi ſi qđ aliud exem. ꝓlū apud Ci. reperi. Et. T. Liuius neſcio alibi q̄ lib. xlviij. Quum haud facile eſſet, an ea quæ obijcerent, aut quæ aduerſus ea dicēda erāt/memoria cōplecti, nec em̄ multa ſolū, ſed etiā pleraq; oppido q̄ parua erāt. Hæc igitur danť poſitiuo, illa vero magis ſuperlatiuo, multo & longe in eo fere ſignificato quo ſolet q̄ cū ſuperlatiuo/ſed cum hac tñ differētia, q̄ huic q̄/nō tribuimus gtm̄ illū ſuperlatiui propriū, aut ablatiuū actiue cū præpoſitione, vt ſit ſine ipſo q̄. M. T. Acerrimū aūt ex oībus nr̄is ſenſibus eſſe ſenſum vidēdi. Et iterū. Quē Craſſus dixit ex omnibus plurimū. Non dixit q̄ acerrimū, aut q̄ plurimū ex omnibus, ſiue inter omnes.

Longe & multo cū ſuperlatiuo.

¶Epitome capitis. xx.

LOnge & multo decēter adheret cōparatiuo ac ſuperlatiuo/ac dictionibus exceſſum aut diuerſitatē cōnotantibus. Facile aūt & ſuplatiuo, & verbis diuerſitatis aut exceſſus hiſq; nominibus princeps, præcipuus, primus, ſecundus. Valde autē poſitiuum efflagitat, quē longe & multo niſi exceſſum aut diuerſitatē ſignificet refugiūt. ¶Vt valde doctus, longe doctior, multo omnium doctiſſimus, non longe doctus, nec valde doctior, aut valde doctiſſimus. Sed longe diuerſus, diſpar alius. Item longe præſtat, ſuperat, vincit, excellit. Potius tamē multū præſtat, aut excedit, q̄ multo dicā quia accuſatiuum regere videntur.

Longe. Multo. Facile.

¶De longe, multo, facile, valde. Cap. XX.

ID quoq; fit in multo, atq; in longe, valde, & in facile pro non dubie, vt Quint. lib. ij. Declamādi ratio vt eſt ex oīnibus nouiſſimæ inuēta, ita & multo eſt vtiliſſima. Idē. Longe omniū quos quidē mihi audire cōtigit, præſtātiſſimus Domitius Apher. & M. Tullius. Sed ego neq; eis aſſentiebar, neq; harum diſputationū inuētori & principi lōge omniū in dicēdo grauiſſimo & eloquētiſſimo Platoni. Idē ꝓ Rabirio. Virū vnum totius Græciæ facile doctiſſimum Platonē. Amat etia lōge vt multo ſecū iungi cōparatiuū, vt Verg. in. ix. At pedibus lōge melior Lycus. Et ea de quib⁹ antea diſputaui, alius, aliter, ſecus, ante, poſt, præ, vt lōge alius. lōge aliter, longe ſecus, lōge ante, lōge poſt, & cōpoſita a præ, vt lōge præſtās. lōge præſtat. Quinti. Sed eū lōge præcedūt ingenia viãtiū. Et cætera quæ ſuplationē quādam

*Ci. Illud homini lōge optimū eſſe. *Lōge cōparatiuo iungitur.

habēt, & ꝓxime ad cōparatiua accedūt, vt lōge ſuperat, longe vincit, & ea quę diuerſitatē more illoꝝ. alius, aliter ſecus, qualia ſunt, diuerſis, diſſimilis, alienus vt longe diuerſus, lōge diſſimilis, lōge alienus. Princeps ne adiectiuū quidē eſt more poſitiuorū, tamē quia ſuperlationē ſignificat/aſciſcit ſibi lōge vt idem. Nouē vero lyricorū longe Pindarus princeps. Et facile pro eo quod eſt haud dubie. M. Tull. pro Roſcio. Nō ſolum municipij Lerneatis ex quo erat, ſed etiā regionis illius & vicinitatis virtute, exiſtimatione, nobilitate, facile principes. Præterea cū præcipuus, cū primus, cū ſcđs, & ſi qua alia ſunt vt Quin. de euripide loquēs. In affectibus, cū in oībus itum in ijs qui miſeratione conſtāt facile pręcipuus & admirandus maxime eſt. Sic facile primus, vel facile ſummus. Facile vero ſcđs dicimus nō ad ordinem reſpiciētes, ſed ad dignitatē quale eſt. Tu es facile ſcđs a rege, hic eſt facile poſt regē primus. Longe igitur ꝓ valde propriū eſt, exceptis paucis, cōparatiui & ſuperlatiui. Ipſum aūt valde poſitiui & verbi, vt valde diues, valde pauper, valde laudat, valde vituperat. Nec auſim dicere longe diues, lōge laudat, nec valde ditior, valde ditiſſimus. Hæc aūt quæ a me de aduerbijs tradūtur, nō fuerūt intētata veteribus grāmaticis. Nā nuper quū iā iſta cōpoſuiſſem, inueni in bibliotheca Beneuentana. Sergiū ſuper Donatū ita dicentē. Donatus dixit gnq; tñ aduerbia poſitiuo eſſe iungēda, tā, magis maxime, minus & minime, ea ſcilicet ratione, q̄m vim in ſe habēt cōparādi, atq; ideo nō debēt cōparationis caſibus iūgi, ne videať cōparatio geminata, q em̄ dicit tā doctior, pœne hoc dicit doctius doctior, qđ latinitas nō patiť. Probus aūt dicit oīa aduerbia quæ vim augētis aut minuētis in ſe habēt nō debere cōiūgi nec cōparatiuo, nec ſuplatiuo, vt ſunt iſta valde, multū, plurimū, per, & ſiñ. Nā iſta oīa tñ poſitiuis caſibus debemus adiūgere. Itē Sergius lōge poſt ait. Cōparatiuo & ſuplatiuo quinq; hæc cōparationis aduerbia non apponemus, vt tā, minus minime, magis, maxime, quæ tñ ſoli poſitiuo adijcientur. Hæc quæ tres auctores tradūt & impfecta ſunt nec oīno vera/vt ex his dať intelligi, quæ ipſe præcepi. Dicimus em̄ mł̄to fortiſſimus, & ego ſum tā te fortior, q̄ te nobilior, & tā oīm fortiſſimus, q̄ nobiliſſimus. Cōparatiua vero addi nō oportere cōparatiuis, ne ꝑcipiēdū quidē ē. Qđ aūt poſuit minime, maxime & ſiñ Sergius nō recte poſuit. Nā minimū eſt ꝓpriū aduerbiū ſuplatiuū, minime vero ꝓ negatione accipiť, quaſi nequaq̄, vt hic hō eſt minimum literatus. i. pauxillū literatus, & ego ſum minime literatus. i. idiota, nihil prorſus habēs lraturę.

Princeps. Facile. Secūdus. * Valle inuētum de aduerbijs. *Refellit Valla Donatum Sergiū & probum. Minimū. Minime.

¶Epitomæ capitis. XXI.

COmparatiuū interdū non rēvere exceſſam, ſed exceſſe ſimilē in ablatiuo regit, tūcq; cōciuni⁹ per accuſatiuū q̄ per ntm̄ loquimur, ſicut ſæpe quaſi plenius & ſuauius quippiā per neutrū genus q̄ ꝑ aliud exprimim⁹ licet nō plus ſignificemus. ¶Ablatiui qui fere eo modo regunť ſūt, annis diebus, fide, opinione, ſpe, equo, dicto, &c. Iuue. Flagrātior æquo. Nō debet dolor eſſe viri nec vulnere maior. i. q̄ æquū. i. iuſtū ſit. obtinuiſti laudē maiorem patre tuo, non q̄ pater tuus ſit, ſed q̄ pater tuus obtinuit &c. Illud aūt Vergilia. Nec tēpore ſegnior

Ioan Teod.

illo melius ſic accipitur. Non ſegnior ſuper fœmi̅a .i. q̄ ſit fœmina illo tēpore, vt cætera illic docēt. ¶Cicero pro ſex. Roſcio Amerino, annos natus maior quadraginta. Quam ſane ꝑ cōparatiuum locutionem eo diligentius adnotauimꝰ, ꝙ & in frequētior nobis viſa eſt, & obſeruatum non penitus indigna

¶De ꝓprietate quadā cōparatiui. Cap̄. XXI

ATQVE HÆC HACTENVS illud ad extremum adiĳciamꝰ, de cōparatiuo conſuetiorem ſermonem eſſe ꝑ accuſatiuū q̄ per noīatiuum in illis, q̄le eſt. Tu maiorem laudem aſſecutus es patre tuo tuiſq; maioribus. Vix audeā dicere. Tua laus eſt maior patre tuo. Tamē ſolemꝰ aliq̄n ſic vti vt Ver. in vĳ. Nō ſecus ignipotens, nec tp̄e ſegnior illo. Et Quīt. de apibꝰ paup̄is. Vnū rogo, ne cui minor dignitate veſtra videatur cauſa litis meæ. Et in iĳ. inſtitutionū. Nō debes apd̄ p̄torē petere fideicōmiſſum: ſed apud cōſules, maior p̄toria cognitione ſumma eſt. Fortaſſe videatur mollius in obliquo caſu, quod ita ſi non eſt, volo t̄n annotatū eſſe, quod incōſueta vox auribꝰ hæc videt̄ eſſe: Maior ſumma pecuniaria eſt p̄toria cognitione, ꝓ eo qd̄ eſt Maior ſūma, q̄ vt apud p̄torem peti poſſit. Minor cauſa dignitate veſtra, ꝓ eo quod eſt. Minor, q̄ vt videatur digna, q̄ apud dignitatem veſtrā agat̄. Et Vulcanus. Nō ſegnior illo tp̄e, ꝓ eo, quod eſt ſegniori tēpore, q̄ illud fuit. A quo nō diſſimile illud ē. Ego ſum maior. xx. ānis, pro eo quod eſt. Ego ſum maioris ætatis ea quæ eſt. xx. annoꝝ: vel maioris ætatis. xx. annorū. Nā & hoc licet dicere, quale etiā eſt. Ego ſum maior. xx. annorum. i. ætate tali: vel ego ætatis ſum maioris ætate. xx. annorum. Frequentiſſime autem huiuſmodi genere orationis vtimur, vbi adeſt hoc nomen opinio, vt ſum ditior opiniōe hominum, quaſi opinio hominū diues ſit, & non ſic accipi debeat, magis, q̄ opinio hominū ſentit, vel q̄ homines opinantur. Cicero ad Brutum ſuum ſic orſus eſt. Quum e Cilicia diſcedens Rhodum veniſſem, ibiq; de Quīt. Hortenſĳ morte eſſet allatū, maiorem opinionem hominū cœpi dolorem, ꝓ eo quod eſt, maiorem q̄ ille eſt, quem in me homines opinantur. Nec illud a hoc multū recedit, quum dicimus. Nihil eſt iſto homine peius, nihil tuo p̄re abiectius, nihil hoc vino inſuauius, ꝓ eo quod eſt Nullus iſto homīe peior, nemo patre tuo abiectior nullum vinum hoc inſuauius. Rurſus in laude. Nihil iſto homine melius, nihil patre tuo generoſius, nihil matre tua ſanctius, nihil vxore tua verecūdiꝰ, nihil hoc vino ſuauius. Dictum eſt de omnibus rebus, non tantum de ſingulis. Interdū etiam vbi nihil plus comp̄henditur in vniuerſo, q̄ in parte, vt nihil eſt te literatius, nihil eſt illo prudentius, nihil eſt iſto inhumanius, nihil, plus ſignificatur hoc modo, q̄ ſi dicas. Nemo te literatior, nemo illo prudentior. Nemo iſto inhumanior. quoniam literatura, prudentia, inhumanitaſq; nō niſi in homines cadit. Quid ergo in neutro genere potius, q̄ maſculino & fœminino ꝓlatum eſt? Nempe quia neſcio quid plenius & ſuauius in neutro genere eſt. Ideo q; tali ſermone delectati auctores ſunt, vt ipſorum crebra exempla documento eſſe poſſunt, quę inquirētibꝰ notiora erunt, q̄ vt a me huc afferri debeant.

Incōſueta vox auribus ꝑ obliquum

Neutrum genus cæteris ſuauiꝰ

*

Neutro genere autores delectati.

¶Epitomæ capitis. xxi.

NOmina quæ in cōpoſitione variā aſſumūt declinationē in tritiore ſunt nobis vſurpanda, vt a ſomnus dicetur potius ſemiſōnus, q̄ ſemiſomnis, & cōtra exſōnis & in ſomnis, q̄ exſomnus & inſomnus. ¶Semp̄ em̄ vſitatioribus & ſuauioribus vtendū eſt, vt de v̄balibus in bundus, & v̄borū frequentatiuis, de poſitiuis in icus, & diues, eorūq; cōparatiuis, & ſuplatiuis, de actō & nominatiuo deq; neutro & alĳs generibus iā dictum eſt. Diceturq; de oſus a diminutiuis formando.

¶De cōpoſitis a ſomnus. Cap̄. XXII.

A SOMNVS COMPOSITA quædam ſunt ſecūdæ ſemp̄ decli. q̄dā tertiæ Secūdæ. Cic. in Verr. Hic etiā quū ſemiſomnꝰ ſtupet. Et Celiꝰ in Antoniū. Ip̄m nāq; oſ̄dit ſemiſomno ſopore ꝓfligatum. Et Sal. in Iugurthino. Signo dato caſtra hoſtiū inuadūt, ſemiſomnos parti, alios arma ſumentes fugant. Inſomnē & exomnē dracone ſæpe legimus, & fere hāc differentiā ſeruatā inuenimus. Hæc admonui, vt in noībus q̄ ancipitē ī cōpoſitionē declinationē ſortita ſunt, ſciamus vſum frequētiorē imitādū. Sene. aūt de breuitate vitæ ait, q̄ multi heſterna crapula ſemiſomnes & graues.

Semiſomnus

Inſomnis

Exomnis

*

Vſus frequētior imitādus.

¶Epitomæ capitis. xxiĳ.

INoſus finita, ſi a noīe ſunt deducta, abitionem ſeu copiā ac plenitudinē cōnotāt, vt animoſus neruoſus: aut affectionē vehementē, vt vinoſus mulieroſus, libidinoſus, ſeditioſus, factioſus. Si a verbo, aut actionē aut paſſionē, aut vtrunq;. Actionem vt ſtudioſus, faſtidioſus, ſtomachoſus, iniurioſus, cōtumelioſus, curioſus. Paſſionem, vt odioſus, & inuidioſus. Vtrunq;, formidoloſus, laborioſus, operoſus. Similiter, a nomine deducta voluptuoſus religioſus. Sed moroſus a nimĳs moribus, curioſus a nimia cura aut curioſitate. Cerebroſus a percuſſo cerebro, pannoſus a groſſo aut denſe conſuto panno. Formantur autem euphoniæ gratia interdū potius a diminutiuo, q̄ a principali, vt frauduloſus, meticuloſus, ſomniculoſus, ſiticuloſus. Quinetiā interdum addūt, vt montuoſus voluptuoſus. Interdū aliam formam ſumūt, vt induſtrius nō induſtrioſus. Interdū ab alio deducūtur, vt a virtute nō virtuoſus, ſed ſtudioſus a ſtudio dicitur. ¶Formantur autem fere ab ablatiuo, mutādo vltimā vocalē in oſus, aut addēdo oſus ſi ſit quartæ. vt gratioſus a gratia, nūmoſus a nūmo, lapidoſus a lapide, fructuoſus a fructu ſpecioſus a ſpecie, ſed formidoloſus a formidola deductū videtur: libidinoſus enim a libidine. Laborioſus addit i ꝓ laboroſus, ſicut operoſus ab opere ſeu opera. Sed bellicoſus nō belloſus dicitur. Et mōtuoſus addit u, veꝝ pōt & mōtoſus dici, vt æn. vĳ. te montoſe miſeræ in prælia murſæ.

Cerebroſꝰ. etiā debentis d̄r. co. li. ĳ. Qd̄ eo tēpore ſatū pecori ſit, noxiū & p̄cipue. bobus, quos pabulo ſuo cerebroſos redit.

¶De exeūtibus in oſus & eorū deriuatiōe. Ca. xxiĳ.

NOMINA QVÆ EXEVNT in oſus partim a nomine deſcendunt, partim a verbo, partim ab vtroque, & ea quidem quæ deſcendunt a nomine habitionē ſiue vehemētiam copiāve ſignificant & affectionē, vt animoſus, ingenioſus lacertoſꝰ neruoſus, ſaxoſus, aquoſꝰ. Hæc copiā ſiue vehemētiā habitionēq; ſignificāt q̄ h̄n̄t in ſe vehemētiam

In oſus

Animoſꝰ.

Ingenioſꝰ

Lacertoſꝰ.

Neruoſus.

Studioſus.

Faſtidioſꝰ.

Frauduloſus

Meticuloſus. Somniculoſus. Siticuloſ9. Mõtuoſus tortuoſus. Fetuoſus.

ac copiã aquæ,ſaxorum,neruorũ,lacertoꝝ,ingenij
animi. Vinoſus, mulieroſus, libidinoſus, ſeditioſus,
factioſus,ꝙ affectus eſt ad hæc, & amat vinũ, muli
eres libidinẽ, ſeditiones, factiones. Rurſus ea quæ a
verbo ſunt, partim actionem ſignificant, partim
paſſionem, partim vtrumque. Studioſus, faſtidio=
ſus, ſtomachoſus, iniurioſus, contumelioſus, curio
ſus, ſemper actiue ab authoribus accipi ſolent.
Ocioſum eſt in re aperta inculcare ex'pla, quæ vul
go ſunt plurima. Hæc em̃ accipiuntur pro his, qui
operam dant ſtudio, qui faſtidiunt, qui ſtomachan
tur, qui iniuriam, contumeliãq; faciũt, qui nimis cu
rant, niſi velimus hæc a noĩbus venire, nõ a verbis
vt frauduloſus, qui fraudem facit, quod a fraudula
diminutiuo videtur venire potiuſq̃ a fraude: quẽad
modũ meticuloſus, qui timidus eſt, a meticulo ma
gis quam a metu, ſomniculoſus magis a ſomnicu
lo quam a ſomno, & ſiticuloſus magis a ſiticula q̃
a ſiti venit. Tenebricoſus quoque reperitur & te=
nebroſus, licet quædam ab vſu regulaq; recedant,
vt montuoſus: potius q̃ montoſus: ſaltuoſus po=
tius q̃ ſaltoſus: tortuoſus potius quam tortoſus.
Verũtamen quæ ſunt quartæ declinationis, aſſu=
munt u: vt vultuoſus, actuoſus, fructuoſus. Ideoq;
illud in Pſalmo. Oues eorum fœtoſæ, legendum eſt
fœtuoſæ a fœtus, ſicut e diuerſo pleriq; ſcribunt mõ=

Mõſtroſ9.

ſtruoſum pro mõſtroſo. Luca. Monſtroſiq; homi=
nũ partus. Nec modo in oſus faciunt noĩa quartæ
declinatiõis, verũetiam in arius, vt ſaltuarius, actua

Odioſus. Inuidioſ9.

rius, fructuarius: cũ nomina ſecundæ declinationis
careant u: vt aſinarius, caprarius. Odioſus & inuidi
oſus paſſiue. Ille em̃ ſignificat̃ qui odio habetur, &
cui inuidetur, nõ is qui odit & inuidet. Hæc paſſio=
nem ſignificant, vtiq; quũ a verbo veniunt, ſecus cũ
a nomine. Nã odium moleſtiã quoq; antiquitus ſi=
gnificabat. Teren. in Phor. Nunq̃ odio tuo me vin
ces. Et iterũ. Si porro odioſi eſſe pergitis. i. moleſti.
Cice. ad Atti. Sed quũ horas treis fere dixiſſet, odio
& ſtrepitu ſenatus in coactus eſt aliquãdo perora=
re. Et in Catone maiore. In infirmo corpore odioſa
eſt omnis offenſio. & de oratore. Verũ ſi placet (qm̃
hæc ſatis ſpero vobis quidẽ certe maioribus mole=
ſta & putida videri) ad reliqua aliquãto odioſiora
pergamus. Odioſiora dixit quaſi moleſtiora. Inui=
dia autẽ præter illam ſignificationẽ notã, eſt vel di=

Inuidia.

cto vel facto in alterũ maliuolentiæ cõciliatio. Vt ſi

* Inuidia in qua ſignificatione in opuſculo quod Catoni ad ſcribit̃ accipi debeat in ṽſiculo Inuidiam &c.

quis referat, oſtendatve calamitates ſuas vt autho=
ri calamitatũ odium cæterorũ concitet. Et hoc vo=
catur inuidiã facere, vel vocare aut adducere in in=
uidiã. Inde inuidioſa res, q̃ atrocitatẽ facti augens
inuiſum illud vel illius authorẽ facit, & inuidia q̃ſi
atrocitas vel detractio. In quã ſignificationem acci
pio illũ verſum. Inuidiã nimio cultu vitare memẽ=
to. Nã latentẽ inuidiã, q̃a nõ dephẽdo, vitare ne=
queo, ſed eã quæ extrinſecus ſignificat̃ vel voce vel
geſtu, quũ populus indigne ferre ſe indicat in ali=
quo nimiũ & inſolentẽ corporis cultũ, ideoq; ſub=
iũgit̃. Quæ ſi nõ lędit tamẽ hãc ſufferre moleſtũ eſt,
hac ſcilicet vel voce vel geſtu vel vtroq; mõ detra=
ctionẽ. Quale illũ quoq; Terentianũ, Ita vt ſine inui
dia laudẽ inuenias & amicos pares. Et illud Sallu.

Formidoloſus.

licet e Demoſthene ſit ſumptũ. Inuidiã gloria ſupe
raſti. Formidoloſus, laborioſus, opoſus, pariter acti=
ue paſſiueq; accipiunt̃. Teren. Egon formidoloſus

Laborioſ9 Opoſus. In Catone maiore.

i. egone quid timeã? Salluſtius. Regibus boni q̃ ma
li ſuſpectiores ſunt, ſempq; his aliena virtus formi
doloſa eſt. i. quæ formidatur. Cice. Videtis vt ſene=
ctus nõ modo languida atq; iners nõ ſit, verũetiã
operoſa. i. quæ agit, & rebus agendis operam dat.
Idẽ ꝑ Celio. Vos laborioſos vt exiſtimet, quibus o=
tioſis ne in cõmuni quidẽ otio liceat eſſe. Ouid. Mo=
les operoſa laboret. Operoſa quæ ab aliquo opata
eſt, nõ q̃ aliquẽ facit, vel vehementis opis, & multa
rum operaꝝ, ita res laborioſa, vel ꝙ in ea laborem

Voluptuoſus. Religioſ9.

capiamus neceſſe eſt, vel ꝙ plena laboris eſt. Volu
ptuoſus quoq; & religioſus licet a verbis nõ veniãt
tamen iſtis ſimilia ſunt, vt affectationẽ ſignificẽt &
habitionẽ ſiue plenitudinẽ, ſimulq; actiue accipian
tur & paſſiue, voluptuoſus homo, qui perq̃ amat
voluptatẽ, res voluptuoſa, q̃ in ſe habet voluptatẽ,
vel q̃ plena eſt voluptatis, & qua hõ delectatur, ille
recipit, hæc res recipit. Religioſus homo qui amat
religionẽ. Sepulchra & monumẽta religioſa ſunt q̃
habent in ſe religionẽ, ille adorat, hæc adoratur.
Pręterea glorioſus, famoſus, et imperioſus nonihil
& ipſa a cæteris differunt. Nã licet legam̃ glorio=

Glorioſus. Famoſus Impioſus.

ſam victoriã. i. plenã gloriæ. & apud Iuuenalẽ. Fa=
moſos equitũ cũ dictatore magiſtros, & imperio=
ſos populos, hoc eſt latum imperiũ poſſidentes, ta
mẽ dicimus ita glorioſum hominẽ, affectatorẽ glo=
riæ: vt vinoſum, cupidũ vini, & mulieroſum nimis
appetẽtem mulieres, qualis miles glorioſus apud
Plautũ & Terentiũ. Et famoſum pro infami & tur
pi, vt famoſa mulier quæ noſcit̃ impudica eẽ. Et im
perioſus, oſtentator imperij in exercenda ſæuitia,
qualis Torquatus apud Liuiũ, qui filiũ ſæuitia ob
imperiũ cõtemptũ occidit. Vñ imperioſus appella
tus eſt. Verũ glorioſus & imperioſus qđ honeſtę ſi=
gnificantiæ ſunt, pro gloriã imperiũq; habente, ha
bitionẽ plenitudinẽq; ſignificãt, qñ inhoneſte, affe=
ctionẽ, vt dixi. Similiter q̃ſtuoſus & ſumptuoſus ab
affectione magis q̃ ab habitiõe ſiue plenitudine ve

Quęſtuoſ9. Sumptuoſus.

niunt. Queſtuoſus hõ eſt auidior q̃ſtus & lucri vn=
diq; lucella q̃ritans. Sũptuoſus, qui auidior eſt ſum=
ptus q̃ quęſtus, & immoderatũ ſumptũ facit. i. im=
moderatas impẽſas. Quæ duo magis poſſunt acci=
pi actiue q̃ paſſiue, magiſq; ad hoĩes ptinent, vt hõ
quęſtuoſus, homo ſumptuoſus. Luctuoſus vero ma
gis ad rẽ, vt res luctuoſa, hoc eſt plena luctu. Neſcio

Luctuoſus

an liceat de homine miſero & afflicto dicere hõ lu=
ctuoſus, ſicut fortuna huius luctuoſa. Ab induſtria

Induſtrius

aũt nõ habemus induſtrioſus, ſed induſtrius, nec a
ṽtute virtuoſus more græcorũ, qui απο της αρε
της, nõ tum deriuãt αρετος licet tũ habeant αρε
τος ſed pro illo dicunt αγαθος, id eſt bonus, tum
σπουδαιος ſpondeos, id eſt ſtudioſus. Ariſtotele

Studioſus.

quoq; & alijs quibuſdã teſtantibus, qđ Cice. ad He
renniũ imitatus eſt dicens. Ideoq; bonis viris & ſtu

Moroſus.

dioſis, amicus erat. Moroſus a more venit, nõ a mo
ra. Primam enim habet longam, vt mos moris. Si
gnificat eum qui nimis exacte, nimiſq; ad vnguẽ
fieri omnia poſtulat, vt aliquãdo ob id indignetur
atq; iraſcatur: vt Sueto. de Cæſare. Circa corporis cu
ram moroſior, vt nõ ſolum tonderetur diligenter,
ſed etiã velleretur. Et idem de Tyberio. Sed affecta
tione & moroſitate obſcurabat ſtylum. Cice. de ſe=

nectute At ſunt moroſi,& anxij & iracundi & difficiles ſenes.Et idẽ.ij.de oratore. Me quidẽ hercule illa valde mouent ſtomachoſa & q̃ſi ſubmoroſa ridicula.nã quum a moroſo dicũtur,tũ eĩ nõ ſal,ſed natura ridetur.Suetonius accepit ꝓ cupido nimis exaptæ diligẽtiæ.Cic.V̾o adiungit impatiẽtiã & iracundiã.In ſignificato tñ illo ſupiore poſuit in oratore.Vſq; adeo moroſi ſumus,vt nobis nõ ſatiſfaciat ipſe Demoſthenes.Deniq; ſic dicit̃ moroſus a nimia diligẽtia & ſeueritate,vt curioſus a nimia cura,quoties plus diligentiæ,q̃ oporteat impẽdimus rebus vel noſtris vel alienis.Noſtris,quũ minutiſſima quæq; diſquirimus & nullius frugis.Alienis,quũ de rebus cæterorũ occultioribus nõ ſatis cũ pudore ꝑſcrutamur,aut interrogamus. Sed nõ tam a cura curioſus videt̃ deſcendere,q̃ a curia, cuius cõpoſitũ eſt magis in vſu,incuria.i.negligentia, tametſi curia a cura vocat̃.Atq; vt curioſus a ꝑuerſa cura vocatur,ita cerebroſus a ꝑuerſo cerebro.vñ Hora.Donec cerebroſus ꝓſilit vnus.i.inſanus & ꝑuerſi cerebri.Pãnoſus & ipſum aliquid differentiæ habet. Is enim pannoſus dicitur,q craſſo panno ac vili opꝰ eſt,nec hoc niſi de paupere dicitur, quæ exempla ſunt plurima.

Curioſus

Incuria.

Cerebroſꝰ.
Pannoſus.
Calepinus de hac dictione curioſus aliq̃to fuſius q̃ nr̃ Laurẽtius diſſerere videtur. quẽ videre potes.

¶Epitomæ capitis xxiiij.

VErba in ſco,quæ potius meditatiua,ſeu exercitatiua,q̃ inchoatiua dicenda ſunt,non inchoationem ſed exercitationẽ ſeu paſſionẽ intrinſecus ꝓuenientẽ connotant,quum in fio finita extrinſecus illatam ſignent.Neq; carent præteritis,ſed ea a ꝑfectis mutuata ad ſuam ſignificationẽ trahunt.Sæpe aũt ꝓ ꝑfectis poſita leguntur.¶Caleſco igitur,quum intrinſecus calorẽ recipio. Caleſio, quũ extrinſecus.Calui,calorem recepi,potius q̃ calidus fui ſignificat.Cæteꝝ non deſunt,q poſt doctrinam Vallæ audent Priſciano ſubſcribere,vt Sulpitius Verulanus vir anxie doctus,neq; ſatis firma videntur Valle argumenta.Nã ideo inchoatiua nunq̃ ſunt,ꝙ cũ verbo inchoo aut incipio reperiũtur. Quia vt dixit Alexander.Æquiualẽs geminis haꝝ ſi iungitur vni Dictio,ꝓ reliqua tantũmodo debet haberi.Neq; repugnat quẽ ægreſcere.i.fieri aut incipe fieri ægriorẽ medendo, aut ſordidũ ſordeſcere adhuc.i.incipe ſordidiorẽ eſſe,& accipe nouos gradus ſorditatis.Qui vero dicũt carere p̃teritis,ſi de ꝓprijs quãtum ad formationẽ intelligũt,nihil mẽtiuntur,vſurpant tamen voces p̃teritorum ſuorum ꝑfectorum.

Verba in ſco

¶De V̾bis ĩchoatiuis falſo ſic dictis. Cap̃.xxiiij.

*
Valla ab oĩbus grãmaticis diſſentit.

GRAMMATICI AVTHOres uno ore vniuerſi,q de hac re ſcriptũ aliquid reliquerũt,aiunt illa V̾ba in ſco,vt caleſco frigeſco, ſignificare inchoationẽ, ideoq; inchoatiua, illa in ſo,vt viſo,deſiderium,ideoq; deſideratiua illa in rio,vt eſurio meditationẽ,ideoq; meditatiua appellari,in quibus omnibus ab omnibus diſſentio. Sed Priſciano eruditorũ nuperrimo potiſſimum reſpõdebo,qui vt ordinẽ ſequar,inq̃t in illo Vergi. V̾ſu. Ægreſcitq; medendo,ſignificari inchoationẽ. Qualem medicũ voluit eſſe Priſcianus, quo curante qs incipiat ægrotare,quãquam quomodo curari quis ante poſſit,q̃ ægrotus ſit,Neceſſe ẽ ergo vt añ ægrotare cœperit.Et quum dicit̃ ęgreſcere,intelligat̃ inter medendũ ęgriorẽ fieri.Et hoc de Turno Verg.intellexit,cuius augebat̃ ęgritudo ad Latini ſalubria cõſilia,ſicut de didone prius dixerat. Expleri mẽtem nequit,ardeſcitq; tuẽdo.Quid igit̃ attinet exẽpla repetere,quũ nũq̃ in ſenſu inchoatiõis reperiat̃.An illud apud Quintilia.hoc ſignificat. Tenuit cõſuetudo,quæ quotidie magis inualeſcit.Aut illud Ciceronis.Quãto plura ille miſcebat,tãto hic magis in dies cõualeſcebat.Et illud eccleſiaſticũ.Qui ſordet,ſordeſcat adhuc.Quõ poteſt quid quotidie incipere validum fieri,& quidẽ magis, q̃d dicit̃ reſpectu præcedẽtis,at inchoationẽ nihil præcedit,aut quõ q̃d ſordet,põt incipere ſordere,& ſordeſcere adhuc.i.magis q̃ quid magis?certe q̃ antea inceperat.Sed quid ibi diſputamus?quũ dicat̃.Qui iam ſordet ſordeſcat adhuc,quaſi ſordidior fiat,nõ aũt ſordere incipiat, quia iã ſordet, ideoq; græce & hoc & cetera hmõi verba per paſſiua explicant̃,& illud ſordeſcat nihil aliud eſt q̃ ſordidet̃.Plautus in Captiui duo.Ego qui timeo,merore maceror & maceſco,cõſeneſco, & tabeſco miſer.Pro eodẽ pœne accepit maceror & maceſco,niſi ꝙ maceror ad animũ magis ꝑtinet quaſi affligor.maceſco magis ad corpus. Videt̃ autẽ ratio velle dici potius macreſco,vt nigreſco,pigreſco, ęgreſco,ſed etiã dici põt maceſco,vt aceſco, crebreſco tamẽ potius dixerim q̃ crebeſco. Verum ad rẽ. e diuerſo Vergil.Maria incipiũt agitata tumeſcere. Et iterum.Fluctus.vbi primo cœpit cũ albeſcere põto.Et iterum.Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus.Vbi quid opus erat dicere ꝙ incipiat res tumeſcere,albeſcere,crudeſcere,quum ſatis immo magis proprium fuiſſet dicere,q̃d tumeſcebãt,albeſcebãt, crudeſcebant.i.ꝙ incipiebant ſiue inchoabãt tumere,albere ſiue crudere.Quid ergo ſignificãt verba inchoatiua?Nẽpe(vt breuiter finiã)q̃d verba cõpoſita cõfio,caleſio,frigeſio,tepeſio,ſordeſio,ęgreſio,ardeſio quæ ideo in vſu nõ ſunt,q̃a ſuperuacuũ eſſet nos duas voces habere idem ſignificantes.Nec niſi vbi alterum deficit,alterius pręſidio vtimur.Caleſcens, pro caleſiens,pateſcens pro pateſiens,quum vtrũq; reperiatur pateſco & pateſio. Quãq̃ ne in ſimplici quidem ſuo reperitur ſiens,nec q̃d ab hoc formaretur ſiendum.Dicimus itaq; caleſcens & calefaciendus.Nec deſunt qui ſiens vtantur,ſed in eo de quo loquor ſignificato,vt in Pſal̃.x.Et factũ eſt cor meũ tanq̃ cera liqueſiens in medio ventris mei, quũ in alia tranſlatiõe dicatur liqueſcẽs ex quo liquet eiuſdem vtrũq; eſſe ſignificatiõis.Idiomate quoq; Italico atq; Hiſpano,q̃d ex italico oriũdum eſt aſtipulante,apud q̃d pœne latina voce hæc verba pronũciantur,& certe in hũc quem ego dico ſenſum quale eſt hoc,omni die macreſco,e gnidi magriſco,per q̃d incrementum aſſiduum atq; continuum declaratur,nõ inchoatio. Q̃d ſi quid iter huiuſmodi verba in ſco & in fio intererit, hoc eſſe, arbitror, ꝙ hæc in ſco paſſionem in ſe habent, illa vero extrinſecus allatã,vt ĩ Ægypto Cæſar quũ hoſtes fugeret, elata leua natabat,ne libelli quos tenebat madefierẽt,melius q̃ madeſcerent & cum fores aperiuntur melius pateſiunt dicitur,q̃ pateſcunt. At quum quis in balneo ſudorẽ irrigat̃,& fores ſua ſponte aperiunt̃ magis ille madeſcit q̃ madeſit, & hę magis pate⸗

Maceror.
Maceſco.

Verborũ in fio ſignificatio.

Fiens non dicitur nec fiendi, do, dum.

Idioma. Hiſpanicũ

Verba in ſco & ĩ fio q̃d differãt

ſcunt q̃ pateſiunt. Inchoatiuoꝝ aũt præterita dicuntur eadẽ eſſe quæ primitiuoꝝ, iñ paucíſſimis cereeſt dignoſcere quãdo a primitiuis ſunt, quando ab inchoatiuis, quoꝝ multũ differt ſignificatio, licet crebrior ſit illa inchoatiuoꝝ, vt pinguit, macruit, frixit caluit idẽ eſt qđ pinguis factus eſt, nõ aũt pinguis fuit, macer factus eſt, & frigidus & calidus factus eſt, nõ aũt macer frigidus & calidus factus fuit. Nã pinguet idẽ eſt qđ pinguis eſt, macret, friget, calet, idem qđ macer eſt, frigidus eſt, calidus eſt. Quorũ præterita ſũt pinguit, macruit, frixit, caluit. Vixvnq̃ in hoc ſignificato, pinguis, macer, frigidus, calidus fuit, ſed in illo pinguis, macer, frigidus, calidus factus eſt, vt etiã ex hoc apertius patebit exemplo. Tam cito macruiſti, te ſero pinguiſti, nõ id ſignifico, ꝙ tã cito macer aut ſero pinguis fuiſti, quaſi nũc talis non ſis, ſed ꝙ macer aut pinguis factus es atque etiam talis es, ſiue tunc eras, ſiue de alio tempore loquimur. Quæ præterita quia a primitiuis nõ veniunt, vt ſignificatio indicat, neceſſe eſt vt veniant a deriuatiuis in ſco, vnde probat̃ etiã inchoatiua nõ ſignificare inchoationẽ. Quare Seruius viderit: qui his verbis præteritũ nõ tribuit quorũ frequentius eſt q̃ ſuorum primitiuorum. Nam qđ ait quia inchoatiua ſunt, ideo carere præteritis, caſſa ratio eſt, quum ipſum verbum in co etiam præteritũ habeat. Verum hæc verba nec inchoatiua ſunt, & præteritum habent. Illud tranſeo, ꝙ multa ſunt quæ pro ſuis primitiuis accipiuntur, conticeſco, adhereſco. deliteſco, cõcupiſco, labaſco, obdormiſco, cõtremiſco, expaueſco, & his ſimilia.

Verborũ ĩ ſco ꝑterita

✻ Seruiũ Valla taxat.

¶Epitomæ Capitis. XXV.

VErba in ſo tertiæ coniugationis a Priſciano deſideratiua vocata, actum corporis nõ affectũ mẽtis importãt, ideoq; potius inchoatiua vocari debẽt, vnum autẽ faceſſo preter cõmunem ſignificationẽ quæ eſt factũ eo, vel facio, ſæpe accipit̃ pro eo ꝙ eſt ad recedendum eo vel recedo. ¶Quod inde tranſlatum videtur, quia qui ad faciendum it, recedit.

¶De verbis in ſo deſideratiuis male ſic vocatis.

¶Caput. XXV.

Verba ĩ ſo

NAm quæ idẽ auctor deſideratiua appellauit, ipſius quoq; exemplo oſtenditur nequaq̃ eſſe deſyderatiuę ſignificantię. Hoc enim exẽplũ ille affert Vergil. viij. Nam memini Heſiõe viſentem regna ſororis Laomedontiadem Priamum viſentẽ dixit, pro cupientem videre qđ græci οἰφοντα. Idem & in eodem exemplo Seruius dixerat. Simile eſt facio faceſſo, capio capeſſo, lacero laceſſo, arceo arceſſo, accio acceſſo, quę poſſumus nõ incõgrue deſyderatiua noĩare. Sed quæro a Priſciano cur magis priamus cupiebat videre ſororẽ, dũ iter faciebat, q̃ quũ erat in Troia? Cur magis Priamus, q̃ cæteri? aut cur ſolus? Poſtremo quis nouit voluntatem eius? Quid agat video, quid velit non video. Quid ergo ſignificat viſere? Nimirum id qđ agit Priamus, ire ad videndã ſororẽ, qđ frequentatiuũ ipſius declarat viſito. Itaq; actum corporis hæc ſignificant verba nõ affectum mentis, viſo vado ad videndum, nõ autẽ cupio videre. Cicero ad Atticum. Cupio equidem & iampridẽ cupio Alexandriã reliquãq; Egyptum viſere. i. vt ego ſentio, ire ad videndũ aliter dicendum erat, viſo equidem & iãpridem viſo, quo certe modo ne Priſcia. quidẽ ipſe loqui auderet. Vſurpamus tamen hæc verba, quẽadmodum de ſuperioribus teſtatus ſum pro eorum primitiuis, vt miſſi ſunt legati viſendi cauſa. i. videndi, qđ certe ita exponi nõ poteſt, cauſa videre cupiẽdi, tolerabiliorq; mea ſententia foret cauſa vt eant ad videndũ. Similiter faceſſo. eo ad faciendũ, vel facio. Vergil. Haud mora cõtinuo matris præcepta faceſſit. Frequẽtius tamen accipit̃ pro eo ad recedendũ, vel recedo, vt Liuius lib. i. Faceſſe hinc Tarquinios, aut Corinthũ. Capeſſo, eo ad capiendum. vel capio. Laceſſo, eo ad lacerandum, vel lacero prouocando. Acceſſo vel arceſſo vtrũq; pro eo ad vocandum vel voco. Teren. in Andr. Obſtetricem acceſſo. Quidã & in quarta cõiugatione vtunt̃, vt ibi. Mitte in Ioppẽ, & accerſi Simonem quendã qui cognominatur petrus.

Viſo.

✻ Priſciano ſe Valla oppõit.

Verba ĩ ſo quid ſignificent.

Verba ĩ ſo ꝑ primitiuis.

Faceſſo.

Capeſſo.

Laceſſo.

Acceſſo.

Arceſſo.

Acceſſio.

¶Epitomæ capitis. XXVI.

IN rio finita non meditatiua, ſed potius deſyderatiua aut optatiua vocanda ſunt, vt parturio deſydero aut apto parere.

¶In ſco ergo meditatiua. i. exercitatiua, ĩ rio deſyderatiua, in ſo inchoatiua, aut initiatiua vocabuntur. Ea vero quæ frequẽtatiua aut iteratiua dicuntur, rectam obtinẽt appellationem.

¶De verbis meditatiuis non recte ſic vocatis. Cap. XXVI.

Verba ĩ rio

COmmodius aũt deſideratiua atq; optatiua vocarent̃ ea quæ nominant̃ meditatiua in rio, parturio, eſurio. Cice. Vtinã aliquãdo dolor populi Ro. pariat qđ iãdiu parturit. Et Liui. Et qđ diu parturit animus veſter aliquando pariat, affectũ ſignificauit, nõ cogitationem aut actũ corporis, quid per hoc verbũ indicatur. Vnde meditatio armorum, meditatio declamãdi, meditatio gladioꝝ. i. exercitatio. Eſurio, cupio edere. Quin. Pater filios eſurit. Valeri. Mar. viij. epigrãmatum. In omnibus Vacerra ꝙ cõclauibus cõſumit horas. Et die toto ſedet, cenaturit Vacerra nõ cacaturit. i. cœnare cupit, nõ cacare, vł dicam ꝯ hęc accipi pro primitiuis. Scaturio magis pro ſuo primitiuo ſcatet ponitur, qđ non eſt ſolum aquarũ, ſed herbarum cęterorumq; ſua ſponte vbertim naſcentium. Quin ſi volumus ſua quibuſq; apta tribuere vocabula, nec a cõſuetis recedere, ea quæ ſunt in ſco appellemus meditatiua. i. exercitatiua. Qui eñi caleſcit ſiue caleſit, quaſi meditatur, atq; vt caleat, exercetur. Terẽ. Nunc vide vtrũ vis argentũ accipere, an cauſam meditari tuam. Et in ſo inchoatiua, hæc in rio deſideratiua. Atq; hanc opinor fuiſſe veram & germanam verborum ſignificationem, quam antiquitus impoſitam poſteritas deprauauit.

Parturio.

Meditor.

Eſurio.

Cenaturio.

Cacaturio.

Scaturio.

✻ Hierony.

Inſepulcro eius nõ niſi mãna inuenitur qđ & ſcaturire cernit̃.

¶Epitomæ capitis. XXVII.

NOmina ſubſtãtiua, præſertim cum verbis affinitatem habentia, gerundiũ in di, legitimæ ſibi aſſociant, quæ ſi infinitiuum habeãt græcam faciant locutionẽ. Adiectiua vero quæ præſertim gtm̃ nõ regũt infinitiuũ verbũ efflagitãt. Quæ vero & noĩa & participia eſſe poſſunt, dũ noĩa gerũdium, quũ participia ſunt, infinitiuũ deſyderãt. Verboꝝ aũt q̃dã tm̃ poſtulãt gerũdiũ accuſatiui caſus

eam præpoſitione, vt induco, voco, ſto, ſedeo, vado, & ſimilia. Nõ enim niſi more græco cũ verbis motum importantibus infinitiuũ conſtruas. Quædam tantũ infinitiuũ, vt iubeo, cogo, cogito, timeo, & ſimilia. Quædã vtrũq;, vt hortor, flagito, paratus ſum aptus ſum, idoneus ſum, & ſimilia. ¶Subſtãtiua hoc modo gerundiũ regentia ſunt hmõi, tẽpus, hora, locus, ſpatiũ, otiũ, opportunitas, idoneitas, aptitudo, occaſio, amor, ſpes, cupido, deſyderiũ, fames, ſitis, auiditas. Græce aũt figurã cẽſet Seruius Ænei. ij. quũ dicit̃. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Qđ latine diceret̃, caſuũ noſtroꝝ cognoſcẽdoꝝ aut cognoſcẽdi caſus noſtros. Quãdo aũt infinitiuus ꝓ ſuppoſito ponit̃, nõ eſt locus gerũdio, vt optima res agricolare, nõ agricolãdi. Itẽ nõ eſt mihi opus modo reſpõdere & nõ reſpõdendi. Adiectiua infinitiuum poſtulantia ſunt dignus amari, dignus habere multas opes, letus bene me valere. Participia quę in noĩa migrare poſſunt ſunt, timẽs, cupiẽs, peritus, prõptus, cõſuetus, cupidus, timid⁹, auidus. Vt timẽs nauigare & nauigãdi. Simile eſt de ſubſtantiuis, vt habeo mandatũ aut præceptũ cõueniẽdi te, aut tui cõueniẽdi. Mandatũ eſt aut præceptũ eſt mihi te cõuenire, aut vt te cõueniã. Quia vero gerũdia in di raro admodũ paſſiue accipiunt̃, ponemus infinitiuũ paſſiuũ cũ dictis participijs, nõ gerũdium in di. niſi præponat̃ genitiuus paſſiue ſignificãs & gerũdium fiat gerundiũ nomẽ, vt mulier eſt cupida videri, nõ videndi, niſi ſit ſui vidẽde. Sum tui videndi cupidus, mei cõmendandi &c. Item quũ Vergil. dicit Ænei. i. Non nos aut libycos ferro populare penates Venimus. Et euange. Vado piſcari, latinius dixiſſent ad populandos & piſcatum.

∗ Adiectiua infinitiuũ poſtulandi.
∗ Participia quæ in nomĩa migrare pñt.

Gerundia in di.

¶De infinitiuo vbi gerũdio potius vtendum ſit. Cap. XXVII.

Infinitiuũ.

QVædã orationes infinitiuũ magis poſtulant, quædã gerundiũ, quædã vtrũq;. Adiectiua magis infinitiuũ ſiue actiuum, ſiue paſſiuũ. Subſtantiua gerundiũ genitiui dũtaxat caſus. Nam de accuſatiuo mox dicã. Tu es dignus habere opes. Tu es dignus honorari. Tu es letus me bene valere. Tu es let⁹ me honorari, rurſus tẽpus eſt gaudendi, locus eſt expoſtulandi, cõmoditas eſt alloquẽdi. Participia autẽ & multa adiectiua a verbis deriuata, vtrãq; formã ſibi vendicãt. Sed participia iuncta infinitiuis dicunt̃ ſeruare vim participioꝝ, iuncta gerũdio vim nominum. Timẽs nauigare & nauigandi, cupiẽs diſcere & diſcẽdi, doctus peritus. prõptus, cõſuetus cantare & cãtandi, timidus, cupidus, auidus nauigare & nauigandi, nã illud admonitione nõ indiget, optima res eſt agricolare, recte dici, optima res eſt agricolãdi dici non recte, quia ſic illud reſoluitur, agricolare eſt optima res, hoc reſolui ſic nõ poteſt, agricolãdi eſt res optima, niſi forte dure & aſpere: ſic. Ipſa enim res agricolandi eſt optima. ¶Quare illũ non probauerim, qui dixit. Non eſt mihi opus reſpondendi, quum eſſet dicendum, reſpondere, vt ſit ſuppoſitum, me reſpondere, opus vero appoſitum. Itẽ habeo mandatum a patre cõueniendi te, latine dicitur, mandatum eſt mihi a patre cõueniendi te, dicitur nõ latine, quia mandatum hic verbum eſt, vnde nõ poteſt regi huiuſmodi gerundiũ, illic nomen ſubſtãtiuum, vñ regit̃ gerundiũ gtũs, niſi in vtraq; oratiõe exceptione vtaris. In prima quidẽ vt ſic intelligas, habeo a patre mandatũ conuenire te, ſcilicet hoc ipſum cõuenire te. In ſcđa vero, vt mandatũ ſit nomẽ, nõ verbũ aut participiũ, quaſi mãdatũ adeſt mihi. Ad quã tergiuerſationẽ cõfugere nõ poterit quiſpiã in talibus exẽplis. Habeo in tabulis publicis a patre mandatũ cõueniẽdi te, hic nõ poterit dicere cõuenire te. Itẽ eſt mihi iniunctũ mãdatũ cõuenire te, vbi dicere nõ poteris cõueniẽdi te. Cice. tñ ad vxorẽ nouo quodã modo locutus eſt. Quũ ĩ animo haberẽ nauigandi, ꝓ eo qđ eſt nauigare, vt lib. i. de diuinatione. Haberetq; in animo nauẽ conſcẽdere, itaq; ſubintelligit̃ ꝓpoſitũ ſiue volũtas, ſicut in illo apud eundẽ. Quũ illius diei mihi venit in mentẽ. Et alibi. Nõ minus ei venit in mentẽ poteſtatis q̃ eq̃tatis tuæ. Vbi quidã volũt accipi gtm̃ ꝓ ntõ. Mihi potius placet ſubintelligi, cõditio, ſtatus, qualitas illius diei, tuæ poteſtatis, tuæ eq̃tatis, aut aliq̄d ſimile, ita hoc ꝓpoſitũ ſiue volũtatẽ, vt ſit, quũ haberẽ in animo ꝓpoſitũ nauigandi. Venio nũc ad actm̃ gerũdij. Dicimus itaq; induxi te ad nauigãdũ, nõ aũt nauigare, niſi more Græcoꝝ, qui quũ careãt gerũdio, fungũt̃ infinitiuo cũ articulo, raro ſine eo, licet nũc quidã frequẽtiſſimæ vtant̃, vt nõ veni ſoluere legẽ, ſed adimplere, pleriq; eruditoꝝ dixiſſent, non veni ad ſoluendã legẽ, ſed adimplendã, quos & ipſe nũc imitor, & imitãdos oĩbus arbitror, Quã em̃ cauſam habes, vt alienã linguã ſecteris, relinquas tuã? q̃q̃ ne illã quidẽ ſequeris, quũ careas articulis, quibus Græci vtunt̃, & qđ illi habẽt, καθοτι cathoti, tu malis dicere, quia aut qm̃ q̃ cp, vt in eodẽ. Putatis quia veni ſoluere legẽ? quũ eſſet dicendũ cp, ſed ad rẽ. Vocaui te ad currendũ, nõ currere. Sto ad prædandũ, non prædari, ſedeo ad audiendũ, nõ audire, vado ad venandum, nõ venari. Rurſus iuſſi te arare, nõ ad arãdum, cogito inſidiari, nõ ad inſidiãdũ, timeo edificare, nõ ad edificandũ, Quædã verba cũ vtroq; cõueniunt, hortor te ſtudere & ad ſtudẽdũ, flagito reſpondere & ad reſpõdendũ, paratus ſum ſcribere & ad ſcribendũ. Ego ſum aptus pugnare & ad pugnandum. Ille eſt idoneus militare, & ad militãdũ. Quæ oĩa rara ſunt, Nã pleraq; hmõi accuſatiuum poſtulant, vt bonus, vtilis, commodus, malus, inutilis, incommodus ad militandum.

Optĩa res eſt agricolare nõ agricolãdi.

Nõ eſt mihi opus rñdere nõ reſpondẽdi.

In animo habeo.

In mẽtem venit.

Gerundiũ in dum.

Aduerte.

Quia ꝓ cp

¶Epitomæ capitis. XXVIII.

FOre quia futuri tẽporis ſignificationẽ habet, reſpuit participia, niſi in noĩa migrẽt. Cõpoſita a fore futurũ quoq; tẽpus cõnotauit, ſed abſolute fere ꝓnuntiant̃. Fore autẽ & fores foret non differũt ab eſſem eſſes eſſet, eorũq; cõſtructionẽ habent. ¶Nõ ergo dicemus amaturũ fore, ſed eſſe, aut amatorẽ fore. Qđ aũt Oui, dixit doliturus erit, ſenſus põt eſſe, ſi quis erit qui poſt modũ ſit doliturus, itaq; duo futura nõ coincidẽt. Nã he poſſunt ſimul verificari. Nemo eſt antichriſtũ viſurus, & erũt multi antichriſtũ viſuri, ſi qui eũ videbũt nõdũ ſunt. Ciceronianũ autẽ qđ Mãci. adducit poſſumus cõſtruere, vt fore non deẽ pticipio ſic diuinarẽ fore. i. futuꝝ eſſe, ſtudiũ tuum mihi aliquando expetẽdum ſubaudi eſſe. Digeſt. exemplum cum authore militat, qui dicit idem eſſe forem & eſſem, ſi ergo rite dicit̃ præſtandum eſſet & præſtandum foret. Calepinus

aũt ſic.Cõſtruit̃ fore quãdoq̃ etiã cũ participio præſentis tẽporis,qđ cõtra Vallã.Cæſar. Nõnulli etiã Cæſari nũciabant quũ caſtra moueri,aut ſigna ferri

Mancinel.

iuſſiſſet nõ fore dicto audientes milites.Verba autẽ Mãcinelli ſunt.Participiũ paſſiuũ futuri etiam ſi in nomen non reuertit̃ legimus recipere fore.Tullius enim lib.iij.epiſtolarũ familiariũ in epiſtola quadã ad Appiũ pulchrũ ita ſcribit.Quaſi diuinarẽ tali in officio fore mihi expetẽdũ aliquando ſtudiũ tuũ,ſic quũ de tuis rebus geſtis agebat̃,inſeruiebã honori tuo,& lib.ix.digeſtoꝝ ſic legit̃.Sufficeret id præſtari qđ præſtandũ foret.Sed tñ aſſeris idẽ eſſe forẽ fores foret,ꝙ eſſem eſſes eſſet.Ouid. quoq̃ participio futuri in rus erit,futuri vocẽ cõiunxit. metamor.ix. Si qs tñ hercule ſi quis.Forte deũ doliturus erit &c. De participio in dus nil effero,quũ id paſſim legat̃

Ioannes Theo.

Quæ eñ rara inuentu ſunt,tantũ obſeruo.Hæc ille.

¶Huc adde vulgo apud Ciceronẽ libro epiſtolarũ ad Atticũ quinto hæc verba legi,quæ mendoſa ſint necne iudicent alij,verba aũt hæc ſunt. Deinde addis ſi quid ſecus, te ad me fore venturum. Epiſtola incipitur.Tibi vt video & ſpero &c.

¶De fore,affore, defore,abfore, confore, profore. Cap.XXVIII.

Fore.

Fore cũ nomine non cũ participio iungi debet.

FOre quidẽ habet vocẽ infinitiui,vt eſſe ſignificationẽ vero participij qđ eſt futurum,vna cum infinitiuo eſſe. Idẽ eſt enim fore ꝙ futurũ eſſe, nõ tm̃ eſſe,licet forẽ fores foret,idẽ ſit ꝙ eſſem eſſes eſſet.Quare cũ nomine iungi debet fore,nõ cũ participio,ne duo participia ſimul confundamus.Spero te amatorẽ vel amicũ fore,nõ aũt amaturũ fore, ſed tantũ amaturũ,ne videaris hoc dicere,te futurũ amaturũ,qđ ratio nõ patit̃,quũ futurũ ſuperuacuũ ſit. Itẽ de participio paſſiuo futuri. Timeo te verberandũ fore,ſatis erat verberãdũ, vel adiũcto infinitiuo,verberãdũ eſſe.Participia aũt præſentis & præteriti videnť minus cõionis habere cũ fore qđ ad futurũ ſpectat,q̃ participia futuri tẽporis,tñ plus habent.Ibi enim ideo nõ cõuenit, quia ſuperuacua ſignificatio eſt,qđ hic nõ fit,eo ꝙ ſæpe cum iſtis coniunctum illud fore reperimus, ſed ita ſi tranſeũt in nomẽ,alioquin nõ cõgruant diuerſoꝝ tẽpoꝝ eodẽ in loco participia,vt ſpero te ſapientem fore, credo me amantẽ tui fore nõ te.Seruant enim naturã nominis,non participij Opinor te acceptum illis fore non ab illis.Cice.Spero amicitiã noſtrã notã poſteritati fore,non dixit a poſteritate.Quod ſi quãdo reperiatur regere naturã verbi,quid mirũ?quũ etiam nomen ne ſit an participiũ,dubitari poſſit,& putari potius nomen,vt ego ſum dilectus ab omnibus, & ego ero dilectus ab om̃ibus.Nõ eñ hoc eſt participiũ p̄ntis tẽporis aut futuri, nec tẽpus perfectũ indicatiui,nec futurũ ſubiũctiui,& tñ cum præſenti iungitur & futuro,ꝑpter qđ debet potius nomẽ videri,ſicut & participiũ paſſiuũ futuri in nomen reuertit̃,tũcq̃ recipit fore.Vt ſpero hunc puerũ admirãdũ virũ fore.i.admirabilem.Cõpoſita aũt a fore nullã cõtrouerſiam habent,quia fere nuda ponunt̃ ſine nomine & ſine participio. Affore, vt Verg.Affore cernetis.Statius tamen lib.i. Thebaidos videt̃ accipere pro ſignificatione præſentis. Senſit manifeſto numine ductos Affore, quos nexis ambagi-

* Participiũ paſſiui ſeu potius nomẽ recipit fore.

bus augur Apollo portendi generos vultu fallente feraꝝ.Ediderat.Defore,vt M.T.ad Tulliũ.Verum arbitrant̃ non defore qui illã reſtituerẽt. Abfore qđ minꝰ in vſu eſt,vñ dicunt̃ abfuturi.Cõfore & profore apud Comicos.Profore,vt Horatius.Quæ nocuere ſequar,fugiã quæ ꝓfore credã.i.profutura eſſe.

¶Epitomæ capitis.XXIX.

SVpina quia neq̃ genus,neq̃ numerũ neq̃ caſum more nominũ habẽt,nõ nomina,ſed verba cẽſenda ſunt.Gerũdia vero quia caſum nominalẽ habẽt,& regunt poſt ſe in ſignificatione vtiq̃ actiua,participalia verba vocari ſolẽt.Differũt tamen a participijs tã gerũdia q̃ gerundiua nomina ꝙ participia tẽpus ſine rei adminiſtratione connotant,gerundia rei adminiſtrationẽ ſine tẽpore. Habent autem gerũdiua nomina caſus omnis,ſed nullum regunt,verum reguntur cum ſubſtantiuis ſuis in eodem caſu.

Supinorũ gerũdiorũ & participioꝝ diſcrimina.

¶Supina nõ habere genus numerũ aut caſum patet,quia indifferenter dico.Vado ſcitatũ oraculũ,& oracula.Sortes,& libros ſybillinos.Gerundia habere caſum patet,quia regunt̃ in genitiuo, accuſatiuo, & ablatiuo more,noĩm,vt ſtudio vidẽdi patres.Oblectatus ſum inter vidẽdũ patres aut vidẽdo patres. Dixi poſt ſe habere caſum,qa ante ſe nullũ regunt. Vñ.In cõueniẽdo populos ĩ vnũ. In cõuertẽdo dñs captiuitatẽ,& ſimiles,nõ ſunt latinæ locutiões. Nec dices ſcribentẽ habendum eſt calamũ , ſed ſcribẽti opus eſt calamo.Addidi in ſignificatione vtiq̃ actiua,qa in paſſiua abſolute ponunt̃, vt res ad intelligendũ difficilis fit facilis ſæpe repetẽdo.i.dũ ſæpe repetit̃.In di vero raro admodũ paſſiue legũtur, niſi fiant gerũdia noĩa,aut pluralis nũeri, vt ſtatim dicã.Gerũdiua aũt nomina eodẽ modo declinant̃ vt participia in dus,ſed nõ ſignificant tẽpus,vt illa Vt Æneí.vij.Turne qđ optãti diuũ ꝓmittere nemo Auderet,voluẽda dies en attulit vltro. Voluẽda inquã dies non,quæ voluet̃,aut volui debeat in futuro,ſed volubilis & quæ tũc voluebat̃.Significãt ergo adminiſtrationẽ rei.i.formã rei gerẽde videt̃,& gerũdia dicta ſunt.Regunt̃ aũt cũ ſubſtãtiuis ſuis ,ſicut cętera adiectiua.Vt dies voluẽda attulit.Habeo rõnẽ diei voluẽde,Accõmoda te diei voluẽde.Obſerua diem voluendã.O dies voluenda qd attuliſti nobis?Terreor a die voluẽda,& ſic de alijs. Quia vero doctrina authoris confuſius tradit̃,q̃ vt facile capiat̃,dicemus diſtinctim quæ reſtãt de ſingulis.¶Gerũdia in di a ſubſtãtiuis affinitatẽ præſertim cũ verbo habẽtibus & qbuſdã adiectiuis gtĩ regẽtibus regunt̃,idq̃ fere in ſignificatiõe actiua,in qua poſt ſe caſum ſui verbi regere poſſunt,cõcinniuſq̃ ponunt̃ q̃ gerũdiua quoties interuenit relatiuũ.Paſſiue aũt non inuenuſte pro gerundiuis ponunt̃ cũ gtõ plurali, quaſi vtriuſq̃ ſint nũeri & generis oĩs.Gerũdiua aũt noĩa genitiuiꝰ caſus ab eiſdẽ a quibus ſubſtãtiua ſua regũtur,ſed nullũ regũt caſum ,recipiũt aũt cũ genere diuerſas terminatiões,potiuſq̃ paſſiuã q̃ actiuã rerũ adminiſtrationẽ ĩportãt.¶Exẽpla igit̃ ſunt. Rapior ſtudio vidẽdi patrẽ,ſum cupidus vidẽdi patrẽ,nõ videndi a patre.Pulchrius tñ (vt dicemus) loqueremur per gerũdiuũ nomẽ, niſi interueniat relatiuũ, cuius interuẽtu locũ habet gerũdiũ,vt hic dies attulit initiũ dicẽdi quæ vellẽ,nõ eoꝝ dicẽdoꝝ quæ vellẽ, Cũ

Gerundia in di & gerũdiua genitiui caſus.

ISTE & ille(ſi audire Priſcianũ volum⁹) hoc differũt,q́ꝫ iſte ſpatio propinquiore, ille aũt longiore intelligit.Cuius authoritas plurimos in errorẽ induxit,qui pro iſtud dicunt illud.Veluti ſi ad hominẽ longe poſitum ſcribas.Si quid noui in illa vrbe eſt mihi notũ facias pro eo qđ eſt,in iſta vrbe quod nõ mediocre peccatũ eſt. Nam de me loquens dicere debeo,hoc caput,hæ manus,hæc ciuitas.De te vero,iſtud caput iſtę manus,iſta ciuitas.De tertia autẽ perſona,illud caput,illę manus,illa ciuitas.Cicero in Antonium. Remoue pauliſper iſtos gladios. Et in eodẽ lib. Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate tantũ vini in Hippię nuptĵs exhauſeras,vt tibi neceſſe eſſet in cõſpectu populi Romani vomere poſtridie, hoc eſt iſtis tuis faucibus, iſtis tuis lateribus,iſta tua firmitate. Vnde naſcũtur aduerbia iſtic,iſtinc,iſtac,iſtuc,iſtorſum,iſto,vt idem ad Lentulũ. Qui iſtinc veniunt, aiunt te ſuperbiorẽ eſſe factũ,ideſt qui ab iſta ꝓuincia in qua agis,huc in Italiã Romãq́ꝫ veniunt.Aliquãdo iſte accipitur ꝓ hic,vt idem in eodẽ.Cũ iſto tẽpore ſtent cũ gladĵs armati.Et Quintilia.Iuuenis iſte eſt,de quo ſumma in rebus humanis monſtra gignuntur. Et iterum. Hic iuuenis patris ſui heres ſolus inuentus eſt.Ille quoq́ꝫ nõnunĝ per dignitatem aut per eminẽtiam ponitur,indicans eſſe qđ omnes debeant noſſe, vt Alexander ille magnus,ille Cenſorius Cato, Architas ille Tarentinus.

Vide finẽ huius ſcđi. | Iſte. Ille. | ✱ Aduerbia a ꝓnominib⁹ deriuata. | Ille per dignitatẽ ponitur.

¶Epitome capitis.xlĵ.

¶Hic ſepe de ſpatio propinquiore, his de remotiore intelligitur,vtrũq́ꝫ autem continue poſt relatiuũ ſubiũgitur,vbi ille a quibuſdam minus venuſte poſitum reperitur,vt in hoc locutiõis genere.Qui præfert virtutẽ diuitĵs.is ſane fortis eſt,vel hic ſane fortis eſt.Non ille ſane fortis eſt.Vtrũq́ꝫ quoq́ꝫ tam hic q̃ is,ſed concinnius is,cum copulatiua cõiunctione antecedentis qualitatem ſpecificat, hoc pacto.Veſtis modica & ea detrita,vel & hæc detrita,Idem accipi ſolet pro etiam, refugitq́ꝫ poſt ſe coniunctionẽ & quam ſimplex recipit.Ad hoc pro prętereà non inuenuſte capitur.

Hi & is.

¶Exempla in textu patent,præterq̃ vbi hic de propinquiore,is de remotiore intelligitur. Poterit autẽ dari tale.Si quam rem hic tibi vtilem inueniſt hac vtere,ſi quam in agro, vtere ea.Item. Domi. & foris ſollicitor,hic a meis,ibi ab hoſtibus.

¶De hic,is,idem,& ad hoc. Cap.xlĵ.

HIC & is habent potius illa de qua modo memini Priſciani differentiã.Vt hic ſpatio propinquiore,is vero longiore intelligatur,multis tamen in locis vtrũq́ꝫ locum habet.vt Qui præfert virtutẽ, diuitĵs,is ſane fortis eſt,vel hic ſane fortis eſt, vel per compoſitionem,vt quæcunq́ꝫ mulier adultera, eademveneficia eſt,& fere per hæc duo pronomina licet ſic loqui nec per vlla alia,licet poetę vtantur ille ꝓ is quia amboꝝ eadẽ pene ſignificatio eſt,vt Hora.de arte poetica. Qui didicit patriæ quid debeat & quid amicis.Quo ſit amore parens,quo frater amãdus & hoſpes. Quod ſit conſcriptĵ quod iudicis officium,quæ Partes in bellũ miſſi ducis,ille præſe-

✱ Hic & is Pronominũ hic & is vſurpatio. Idem.

ctio. Reddere perſonæ ſcit cõuenientia cuiq;. Quare ſanctis viris e græco transferẽtib⁹ ſic permittamus dicere. Nõ qui ſeipm cõmendat, Ille probatus eſt, ſed quem deus cõmendat. Poſſunt autem hæc eadẽ duo de quibus loquor pronomina, & alio modo vſurpari vt Alexãder paruis copiis fretus, ſupauit Dariũ cũ exercitu infinito, & id in adoleſcẽtia, vl & hoc in adoleſcẽtia. Itẽ & hoc modo Pauca veſtis, & ea detrita & ſordida, poti⁹ q̃ & hæc Paucis nũmis ſupbit, nec iis ſuis, ſed aliũ de corrogatis, poti⁹ q̃ nec his. Idẽ. qđ eſt ab is cõpoſitũ, q̃ſi pˀ ẽt poni ſolet, vt Cicero. Eſt huic cõiuncta bñficẽtia, quã eandẽ vl benignitatẽ vel liberalitatẽ appellari licet .i. quã etiã Quĩt. Si cãm veneficii dicat adultera, nõ Marci Catonis dãnata iudicio videt, q nullã adulterã nõ eandẽ eẽ veneficã dixit. In hoc pnoĩe Idẽ, adnotaui qđdã diſſimile ab is. Ibi pot addi copulatiua, hic non poteſt, qđ tñ affirmare nõ auſim, vt. Quãcũq; in ſedẽ migrat apiũ rex in eam & apes ipſæ comitantur. At ſi dicã in eandẽ, tollã copulatiuã ſic, in eandem apes ipſæ comitantur. Nã Idẽ habet in ſe vĩ copulatiuæ. Hoc cõpoſitũ cũ p̃põne ad, ſignificat pterea vt apud Salluſtiũ. Cognoueram paruis copiis bella geſta cũ opulentis regibus, ad hoc ſæpe fortunæ violentiam toleraſſe, facũdia Græcos, ſcientia belli Gallos ante Romanos fuiſſe.

Adhoc

¶Epitome capitis xliii.

INſtrumentum quodlibet in ſeptimo caſu ponem⁹ ſine p̃põne, cũ qua nõ ĩſtrumentũ, ſed comitẽ, aut cõcomitãtiam denotat

¶Septimũ caſum vocãt abltm̃ rectum, neq; vi nominis, neq; vi verbi, aut aduerbii, neq; vi ppõnis, ẽ vt ĩſtrumẽti: & q ĩ deſignatiõe ſeqlæ ponitur. Octauũ vocat Niger dtm̃ localẽ, vt, inferretq; deos Latio .i. in Latiũ. Exẽplũ de comite, vt, rex ĩtrauit cum multo exercitu: de cõcomitãtia. Rex acceptus eſt cũ mira bñuolẽtia. Dixi quodlibet ĩſtrumentũ, vt coercuit miles armis, orator v̾bis, cõſcientia rubore

¶De cũ p̃põne. Cap. xliii.

Cum

CVM PRÆPOSITIO PER APpoſitionẽ non iungitur rei notãti inſtrumẽtũ, ſed comitẽ, & hoc ẽ qđ Quĩt. ait. vt q̃ramus nunq̃d apud nos ſit vis quædã ſeptimi caſ⁹, & apđ Græcos ſexti. Nã iqt. cũ dico haſta pcuſſi. nõ vtor ablatiui natura. Nec ſi idem græce dicam datiui, propter quod Seruius & quidã alii plane affirmant eſſe ſeptimum caſum. Quod autem non vtamur ablatiui natura, hanc cauſam exiſtimo q̃ abltũs aut vi noĩs regitur, aut vi verbi, aut aduerbii, aut poſtremo intercedẽte p̃poſitione. quorũ nihil hic fit. niſi volumus errorem quorũdã ſequi, q ſubĩtelligũt p̃põnem, cũ. Et quõ ſubintelligi põt, q̃ ne poni qdẽ põt? Nã pcuſſi cũ haſta ĩaudıtũ eſt. Inſtrumẽtũ eñ pcuſſionis haſta eſt. Peccauit q̃ nõ ĩcelebris hui⁹ ætatis vir q ſcripſit. Gladiũ quo cũ eſſe pcuſſerat eduxit. Percuſſit igitur gladio, nõ cum gladio. Impuli te pugno, nõ cum pugno. Video te oculis, nõ cũ oculis. Tango te manu, nõ cum manu. Deleuit epiſtolã lachrymis. Abſterſit ſordes aqua. Siccauit cretam, liq̃fecitq; cerã igni. non autem cum lachrymis, cum aqua, cum igni. Sed hoc fefellit, q̃ aliqñ illa p̃põ videri poſſit iuncta noĩ inſtrumentũ ſignificanti, vt. Acceptus eſt a nobis cũ honore. Magna cum beneuolẽtia ſcripſit. Cũ mira affabilitate me allocut⁹ eſt. Cũ dira truculentia me aſpexit. Verumtamen hi ablatiui non ĩſtrumentum ſignificant, ſed coniunctionem. Si qdem acceperũt me homines inſtrumento corporis, non honoris, ſed honore comite. Scripſit miniſterio manus, non beneuolentiæ, ſed hac ſocia. Allocutus eſt lingua operatrice affabilitate præſenti. Et aſpexit inſtrumento oculorum truculentia ſuffuſorum, quæ nihil facit ad ipſam inſpectationem, ſed oculi, Sunt qui velint Priſcianum ſenſiſſe, cũ haſta pcuſſi, dici poſſe, vl hãc præpoſitionẽ ſubĩtelligi. Ego vero affirmo neminẽ antiquorũ neque ptuliſſe hanc, neq; ſubĩtellexiſſe.

Caſus ſeptimus

*

Cũ dicim⁹ haſta pcuſſi, cur abltĩ natura nõ vtamur.

Cũ auferẽdı caſibus cõiũctionẽ ſignificãtib⁹ adiũgit.

¶Epitome cap. xliiii.

CIrciter non tantũ ad tempus, ſed etiã & quidẽ frequẽtius, ad numerũ & nõnunq̃ ad locũ ſpectat.

¶Quia v̾o actũ deſeruit, nõ plenũ videt exẽplũ, circiter duũ miliũ militũ, niſi ſubaudiat nũer̃. Caſſius aũt aduerbiał̃ rpoſuit, ſicut & circa & circũ põi ſolẽt p in circuitu. Quoquouerſũ .i. quocũq; verſum.

¶De circiter Cap. xliiii.

Circiter.

CIRCITER PRISCIANVS IN quit, ad tps ſolũ ptinet, vt circiter calẽdas Ianuarias. Immo & quidẽ frequentius ad numer̃, vt circiter duũ miliũ militũ circiter decẽ miliariorum. Sed aliqñ etiã ad locum vt Caſſius Emina. lapidẽ fuiſſe quadratũ circiter in medio arce iunctũ cãdelis quoquouerſum.

¶Epitome capitis. xlv.

VErſus ſemp fere poſtponitur, ſicut tenus frequenter, & vſq; nõ raro. Dicıq; põt etiã verſum, vt quoquouerſus & quoquouerſum, aduerſus & aduerſum Addi poteſt q̃ dũ appellatiuis iungitur, præpoſitionem alterã admittit, vt in forũ verſus apud Cice. in Lelio.

Mãcinell.

¶Dixi fere ſemper, propter hæc Mãci. verba. Verſus euphoniæ gratia q̃nq; p̃ponitur potius. Hinc libro primo de lingua latina. Varro dixit. Cliu⁹ pximo ad florales verſus Capitolium vetus: qđ q̃dẽ euphoniæ gratia feciſſe apparet. Hæc ille. Nã Capitoliũ vetus verſus duriter ſonet. Si ergo ſemel dũtaxat, idq; euphoniæ gratia factum eſt, bona ẽ Valle præceptio.

¶De verſus Cap. xlv.

VERSVS CONTRA NATVrã p̃poſitiõis ſemp poſtponitur vt Italiã verſus, Megarã v̾ſ⁹. Liui. Duo Romana vno loco propius Albam: tria Albana Romam verſus. Salluſti⁹. Deĩde Philenorũ aræ, quẽ locũ ægyptũ verſus finẽ imperii habuere Carthaginẽſes. Cic. de diuinatione. Qui quum exercitu luſtrato Aretiũ verſus caſtra mouiſſet. Surſum ſiue ſurſũ verſus frequenter legimus, nõnũq̃ dicitur verſum, ſicut aduerſum. Nã ita verſus ſicut aduerſus. Vnde quoquouerſus .i. in vnãquãq; ptẽ, & quocũq;, & in vtrãq; partẽ, & deorſum v̾ſus. Atq; neſcio quõ non repio hãc inter p̃põnes eſſe numeratã, an quia poſt ponit & nõ p̃ponit? Nec tenus quidẽ p̃poni ſolet, de qua nunc dicã, & tñ eſt præpoſitio. An quia p̃põnis vice non fungit, quoties alia adeſt p̃poſitio? Vt ad occidentem verſus, quo quidem modo aduerbium eſt, vt vſque, quæ & ipſa ſic aliqñ in oratione collocatur, vt ad occidentem vſque.

Verſus

Surſum verſus verſum

Quoquouerſus Verſus. dictio, q̃re nõ repitur nũerata inter p̃pões.

Vſq;.

¶Epitomæ capitis xlvi.

TEnus præpoſitio abltõ deſeruiens, tũc legitĩme gtõ deſeruit, qñ ſignificat res geminas, aut ſingulari caret, ſignificatq́ tenus vſq́ ad aut non vltra.

Calepinus

¶Vt pubetenus .i. vſq́ ad pubẽ, vel ad pubem vſq́ ſed exempla in textu ſatis patent.

¶Calepinus dicit apud Flaccũ in Argonauticis cũ accuſatiuo cõſtrui. Et Tanain ten⁹ immẽſo deſcẽdit ab euro. Vultq́ in plurali gtõ iũgi etiã non geminorũ, vt apud Curtiũ. Pauci hoſtiũ tenus exacti penetrauere ad portũ. Vult p̃terea abſolute põi apđ Horatiũ in ep̃lis. Et qdem ꝓdire ten⁹ ſi non datur vltra. Sed illic non quidẽ, ſed quoddã legẽdum eſſe & metrũ & ſentẽtia docet.

¶De tenus. Cap. xlvi.

Tenus

TENVS (VT DIXI) SEMPER poſtpõitur, atq́ in ſingulari vtiq́ cũ ablatiuo, vt hacten⁹, quatenus, ꝟbotenus capulotenus. In plurali vero cũ gtõ etiã nõ ſolũ cum abltõ. ſed quãtũ ego ſentio, cũ gtõ, tũc aũt neceſſario, quũ venuſti⁹ ſit ꝓferrĩ more Græcorũ, quum res eſt, vel gemina, vel numero ſingulari carens, neq́ apud poetas ſolũ mõ, ſed etiã apđ oratores. Verg. Crurũ tenus hiſpida nãti. Et iterũ, Et crurũ tenus a mẽto palearia pẽdẽt. Quĩt. in lib. xĳ. Sed. ille vir bonus qui hæc nõ vocibus ſibi tm̃ nota, atq́ noĩb⁹ auriũ tenus in vſum lingua ꝑceperit, ſed qui ꝟtutes ĩpas penitus mẽte cõplexus ita ſentiet. Celi⁹ Iã illi rumores de comitĳs trãſpadanorũ Cumarũ ten⁹ caluerũt. Curti⁹. Pauci hoſtiũ ten⁹ exacti penetrauere ad portũ, Eſt autẽ ſignificatio, vſq́ ad. vmbilico tenus vſq́ ad vmbilicũ. Æthiopia tenus. Nilo tenus. vſq́ ad Æthiopiã & Nilũ. Aliqñ etiã pro nõ vltra, vt Geſſit cõſulatũ titulo ten⁹ .i. nõ vltra q̃ titulo, cuiuſmodi nõnulla ex ſuperioribus exẽplis ſunt.

Propoſitionis tenus q̃ ſit ſignificatio

¶Epitome capitis xlvĳ.

¶Pridie & poſtridie cum genitiuo & cum accuſatiuo cõſtrui poſſunt.

¶Cauſa videtur qa & nomẽ & p̃põnẽ includunt. Nã vt dicet cap. lxx, pridie eſt die qui pridẽ ſeu qui añ, & poſtridie poſtero die q poſt. Quũ ergo dico pridie nonaꝝ, idẽ eſt acſi dicã, die qui prior ẽ die nonarũ, quũ ꝟo pridie nonas, die q p̃it nonas, ſeu qui eſt añ nonas. Vñ tertio nonas, ẽ quaſi tertio die añ nonas, incluſiue tñ vt dies nonaꝝ ſit vnus e tribus. Quũ vero dico, poſtridie nonaꝝ, idem ẽ acſi dicam poſtero die a die nonaꝝ. Quũ poſtridie nonas, die poſt nonas ꝓximo. Cæteꝝ q́ Cic. in ep̃la ad Tironẽ dicit. Menãdrus poſtridie ad me venit q̃ expectarẽ, videt̃ poſtridie ſignificare vno die poſterius

Pridie. Poſtridie

¶De pridie & poſtridie aduerbĳs Cap. xlvĳ

PRIDIE ET POSTRIDIE quẽadmodum tenus genitiuo ſeruiũt, & nõ nunquã etiam accuſatiuo, vt pridie illi⁹ dici, poſtridie nonarum Decembrium. Cicero ad Atticum. Pridie compitalia memento. Titus Liuius lib. vi. Etiam poſtridie idus rebus diuinis ſuperſederi iuſſum. Inde vt poſtridie calendas ac nonas eadem religio eſſet traditum putant. Idẽ li. xlvĳ. Pridie parilia medio ferme die atrox cum vento tempeſtas coorta. de quo vide plura infra in Nudiuſtertius

¶Epitomæ capitis xlvĳ

Heus

¶Hei & ve datiuum, heu exprobratiue accuſatiuũ alioquin etiam noĩatiuum regit, heu heu ſeu eheu, abſolute ponitur. heus cũ vocatiuo. Procul etiã accuſatiuo iungitur, ſed & cũ abltõ ſine aut cum præpoſitione.

¶Exẽpla patent in textu de heus qđ adiecim⁹ eſtq́. vocãdi aut reuocandi aduerbiũ. vt heu iuuenes. Primo. æn. Procul cũ ablatiuo, vt procul dubio. Vnde Mãci. dicim⁹ quoque ꝓcul oceano & procul ab oceano. Plinius em̃ li. v. ca. x. de Nilo ita inquit. Originẽ (vt Iuba rex potuit exq̃rere) in mõte inferioris Mauritaniæ nõ ꝓcul oceano habet. Et Phędra Ouidiana ait, Sint ꝓcul a nobis iuuenes vt fœmina cõpti. Catullus item. Procul a me tuus ſit furor om̃is hera domo. hæc ille. Ponitur etiã abſolute vt in Bucolicis. Serta procul tantum capiti delapſa iacebãt

Procul Mãcinel.

¶De hei, heu, & heuheu, ve & procul. Cap. xlvĳ.

HEI QVOQVE ET heu ſiſe quid obtinent, & tamen alterum datiuo alterum accuſatiuo iungitur, vt, Hei mihi qualis erat quãtum mutatus ab illo Hectore. Teren. Heu me miſerum. Et fere cum huiuſmodi ꝓnoĩbus. Nam cum alio noĩe frequentius ꝑ exprobrationem, vt Verg. Heu ſtirpem inuiſam. Et Plin. lib. vĳ Heu demẽtiã ab his initĳs exiſtimãtium ad ſupbiam ſe genitos. Aliquãdo etiam cum ntõ, vt idẽ Verg. Heu pietas. heu priſca fides. Terẽ. in Adelphis. Heu miſera. Illud ꝟo in pſalmo. Heu mihi quia incolat⁹ meus ꝓlongatus eſt. Neſcio an vitio factum ſit librariorum. Quale illud in euãgelio. Aſcẽdit in arborem ſycomorum, quia inde trãſiturus erat quod ſcribendũ eſt illac. Et illud ad Romanos. Tu autem quum oleaſter eſſes, inſertus es pro inſitus, Et in actibus apoſtolorum. Egreſſi fuimus foras portam iuxta flumẽ, pro extra portam Heuheu nulli caſui ſeruit, vt idẽ in bucco. Heu heu quid volui miſero mihi. Ve q̃oque datiuo. Mar. Carpere cauſidicus fertur mea carmina: qui ſit. Neſcio, ſi ſciero, ve tibi cauſidice. hęc appelles licet ſiue aduerbia, ſiue interiectiones, nam hanc inter partes oṙonis nõ numero, ſiue etiam p̃poſitiones. Procul apud quoſdam caſui ſeruit vt apud Curtium. Procul vrbem.

Hei. Heu * Heu cum noĩatiuo. Menda in ſacris literis. Heuheu, nulli caſui ſeruit. Ve.

Epitomæ capitis xlix.

Procul

ADuerbia comparatiua & ſuplatiua a ꝓpe, p̃ter caſus gradui debitos, regũt aut datiuũ noĩs ꝓpe, aut actm̃ p̃põnis.

¶Regunt em̃ deriuatiua fere ſuoꝝ primitiuorũ caſus. Prope aũt ſæpe aduerbia r̃ & ita abſolute ſumit̃ hñs accẽtum in vltima, ſed habẽs eũ in prima, aut noĩaliter ſumitur cũ dtõ, vt ꝓpe eſt dñs oĩb⁹ inuocãtib⁹ eũ. Hinc Maro in Georg. Propi⁹ ſtabulis armẽta tenerent. Et Comicus in Andria. Proximus ſum egomet mihi. Prope aũt p̃põ accuſatiuũ vult, vnde ꝓpius vrbẽ, & ꝓximus Pompeiũ ſedebam dixit Cice. & q̃ proxime hoſtẽ. Sicut Liuius vt ca. xlv. vidimus propius Albã.

Prope.

¶Quędã aduerbia cõparatiua ſuplatiuaq́ regere accuſatiuum. Cap. xlix.

COMPARATIVA aduerbia & ſuperlatiua ꝑter ſuã conſtructionem ablatiui & genitiui, vt ſcido melius te, & optime omnium, aliquãdo ſeruiunt actõ, vtiꝗ ea quæ a præpoſitionibus veniunt illarũ naturã ſeruantia. Cice. ad Octauiũ. Cur caſtra medio itinere longius aduerſariorum caſtris, & ꝓpius vrbem mouentur? Idem ad Atticum. Tamen eſſe officium meum putaui, exercitum habere q̃ ꝓxime hoſtem. Salluſtius. Proxime Hiſpaniã Mauri ſunt. Neꝗ hæc regere poſſunt datiuum, vt Priſciano placet, quale vult. Quũ propius ſtabulis armenta tenerent. Datiuus hic non regitur natura cõparatiui ſed ipſius nominis, nõ aliter q̃ſi dicã Nauigo te propinquius terrę. Et qm̃ ipſa rei ſerie quædã de cõplexu orationis dicere incepimus iam de hoc ipſo diſſeramus ſimulꝗ de natura indeclinabilium dictionum quarũdamꝗ aliarum, ab eo potiſſimum incipientes quod huic loco ſimillimum eſt.

¶Epitomæ capitis. L.

O Tribus caſib⁹ iungit̃, nominatiuo, accuſatiuo & vocatiuo, ſed cum accuſatiuo præſertim ſi exprimitur vehementem ſignificat excandeſcentiam, animiꝗ affectionem, quæ eo ſuppreſſo, minor eſt, ſicut cum particula Hui.

¶Ponit̃ em̃ interdũ accuſatiuus ab O ſubintellecto rectus, vt in textu. Hominẽ te patientẽ &c. Vbi cæterorum quoꝗ ſunt exempla. Illud O fortunati, eſt in. i. Æuei. ſed O fortunatos. eſt ĩ. ij. Georgi. Hui tam graues raſtros quæſo, in Heauton.

¶De O prolata vel omiſſa, Cap. L.

O FORTVNATI quorum iã mœnia ſurgunt Æneas ait. Et alibi. O fortunatos nimium bona ſi ſua norint Agricolas. Hic accuſatiuus eſt, ibi vel noĩatiuus, vel vocatiuus eſſe põt. His em̃ tribus caſibus indifferẽter authores vtunt̃. Cice. O variã volucrẽꝗ fortunã. Neꝗ hoc in tertia perſona tm̃, ſed etiã in prima & ſęcũda, vt idẽ. O me miſerũ. O te infelicẽ, etiã non appoſito ꝓnoĩe, vt idẽ. O miſerum & deteſtabilem hominem, ſi hæc ignoras Idem. O te miſerum, O te infelicem, quæ exclamatio ad omnẽ affectũ cõuenit, vel miſerationis, vel indignationis. Simili mõ in noĩatiuo & vocatiuo, vt idẽ O fortunata mors, quæ naturæ debita ꝓ patria eſt potiſſimũ reddita. Et iterũ. O magna vis veritatis, quæ cõtra oĩm ingenia, calliditatẽ, ſolertiã, cõtraꝗ fictas hominũ inſidias, ſe ꝑ ſeipſa defendit. Idẽ. O nox illa, q̃ pœne ęternas huic vrbi tenebras attuliſti Et itꝝ. O Nonę illę Decẽbres, quæ me cõſulę fuiſtis

O interdũ non exprimitur & ꝑcipue in re leuiore.

Aliq̃n ab illo ſuperſedemus vtiꝗ in re leuiore, neꝗ ita magni caloris, vt indignũ facinus, & hoĩem neꝗ quã qui nõ dubitaret, vel in foro alea ludere, vel cũ lege de alea cõdẽnatis. Ciceronis verba ſunt in Antonium. Et Plinius iunior ad Octauiũ. Hominẽ te patientẽ, vel potius durũ ac pœne crudelẽ, q tã inſignes libros tãdiu teneas. Qđ ſi excãdeſceremus, dicendũ eſſet. O hominẽ nequã, & o hominẽ patiẽtẽ. At ſine indignatiõe, vt apud Valeriũ maximũ lib. iij. Sed mihi vti iſta cõditione vitæ nõ eſt opus, ſine vllis imaginibus, nobilẽ animũ. Aliquanto hoc remiſſius eſt, q̃ſi dixiſſet. O animã ſine vllis imaginibus nobilẽ id eſt ſine malorꝝ nobilitate nobilẽ. Ideo ꝗ Terẽtius leuioris caloris interiectiõe vſus eſt. Hui tã grauis raſtros quæſo, ſed hoc ſimile eius ſpeciei, cuius mentionem modo faciam.

¶Epitomæ capitis. LI.

IN locutionibus pathos ſeu affectionẽ habentibus ſæpe ponitur accuſatiuus cũ infinitiuo, ſuppreſſa particula qui cum infinitiuis conſtruat̃,

¶Vt. i. Æneid. Mene incepto deſiſtere victã. Subaudi, equum, aut decens, aut dijs placitum, aut tolerabile eſt, aut decet, aut oportet, aut quidſimile. Et qđ Suetonius memorat de Cæſare recitatum. Men ſeruaſſet, vt eſſent qui me perderent, ſubaudi decuit, vel oportuit, vel cõueniens ſeu expediens fuit. Et eſt Apoſiopeſis. i. reticẽtia commotis animis apta. Vnde dicimus in locutionibus pathos ſeu affectionum habentibus &c.

¶De me cũ infinitiuo & accuſatiuo. Cap. LI.

MENE incepto deſiſtere victã. Nec poſſe italia, Teucrorꝝ auertere regẽ? & iterum. Mene Iliacis occũbere cãpi. Non potuiſſe, tuaꝗ animã hãc effundere dextra? Hęc Vergilius. Ad Terentiã aũt Cice. Me miſerũ in tantas calamitates mea culpa incidiſſe. Et iterũ in Bruto. Tum Brutus admirãs tãtam ne fuiſſe obliuionem inquit, in ſcripto præſertim, vt me legens quidem ſenſerit q̃tum flagitij cõmiſiſſet? In his omnibus placet mihi ſubintelligi, vere ne ita eſt me nõ poſſe auertere Italia regem Teucrorum &c. Plinius iunior ad adrianũ. Hominẽ ne Romanũ tã græce loq̃ id eſt vere ne ita eſt, vel oportet, vł oportuit ne, ſiue oportet. Terẽtius in Andria. Seruon fortunas meas? meas me cõmiſiſſe futili?

Vergilius.

Cicero in Bruto.

*Quid ſu a intelliga tur ĩ ſupioribus locutionibus.

¶Epitome Capitis. LII.

HEm, en, & ecce, nĩõ & accuſatiuo iungunt̃, ſed hem nõ niſi apud poetas ꝑcipue Comicos, en & ecce, etiã apud oratores, tã indicãdo q̃ exprobrando, ſed frequẽtius in noĩatiuo. Viꝗ adeo vt ecce in ꝓſa rariſſime cũ actõ repiat̃, q̃uis ꝑ cõpoſitionẽ dicamus eccũ, eccã eccos eccas. i. eẽ hic ſup. eũ, vel eam, eos, vel eas, de quo vel de qua vel de quibus ſermo erat. & ellũ, ellam, vł ellos, ellas. i. en vel ecce, hic ſup. illum vel illam &c. Exempla omnia in textu patent.

Hem exprobrantẽ. indicat affectũ, ecce demõſtrãtem.

¶De en & ecce ſuiſꝗ cõpoſitis. Cap. LII.

EN & ecce in eadem pene ſignificatione amãt noĩatiuum & accuſatiuũ, apud Comicos vero Hem pro En affectui ſeruiens, quo oratores nõ vtunt̃, quemadmodum nec Aſt pro At, qđ eſt poetarꝝ ſyllabam illam breuem interiectione. ſ. longam facientium. Adiungitur autem. En nominatiuo pariter & accuſatiuo, tum indicando. tum exprobrãdo. Indicando. Verg. En priamus, ſunt hic etiã ſua præmia laudi. Exprobrãdo. En agros & quã bello Troiane petiſti Heſperiã metire iacens. Seneca in Agamẽnone. En paridis hoſtẽ. Iuue. lib. ij. En habitum quo te leges & iura ferentẽ Mõtanũ poſitis audiret vulgus aratris. Oratores ſæpius reprobrãdo, & ſæpius per ntm̃. Quin. En improbitas. Cice. en crimẽ, en cã cur regẽ fugitiuus, dñm ſeruus accuſet. Ecce ſimiliter cũ vtroꝗ caſu iũgit̃, vt idẽ. Ecce tibi ſtatus noſter. Cũ actõ aũt nõ memini me apđ oratores legiſſe, ſed ne apud poetas q̃dẽ. Nã illđ Terentianum in

En ecce & Hem.

Aſt.

*Ecce ntõ ſeruit accuſatiuo aut nunq̃ aut raro.

Eunucho. Ecce aũt, alterũ, neſcio quid de amore loquitur. Alter ſcribi debet, nõ alterũ, Donato quoq; ꝓbãte. Sed demus aliquãdo reperiri, vt ſemel apd̃ Plautũ in Bacchidibus. Opus en erit tibi aduocato triſti iracũdo, ecce me. Et tñ eccũ eccã eccos eccas, ellũ ellã ellos ellas ab ecce cõpoſita ſũt, & ſecũ vident̃ gerere caſum, ſed nõ gerũt. quæ Priſcianus ita reſoluit. Ecce eũ, ecce eã, ecce eos, ecce eas, ecce illum, ecce illam, ecce illos, ecce illas. Sergius quoq; cõmentãs Donatum ait. Nihil ſignificat ellũ, niſi ecce illum. Pauloq; poſt. Ergo quum ellũ ſit ecce illum, ellam ecce illã, nihil poſſumus dicere, niſi magis demonſtratiue. Sed pace Priſcia. Sergiiq; & aliorũ hoc nec verũ, nec cõueniens ſignificatũ eſt. Nam inter ecce eũ & ecce illũ quid intereſt. Potius dicendum erat, eccũ ecce hunc, eccos ecce hos, de quibus agimus. Talis erat cõuenĩetior interpretatio, ſed quæ nec vera foret. Reſoluunt̃ eñ hæc per aduerbia, nõ per ꝓnomina, eccũ ecce hic, ſubintellige virũ de quo agebamus, eccam ecce hic, ſubintellige fœminã de qua mẽtio erat. Ellũ ellã, ecce illic virũ fœminãve, ſubintellige de quo de quave agebat̃. Nam vt de homine qui ante cõſpectũ noſtrũ adeſt recte dicas, ecce ille, vel ecce ego, ſiue ecce illũ vel ecce me, ita male loquaris ellũ hominẽ vel ellũ me, & rurſus de longe poſito, eccũ. Terẽ. Eccũ. Parmenonẽ, & eccũ me. Nẽpe nõ ecce eũ, quaſi aliquis alius ſit præter hũc Parmeno, & ecce eum me, quẽ me & quẽ eũ loqueris. Plautus in Menechmis. Atq; eccã. Es in mercatore. Ecce illũ video. Eccũ ergo Parmenonem .i. ecce hic Parmenonẽ, & eccum me .i. ecce hic me, & ellũ Parmenonem dicentes, nõ ſic loquimur quaſi de parũ noto, vt ſolemus quũ dicimus. Ecce ille Parmeno, quaſi ille tibi incognitus, ſed auditus. Ellũ igit̃ Parmenonẽ ſignificat, ecce illic Parmeno ſiue Parmenonem. Sed an poſſit. Ecce habere actm̃, nõ ante in dubitatũ habebo q̃ exemplũ videro, niſi illud tale ſit apud Vergi. En quatuor aras Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo Pocula bina nouo ſpumãtia lacte quotãnis Craterasq; duos ſtatuam tibi pinguis olini. Sed de proſa magis dubitare me dico.

Fccum.
Eccam.
Eccos.
Eccas.
Ellum.
Ellam.
Ellos.
Ellas.
* Laxat.
Valla Priſcianũ & Sergium.

Ecce.

¶Epitome capitis .liij.

AGe verbũ ſingularis numeri, agite pluralis poſtulat, agedum vtriuſq; quidem admittit, ſicut & age, ſed ꝓprie cum ſingulari age & agedum, cum plurali agitedum poſueris.

¶Cauſa eſt, quia licet pro aduerbijs adhortandi ponantur, tamen natura verba imperatiua ſunt, vnde age ſingulari gaudet, ſed tamẽ pluralẽ admittit numerum. Vnde Mãcinellus. Age ſingulari & pluraliter iunctum legimus. Statius lib. ix, Ite age, & obſeſſis vigilẽ circũdate flammã, vbi tamẽ quid ĩ legũt. Ite agite obſeſſis &c. Valerius Flaccus libro .iij. Vos age funereas ad littora voluite ſyluas. Et ſocios luſtrate rogos. Plautus in Sticho. Age ſultis .i. ſi vultis. Item. Age licemini. Præterea ſicuti agedum vtriq; numero iungitur, ita agitedũ plurali ſolum. Liuius lib. vij. Noſtrum inquit peditum illud milites eſt opus. Agitedum vt me videritis quacunq; inceſſere in aciem hoſtium ferro viam facientem, ſic ꝓ ſe quiſq; obuios ſternite. Et paulo inferius. Agitedũ ite mecum.

Mãcinel.

Age.
Agedum.
Agitedũ.

¶De age, agite, agedum. Cap. LIII.

AGE ſingularem numerum deſyderat, agite pluralem, agedum vero nõ ſingularem tantũ, ſed etiam pluralẽ, neq; id mõ in carmine, vt Propertius. Vos agedum, licet etiam in ꝓſa, vt Quinti. Agedum ſi videtur extra portas proſpicite ſqualida arua, & ſpinis obſitas ſegetes, ſemeſos arborum truncos. Cice. Agedũ cõferre nũc cũ illis vitã Publij Syllæ vobis populoq; Romano notiſſimam.

Age.
Agite.
Agedum.

¶Epitomæ capitis .liiij.

QVoties ĩter partes vel plures dubitamus, vt certo ſciamus alteram, vel vnã illarum eſſe cõcedendam, neſcimus tamẽ vtra, vel quæ recte, vtimur an & ne Quoties vero ſic, vt non inter partes propoſitas ſit dubitatio, ſed inter eas & oppoſitã vtriuſq;, vel omniũ vtimur his particulis. aut, ve, vel, vel ſimilibus. Interrogatio non eſt in aut, ſed in an. Et verbis dubitationis & inſcientię, damus ſubiunctiuum cum an. verbis vero opinionis & ſcĩetiæ indicatiui ꝙ cum & aut. Anne, & Nõne ꝓ an & nõ poni ſolent, ſed maiorem vim habẽt præcipuæ Anne apud poetas. Leguntur etiam Egone, & Itane, quæ interrogando reſponſionẽ nõ poſcũt.

¶Quia ergo certo ſcio patrẽ tuum viuere, aut mortuum eſſe, dubito autẽ vtrum viuat an mortuus ſit, nõ quæram. Viuit pater tuus aut mortuus eſt, quia ſcio ꝙ ſic, nec dicam. Neſcio vtrum pater tuus viuat aut mortuus ſit, quia ſit aut inſanus ſim, aut mẽtiar. Quęrã ergo. Viuit ne pater tuus, an mortuus eſt, aut ſic. Viuit pater tuus necne. Et dicam. Neſcio an pater tuus viuat an mortuus ſit, aut viuat, necne. Et ita in cõſimilibus. Quia vero dubitare poſſum, an aliquam quatuor religionum profeſſurus es, an nullam, bene quæram. Es tu futurus Minor, aut prædicator, aut Carmelita, aut Auguſtineñ. Et ſubauditur, an nullus eorũ? Et bene dicã. Neſcio an futurus ſis Minor, an Prædicator, aut &c. an ſup. nõ igitur An & Ne inter ea de quibus eſt dubitatio poni volunt. Ve & Vel inter mẽbra alterius partis dubitationis, ſi plura habeat. Vnde ſi ſciam patrem viuere nõ videar mihi male dicere. Scio an pater viuat, an mortuus ſit, qđ prius dubitaui, quia videlicet ſcio ꝙ viuit, verum ſtãte hoc ꝙ adhuc dubitem male locutus ſim qđ author prætendit dicere.

¶Ouidius libro Metamorphoſeon decimo in Alcyones fabula, Voce ſua ſpecięq; viri turbatã, ſoporem Excutit, & primo ſi ſit circũſpicit illic. Qui modo viſus erat. Crediderim oratorem dicturum, circũſpicit an ſit illic &c.

Ioannes Theo.

¶Nõ addi ſupuacuo An dictioni Necne, vł ex his. M. Tullij in oratione pro Cecinna verbis colligitur An incoacta multitudine, in armis, in telis, in præſenti metu mortis ꝑſpicuo periculo cedis dubiũ vobis fuit an eſſe vis aliqua videret̃ necne. Idem pro Roſcio. Quęro enim, potuerit ne Roſcius ex ſocietate ſuam partem potere necne.

¶De an & aut, ne, vel, ve, & horum conſimilibus. Cap. LIIII.

An, Aut, Ne, vel, ve.

AN & aut cõiunctiones ſunt Quintilianus inquit. Male tamẽ interroges hic, aut ille ſcit. Nos quũ talẽ tantũq; authorem habeamus ſi, tñ pleriq; multis iam ſeculis peccauerũt ac peccant qđ

grande flagitium eſt.Sed duæ cauſæ eos decipiunt.
Fere eñ nunq̃ decipimur,niſi mẽdaci quadã ſpeciæ
Horatius In arte.
veritatis, & vt inquit Horatius. Decipimur ſpeciæ
recti.Vna,ꝙ interpretãtes e Græco nõ reperientes
hanc apud illos differẽtiam,quippe quũ Græci vnã
tantũ habeant vtriq; noſtrarũ reſpondentẽ,putant
ꝓ vna voce græca,vnã latinã poſſe ſufficere.Altera
ꝙ reperiũt apud nos in interrogãdo aut. Et primæ
quidẽ opinioni hoc reſpõſum ſit, eos male mereri
de lingua latina,qui dimidiũ verboꝝ faſtidiunt,nã
plerũq; vtunẽ.Aut more græcoꝝ,& interrogando
& ſine interrogatiõe.An oĩno relinquẽtes. Sequẽti
qđ tñ caput hui⁹ erroris eſt ita rñdemus ſi paulo di=
ligentius aduertiſſent,nõ in Aut ſed in An interro=
gationẽ cõſiſtere dephendiſſent, vt apud Ciceronẽ.
An vero romulus ille,aut paſtores,aut cõuenas cõ=
gregaſſe,aut Sabinoꝝ cõnubia cõiũxiſſe aut finiti=
moꝝ vim repreſſiſſe eloquẽtia videt?Nõ eſt hic mul=
tiplex interrogatio,quaſi de eoꝝ ſingulis interroge
tur,ſed duplex,ſic Nũqd Romulus hæc oĩa fecit elo
quẽtia?Hæc vna pars eſt interrogationis.ſup.an nõ
fecit?Et hæc erit altera pars.Itẽ es tu Stoicus,aut Epi
cureus,aut Peripateticus,aut Academicus?Hæc in=
terrogatio & bene dici põt & male.Nã ſi nõ cõſtet
interrogãti te eſſe philoſophum bene interrogauit,
ſupplẽdaq; eſt duplex An.ſic.Es ne tu Stoicus, aut
epicureus &c.an nõ?Sin cõſtet illi te eẽ philoſophũ
ex aliqua harũ ſectaꝝ,ſed cuius ſis ignorãs,de ipſa
interroget,male quæſiuit quũ An,nõ Aut dicendũ
fuerit,& vbi nos nõ poſuimus duplex an,omitten
dũ ſit. Es tu Stoicus,an Epicureus,an ꝑipateticus,
an Academicus,q̃ iterrogatio põt tẽdi in infinitũ.
Illa vero ſemꝑ eſt duplex.Hic ad ſingulas ꝑticulas
bine interrogatiões ſunt,ibi in vniuerſum duę.Quũ
eñ quæro an Stoicus,ſubintelligiẽ altera interroga
tio ediuerſo,ſic an nõ. Itẽ.Es ne Epicureus, an non?
Es an non Academicus?Afferamus aliud apertius
exẽplũ.An eſt hic illo nobilior? An plus pro ſalute
mea laborauit?An cui magis homines cupiãt?An
formoſior, & magis dignus cui filiã meã collocẽ?
Hic octo interrogatiões ſunt,qa octies interrogatio
repetiẽ?ibi ſemper duæ,quia ſemper bis repetiẽ.Ex
quo patet nõ eſſe interrogationẽ in Aut, ſed in An,
Interrogationẽ in quã contrariorum, qualis eſt illa.
Quid dicã?aut quid faciam?quid nõ dicã?aut quid
nõ faciã.Inter hæc non ambigimus, ſed ipſa ambo
ſimul ambigimus,ſecus in illa. Abeam an maneã,
de duobus itaq; quæro,vtrũ mihi faciendũ,& vtrũ
Verbis dubitationis damus ſubiunctiuum cũ an, verbis opinionis & ſciẽtiæ indicatiuũ cũ ꝙ & aut.
non faciendum ſit dubitem .Ideoq; nõ ſolum inter
rogando,ſed citra interrogationem quoq; vtimur.
An,vbicũq; aliquid contrarietatis ineſt, vt dubito,
an viuat pater,an mortuus ſit.Et in maiori numero
Neſcio an pater ſit Romæ,an valeat,an viuat,an vẽ
turus ad me ſit.Muta verbũ dubitationis & inſciẽ=
tiæ in diſſimile aliud verbum,ſic, Scio an viuat pa=
ter an mortuus ſit?male locutus es,bene autem.Ne
ſcis an viuat pater,an mortuus ſit. Itaq; verbis hu=
iuſmodi dubitationis & inſcientiæ damus ſubiun=
ctiuum cum An,verbis vero opinionis & ſciẽtiæ in
✱ Ne iterũ vna ponitur interdũ cum ſocia.
dicatiuum cum Quod & aut,ſic. Opinor quod pa=
ter aut mortuus eſt,aut grauiter ęgrotat.Quod præ
ceptũ eſt de An,hoc quoq; præceptũ ſit de Ne,quæ
plerũq; vna ponitur,& ſemper in parte prima col=
locatur,vt bonus ne vir eſt,an malus eſt. Aliquãdo
Necne.
cum ſocia,ſed id ſæpius apud poetas,vt Verg. Æñ.
i.Qui teneant(nam inculta viden)homineſne fere=
ne.Quærere conſtituit.Sæpe hoc modo,Illuc eã nec=
ne ignoro,hoc eſt,dubitatiue,interrogatiue quoq;,
vt ꝓ Flacco.Cic.Vtrũ vultis p̃tori Flacco licuiſſe nec
ne,id eſt,licuiſſe an non?Quidã ſuperuacuo addunt
alterum,an ſic.Neſcio an bene faciam necne.Atq;
vt oſtendi quoſdam errare in Aut,non videntes in
Vel
quo differat ab an:quidam ita faciunt in Vel pu=
tantes poni ꝓ an,id eſt,interrogatiue & dubitatiue
ſiue ignoratiue,vt eſt iſtud,aurum vł aurichalcum
neſcio ſi ſit aurum vel aurichalcum?imo ſcis ꝙ eſt
aurum vel aurichalcum,& neuter veſtrum dubitat
ꝙ vel hoc vel illud eſt.Sed neſcitis , an hoc,an illud
ſit.Ideoq; & tu interroga aurũ ne ſit an aurichalcũ
& tu reſponde ꝙ neſcis an ſit hoc an aliud.Illud ãt
quod eſt apud Quĩtilianũ. Quærẽdũq; arbitrantur
iuſtũ ne ſit ſacrilegiũ appellari,qđ obĳciaẽ vel fur=
tum vel amentiã.Poteſt quibuſdam mouere dubi=
tationem,quaſi in re dubia loquamur per vel,atq;
ideo ipſum miſceamus eſt ne ſiue an,in quo mini=
me dubitãdũ nobis eſt. Talis eñ ibi locutio ẽ.Quę
rendumq; arbitrantur iuſtum ne,ſit appellari ali=
quid nomine ſacrilegĳ,an non , vel aliquid ſit iu=
ſtum appellari futurum an non?vel aliquid ſit iu=
Ve,
ſtum appellari amentiam an non?Ve magis acce
dit ad vel,q̃ ad an,vt duobus tribuſve mẽſibus.i.
duob⁹ vel tribus menſib⁹.Raroq; repitur gemina=
tum niſi adiuncta.Si,vt ſiue hoc,ſiue illud,aut adiũ
cta Ne ꝓ non.vt apud eundem.Cauendum etiam
neue ſit maior tranſlatio,q̃ oporteat,neue(quod ſæ
pe accidit)minor,neue diſſimilis.Cicero.Ita iũgetis
vt neue aſpe concurrant,neue vaſtius diducantur.
Lucanus ſine compoſitione aliqua. Nec quemquã
iã ferre poteſt Cæſar ve priorem.Pompeiuſq; parẽ.
.i.non põt iam aut Cæſar ſupiorem ferre,aut Pom=
An ne
peius parem. An & ne coniungi ſolent ꝓ an'qđ
magis poeticum eſt,vt apud emulos Vergilĳ.Dic
mihi Dameta cuium pecus an ne latinum?illud Ci
ceronis multi ita legunt.Quod mihi etiam idigni⁹
videtur obtrectatum eẽ Gabinio dicã,anne Pompe
io,anne vtrique,id qđ eſt verius.Sine interrogatio
ne durum videtur .vt Verg.Vrbes ne inuiſere.Cæ=
ſar,An deus imenſi venias maris.Anne nouũ tar=
dis ſydua te mẽſibus addas:Ideo dixi duoꝝ,qa ꝑ in
iterrogationẽ qddã vrgẽti⁹ & inſtantius eſt in hac
gemiatiõe anne,q̃ in illa ſimplicitate an,qđ hic nõ
fit,vt ex alĳs cõpoſitis elucebit.Nõne fuit ſatius tri=
Nonnẽ
ſtes Amaryllidis iras.Atq; ſupba pati faſtidi,nõne
Menalcã.Nõne ego te vidi Damõis peſſime caprũ
Excipe inſidĳs.In hac interrogatiõe nonne,non id
agitur,vt reſpondeas neſcienti,ſed cogaris aſſentiri
ſcienti,nec alia vis orõnis ẽ,q̃ ſi diceres an nõ,quod
magis vrget q̃ ſolũ nõ,licet & hoc ſolum ꝓ illo cõ
Itane
poſito accipi ſoleat. Alia cõpoſita ſi modo cõpoſi=
Ergone.
ta hæc ſunt.Itane.Ergone quæ interrogando reſpõ
ſionẽ non poſcunt,ſed aſſenſum extorquent.

¶Epitomæ capitis.lv.

¶Nedum trifariam differt a non ſolum,nõ modo
Nedum
& nõ tantum.Primo,quia nedum nõ exigit huiuſ=
modi particulas , verumetiam , ſed etiam , ſed &,
ſed quoque,affirmatiue,negatiue autẽ,ſed nec aut,

ſed neque, aut ſimilem, quia ante ſecundam clauſulam loco illarum ponitur. Reliqua autem niſi pro nedum ponantur, ſine illis poni nequeunt. Secũdo quia nedum affirmatiue id quod maioris ẽ momẽti præponit, ſed negatiue poſtponit. Reliqua econtrario, niſi pro nedum ponantur. Tertio quia pars cui nedum additur, ſignificatur præpollere alter, cui non modo, aut non ſolum pro nedum accepta æquipollere. ¶Vt intelligantur priores differẽtiæ, ſit hoc exemplum. Per nedum dicam ſic affirmatiue & vno verbo. Exponerem pro te ſanguinem, nedum pecuniam. Per non ſolum ſic. Non ſolum pecuniam, ſed etiam, aut verumetiam, aut ſed &, aut ſed ſanguinem quoq; pro te exponerem. Duobus verbis ſic. Vitam pro Chriſto exponerem, nedum tormenta ſubirem. Item nõ modo ſubirem ꝓ chriſto tormenta, ſed & vitam exponerem. Negatiue vno verbo ſic. Non exponerem pro te pecuniã, nedum ſanguinem. Duobus ſic. Nõ ſubirem pro rebus mundanis tormenta, nedum vitam non exponerem. In textu autem inueni ſublatum illud ſecundum nõ, vt ſit nedum vitam exponerem, quod an ſublatum oportuerit: ex his patebit quæ ſtatim ſubijciam. Per non ſolum aut nõ modo &c. ſic. Nõ modo pro rebus mundanis non ſubirem tormenta, ſed nec vitam exponerem, quod pertantum abeſt, vt ſtatim patebit, poſſet conuenienter dici ſic. Tãtum abeſt, vt pro rebus mundanis vitam exponerem, vt ne tormẽta quidem ſubirem. In his ergo exemplis nedum non habet illas particulas, ſed etiam &c. ſicut non modo, non ſolum, & non tantũ habere volunt. Item affirmatiue maius præponitur & negatiue minus, tum per reliqua fiat econuerſo. Cuius cauſa eſt, quia nedum nõ ponitur q̃tum ad ſitum in priori clauſula, ſed in ſecunda, ſi tamen vt ſecunda ſit prior, niſi affectio reliquam præripiat Quum enim affectuoſe dicere volo ꝙ pro te ſãguinem funderem, incipio ab eo ſic. Funderem pro te ſanguinem nedum pecuniam, quod eſt, acſi dicã. Ne ducas aut putes forte, ꝙ tãtum pecuniam pro te funderem. Tertiæ differẽtię exempla ſunt in textu ex Cicerõe deprompta, vt quẽ fimbria, non ſolum Socrates, quo ſignificatur fimbria Socrati fuiſſe par. Sed dicendo nedum Socrates videretur maior. Cæterum quia de vſu negationis amplius dicere conſtitui: addam quæ noſtra ætate vir doctiſſimus Guilielmus Budeus adnotauit de ea re inter annotationes in pandectas.

¶De vſu negationum ex Budeo.

De vſu negationũ.

ANIMADVERTERE DEBEmus quædam eſſe verba quæ idem ſine negatiõe ac cũ negatione polleant vt vereor, timeo, metuo, caueo, & ſi q̃ ſunt eiuſdẽ ſignificationis, vt vereor ne vẽiat, vereor vt vẽiat, timeo, ne moriar, & timeo vt moriar, caue vt facias, & caue ne facias. Terent. Sed pater adeſt, caue te eſſe triſtem ſentiat. Vt enim interdũ duæ negationes nõ plus ꝙ̃ vna pollent, vt ſi dicas. Nũq̃ mihi nec obfuiſti, nec profuiſti, ſic interdum vna negatio duarum negationum inſtar eſt, dũtaxat adiuuante vi verbi. Cicero Ad Quint, Fratrẽ. Quod enim abſuiſti, vereor ne ſatis diligenter in ſenatu actũ ſit de literis meis, ideſt, ne nõ ſatis

*Verba aliqua q̃ idẽ ſine negatione ac cũ negatione polleant*

Idem ad Atticum. Si manet vereor ne exercitum firmum habere poſſit, id eſt, opinor eum exercitum firmum non habiturum. Quod fortaſſe ſic reſoluitur. vereor, vt ne habere poſſit, quo modo loquendi Cicero ipſe vti ſolet, vt in Bruto. Ego tamen ita de vnoquoq; dicam, vti ne elici poſſit quẽ exiſtimem oratorem, quem declamatorem fuiſſe. Et in tertio de Oratore. Omnis mea cura ſoletĩ hoc verſari, ſi poſſum vt efficiam aliquid dicendo, ſin minus, vt ne quid mali. Et more Terentiano ſumptum, qui ait, Vt ne quid nimis? Hunc autem loquẽdi modum video noſtræ, aut proximæ memoriæ clariſſimos ſcriptores ſequi. Hermol. in quadam oratiõe, vt ſollicita ſit admodũ vniuerſa ciuitas ne læticiam incredibilem ſua oratione conſequi valeamus, ideſt, ne non valeamus. Sic Vulpianus. Vereo ne poſſit iſta connubium habere nubendo, id eſt, ne non poſſit, vt ipſe alibi dixit in. l. ſi ergo. §. i. l. de iure dotiũ. Et Triphonius. Vereor ne longum ſit adoptionem mariti eius impediri id eſt opinor non eſſe longum, id eſt incommodum. Hoc etiam per Vt particulam Cicero enucleare ſolet, vt ad Atticum. Qui quum impudentiſſime poſtulauerit, tamen conceditur, & tamen vereor vt ipſis content⁹ ſit. Et pro Quintio. Si veretur vt res iudicio facto parata ſit. In quibus locis multi exiſtimarent deeſſe negationem, cum nihil deſit. Terentius. Dies mihi hic vt ſatis ſit vereor ad agendum. Politianus in Herodianũ. Veritis omnibus vt ſatis libenter imperatorem pertinacem milites reciperent, id eſt ne non reciperẽt, eſt etiam alioquĩ inuenire, quũ vna negatio in oratione deeſſe videatur. Cicero in tertio de legibus. Quæ res quum ſapientiſſime conſtituta eſſet a maioribus noſtris, nihil habuit non modo multum quod putarem nouandũ in legibus. Non modo multum pro non modo non multum Et de perfecto oratore. Nam ſic in epulatum apparatu a magnificentia recedens, nõ ſe parcum ſolum, ſed etiam elegantem dici volet. Non ſolum pro nõn ſolum non dixit. Idem pro Publio Sextio. Quum illi ſoli eſſent pręter illum flagitioſum tribunum plebis duo reip. turbines qui non modo pręcipitanti patriæ ſubuenirẽt, ſed etiã nimis tarde cõcidiſſe mererent. Et de reditu ſuo ad populum. Tribunitijs ſuperiores illi rogationibus nulla authoritate ſenatus ſunt reſtituti. Marius vero non modo a ſenatu, ſed etiam oppreſſo ſenatu eſt reſtitutus. i. nõ mõ nõ a ſenatu. Et in quarto Tuſcu. Iis enim malis incidentibus nõ modo beati, ſed ne ſani quidem eſſe poſſimus. Liuius. Haſdrubalique non modo in Italiam traducendi exercitus, ſed ne manendi quidem ſatis tuto in Hiſpania ſpem reliquit Plinius in epiſtolis. Multa in vrbe noſtra iuxtaque vrbem, Non oculis modo, ſed ne auribus quidem nouimus. Quæ exempla & ſimilia mirum eſt Laurentium Vallenſem non animaduertiſſe. Is enim libro tertio elegantiarum, vt ſcite pauca de hac re & ſubtiliter diſſeruiſſe mihi videtur, ita ſi eius doctrinam ſequi velimus, hæc loca tueri, non poterimus. In cauſa eſt (vt arbittror) quod Laurentius ad normam latinæ proprietatis ea redigere voluit, quæ Græcorum imitatione vſurpata ſunt. Gręci enim τω υχοπως αντι του ου μονον ουχι

*Vt ne.*

*Vt.*

*Non ſolũ pro nõ ſolũ non*

*Liuius*

subinde

ſubinde vtuntur. Demoſthenes ευολιζον μεμαεφωμ εϖολιτευ ομηνουχο πος μηδεν. αδικων τοιαυτα ϖεισεσθαι, αλλα και μετρια εξαμαρτων συγγνομης τευξεσθαι ανντι τουνομ μονονοχι πασεσθαι ανντι τουνομ μονονοιχι πεισεσθαι. Simile eſt ουχ οτι, μη οτι crebra apud oratores & elegantiores ſcriptores. Plato εγω δε ου δε ανθρωπο με οτι δε θεω id eſt nõ ſolũ hoc nõ dixerim de deo. Et μη τι μη τι δη que ibidem pro non ſolum non accipiuntur.

Nedum. Hoc etiam per nedũ latine dici ſolet. Sallu. Quippe ſecundæ res ſapientũ animos fatigant, nedũ illi corruptiſſimis moribus victoriæ temperarent, apud Liuium in .viij. ſecundi belli punici. hoc modo Fabi⁹ loquitur aduerſus Scipionem in Aphricã traiecturum. Me dictatorẽ cũ vigerem adhuc viribus, & in curſu maximarũ rerꝫ eſſem, recuſantẽ nemo audiuit, quomin⁹ inſectãte me magiſtro equitũ (qđ fando nũq̃ auditũ fuerat) imperiũ equaretur meũ, nedũ ego perfunctus honoribus certamina mihi cũ adoleſcente florentiſſimo proponã, id eſt, nõ modo nunc nõ proponam. Idem. Attonitus repẽtino malo vix quid obijceret intelligere potui nedum ſatis ſciam quomodo me tuear. Cice. pro Plancio. Ego vero ne immortalitatem quidem contra rempub. accipiendam putarẽ, nedũ emori cum pernicie reipub. vellem, vbi alius etiam non indoctus nollem (vt arbitror) dixiſſet. Et pro Cluentio. Nec Metellus nec Põpilius clariſſimi viri vim tribunitiam ſuſtinere valuerunt: nedũ his temporibus, his morib⁹, ſine veſtra ſapientia, ac ſine iudiciorum remedijs ſalui eſſe poſſumus. Lucin⁹ και ϖανυ α ϖαλοσ το ποδε: και ουδε σαναιχαματιον χοϖως βαδιζειν εδυνατο.

De vſu negationum. Cic. in Acade. Anaxagoras nigrã niuẽ eſſe dixit, ferres me ſi idẽ dicerẽ? tu ne ſi dubitarem quidem, Vnam negationem. Cicero duarum vice poſuit. Interdum contra duas pro vna poſitas inuenimus. Idem libro .iij. de finibus. Sed quanq̃ negent Stoici, nec virtutes, nec vitia creſcere, attamen vtrunqꝫ eorum fundi quodã modo ac dilatari putant. Et in .v. Tuſcula. Itaqꝫ ne ſi iucundiſſimis nos ſomnis vſuros putemus. Endymionis ſomnũ nolimus dari. Et in Acade. Quod bonum quale ſit negat omnino Epicurus ſine voluptatibus ſenſum mouentibus nec ſuſpicari. Hæc de negationis vſu dicenda hoc in loco habui, vt multis fortaſſe non ſatis animaduerſa, ſic omnibus neceſſaria.

¶Nedũ pro non ſolum, ſequente ſed etiã, interdũ legi apud ſcriptores & eos fidei receptiſſimæ teſtis eſt Cicero ad Atticum lib. epiſtolarũ decimo. epiſtola quidẽ penultima, hũc in modũ ſcribẽs (Ioan. Theo.) Tu quoniã quartana cares & nedũ morbum remouiſti, ſed etiã grauedinem, te vegetũ nobis in Græcia ſiſte, & literarum aliquid interea, Sunt præterea non valde pauci in ea ſententia, vt aſſerant vel conſtantiſſime, poſt non ſolũ non, vel non modo non nequaq̃ eſſe locũ huic particulæ, ſed etiã & ſi ſibus perſuaſi forte Laurentianis exemplis, in quib⁹ aut ſed neque, aut ſed nec, huiuſmodi particulis ſubiungitur quum tamen M. Tullius in libello de ſenectute hunc in modũ loquatur. Quia nõ modo vituperatio nulla, ſed etiã ſumma laus ſenectutis eſt, q̃ ea voluptates nullas magnopere deſiderat. Idem quoqꝫ mihi. His mihi reb⁹ Scipio (id eñ tecũ Lelio admirari ſolere dixiſti) leuis eſt ſenectus, nec ſolũ nec moleſta, ſed etiam iucunda. Idem alio in loco. Sed videtis vt ſenectus nõ modo languida at ꝗ iners nõ ſit verũ etiam operoſa & ſemper agẽs aliquid & moliens. Illud autẽ maxime omniũ cenſemus ad notãdum, quod & obſeruauit Gallorũ doctiſſimus Guilielmus Budeus. vt eſt totus in re literaria lynceus non ſolum, pro non ſolũ, non reperiri haud infrequenter, ſequente vtiqꝫ ſed etiam, aut ſed ne. Quale eſt id. M. Fabij lib. Inſtitu. xi. In quibus nõ ſolum cãtare quod vitium ꝑſuaſit, aut laſciuire, ſed ne argumẽtari quidẽ niſi mitius: & quidẽ ita vt in ipſa probatione magis emineãt, affectib⁹ decet. Et illud eiuſdẽ lib. vij. Itaqꝫ non ſolum ad priores Catonẽ Gracchoſqꝫ, ſed ne ad hos quidẽ oratorẽ alligãdũ puto.

¶Verte hanc pagellã ſtudioſe lector, in ſecũda facie videbis figurã, vł vt dicunt hiſtoriam capiẽtem varios modos, quibus ꝑiti vti ſolẽt his dictionib⁹: Nedum, non tantũ, non modo, & non ſolum. Hæc quo harꝫ dictionum, & id genus aliarũ ſi quæ ſint manifeſtior ſit vſus ꝑdoctus vir Bertulphus Ledi⁹ Gandauus capiti ſequẽti præponi curauit.



Nō ipenderim pecuniā: tantū abeſt vt vitam Nondū te dili-gotantū abeſt vt amem.
Equalet.
Uitā tibi ipenderiʒ nedum pecuniam. Amo etiā te neduʒ diligo. Intelligo id nedum lego.
Nedum.
Nō impēderim tibi pecuniam nedū nō vitam. Haud quaꝗ̃ te dili-go nedum nō amo. Non legit nedū nō intelligit.
equalet
Uitā etiā tibi impēderiʒ nō mō pecuniam Amo etiaʒ te nō ſolū diligo
Affirmatiue.
Res Maioris
Res Minoris momenti precedit.
momēti precedit
Negatiue
Tm̄ abeſt vt vitā ꝑ te ipedirē vt ne pecuniaʒ q̄dē. Tm̄ abeſt ab amando: vt ne diligo q̄dē.
Equalet
nō ſolū impēderiʒ ꝑ te pecuniā: verū etiam vitā. Non tm̄ te diligo: ſʒ ⁊ amo. Nō legit modo: ſed intelligit etiam.
Nō ſolum.
nō ſolū nō ipēde-rim tibi vitā: verū ne pecuniā quidē. Nō antū nō amo: imr nec diligo. Nō odo nō intel ligo d nec lego.
equalet
Pecuniā tibi inſumpſerim atꝗ adeo vitā te diligit vni-ce atꝗ adeo a-mat.

¶De nedum & non tantum, non modo & non ſolum. Cap.lv.

Nedum.

NEDVM DVOBVS MObis ꝑiti vti ſolent, vno quũ vtrãꝙ ſententiam eodẽ claudimus verbo: altero quũ ſuum vtrique ſententiæ verbũ damꝰ. Prio modo ſic. Funderẽ pro te ſanguinẽ, nedũ pecuniã. Secundo ſic. Funderem ꝓ te ſanguinẽ nedũ pecuniam tibi crederẽ, & hoc affirmatiue. Negatiue ſic. Non perderẽ ꝓ te obolum, nedum ſanguinem. Item non crederẽ tibi obolum, nedum ꝓ te funderẽ ſanguinem. Atqꝫ in affirmando id quod plus eſt, maioriſqꝫ momenti, ẽn prima parte ponendum, in negãdo quod minoris eſt. Plus enim & magis eſt momẽtorum fundere ſanguinem q̃ pecuniã, & minus eſt & leuius perdere aut credere obolum, q̃ perdere aut profundere ſanguinem. Imperiti vero hanc dictionem accipiunt pro non ſolum, ſic dicẽtes. Nedum pro te laborem ſuſciperem, ſed etiam mortem quod ſic dicendum erat. Mortem pro te ſuſciperem, nedum laborem, Aut per nõ ſolum. Nam cõtrarius modus eſt a non modo per nedum. ſic (ne priora exempla commutemus). Non ſolum pecuniam pro te funderem, ſed etiam ſanguinem. Item Non modo tibi pecuniam crederem, verumetiam pro te ſanguinẽ funderem & hoc affirmatiue. Rurſus negatiue. Nõ modo pro te ſanguinem non perderem, ſed nec pecuniam. Item. Non tantum pro te ſanguinem non perderem, ſed nec pecuniam. Item. Non tantũ pro te ſanguinẽ non funderem, verum ne obolum quidem tibi crederem. Hæc eſt igitur differentia, inter nedum & non ſolũ, ſiue non tantũ, ſiue non modo. Aliq̃n tñ reperimꝰ hoc poſteriꝰ pene ꝓ nedũ accipi. Cic. in off. iij. Huic igitur viro bono quem Fimbria etiã non modo Socrates nouerat, nullo modo videri põt quicq̃ eẽ vtile, qđ nõ ſit honeſtũ. Poſſumus hic dicere ꝓ non modo. Socrates nouerat, nedũ Socrates. Sed nedũ auget, ꝑpolletqꝫ alteri parti, cui adiungitur nõ mõ aũt æquiparat. Ideoqꝫ puto Ciceronẽ voluiſſe æquiparare Fimbriã Romanũ Socrati Græco. dixiſſetqꝫ illud nõ modo, ſicut in quibuſdã alijs exemplis. Vt in eiſdẽ officijs. Ad quod eſt adhibẽda actio quædã, non ſolum mentis agitatio. Et pro plancio. Plura ne dicã tuę me etiã lachrymæ impediunt, veſtræqꝫ iudices, non ſolũ meæ. Hic non auſim ꝓ non ſolum dicere nedũ.

Taxat Valla imꝑitos qui hãc dictionem nedũ ꝓ nõ ſolũ, accipiunt Nõ ſolũ Nõ modo Non tãtũ.

Niſi.

¶Epitome capitis lvi.

NIſi in principio clauſulæ verbo pͥcipali adhæret, atqꝫ indicatiuũ deſyderat, alibi etiam ſubiunctiuũ, verbũqꝫ minus principale.

¶Exẽpla patent in textu. Subiunctiuus modꝰ dicit etiã cõiunctiuus. Eſt aũt niſi cõpoſitũ a ni & ſi. Sive ro q̃n rem affirmat, indicatiuo gaudet, vt in Bucco. Si neſcis, meꝰ ille caper fuit, & in noto opuſculo. Si deus eſt animus nobis vt carmina dicũt. Vbi nõ habet ſubiunctiuũ modũ quia nõ conditionalis, ſed rationalis aut cauſalis eſt coniunctio, accipitur eñ quaſi pro quia. Eius autem naturã ſapit cõpoſitum quod in principio poſitum indicatiuum idcirco eẽ flagitat, quia non cõditionalis, ſed rationalis eſt coniunctio. Plautus. Niſi annuꝰ penus mihi datur. Trãſlator tamen in principio quia conditionaliter accipit, ſubiunctiuo iungit in pſalmo dicẽs. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem. fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Quum autẽ dicitur in textu. Niſi adeſt verbum principale, illic niſi eſt datiui caſus, vt ſit huic dictioni niſi adeſt verbũ principale hic, id eſt, in poſteriore nõ adeſt, bene reticuit autem, ſed & vero, quia vrbũ repetit, & vtitur hic vt referat ad propiꝰ quia ſi volat irreuocabile verbum quod prius dicit a nobis plus differt, quã quod poſterius. Itaque ferre prius dictũ ſignificamus per illud poſterius per hoc quod annotandum eſt.

Si.

Hoc & illud

Niſi.

¶De niſi Cap.lvi.

NISI QVOTIES PRINCIPIum ſententia eſt, indicatiuum deſyderat, alias etiam ſubiunctiuũ. Cicero pro Milone. Niſi forte putamus dementẽ, P. Scipionẽ Aphricanũ fuiſſe, qui quũ per ſeditionem a C. Carbone interrogaretur, quid de Tyberij Gracchi morte ſentiret? reſpondit iure ſibi cæſum videri. Et Quinti. Niſi forte imperatorẽ quis idoneũ credit, in prælijs quidem ſtrenuum & fortẽ, & omnium quæ pugna poſcit artificem, ſed neque delectus agere, nec copias contrahere atque inſtruere, nec proſpicere cõmeatus, nec locum capere caſtris ſcientem. Præter principia autẽ ſententiarũ ſic. Vapulabis niſi caues, vel niſi cauas. In illo ſuꝑiore niſi verbũ adeſt principale, hic non adeſt.

* Niſi ex nõ & ſi cõpoſitum ẽ, & (vt inquit Calepinꝰ) in principio ſententiæ indicatiuũ deſyderat. alĩs etiam ſubiunctiuũ vt vapulabis niſi caues vel caueas

¶Epitome capitis lvij.

literas dabam, erat pridie Calẽdas Auguſti, vel po
ſtridie nonas, & hodie eſt pridie ludorum Circen-
ſium, cras erit poſtridie nundinarũ. Refertur enim
tale tẽpus nõ ad hodiernũ craſtinũq; diem, ſed ad
aliũ quendã, veluti ad eum quo hæ literæ leguntur. Cras
Ideoq; errauit qui ſcripſit ſic. Quum eum Romę do
mũ loquendi gratia adiſſem, orauit me dicẽs, po
ſtridie ad me redeas. Dicendum erat cras, aut ſic. Nõ dicitur
Poſtridie vt redirem orauit. Rurſus non recte dixiſ ſcđo aut
ſet ſic, cras vt redirem orauit, ſed poſtridie. Atque primo Ca
vt non dicimus nudiuſſecundus, nec ſecundo Ca- lendas.
lendas, ſecũdo nonas, ſecundo idus, ſed pridie calẽ
das, pridie nonas, pridie idus. Itẽ, vt non dicimus Pridianus
nudiuſprimus, ita nec primo quidẽ calendas prĩo
nonas, primo idus, ſed calẽdis, nonis, idib⁹. Præter-
ea ex his duobus alterum format ex ſe denomina Heſternus
tiuum. alterum vero minime. Ex pridie fit pridia
nus: ex poſtridie non fit poſtridianus, aut in vſu
non eſt, ſed pro eo abutimur craſtinus, per quod ſi-
gnificatur non modo dies ſequens hodiernũ, ſed
etiã quemlibet alium. Vergilius Georgicorum. i. Si
vero ad ſolem rapidum lunaſq; ſequentes Ordine *
reſpicies, nunquam te craſtina fallet Hora: neque
inſidĳs noctis capiere ſerenæ. Eodem quoq; modo Heſternus
abutimur heſternus pro pridian⁹. Terẽ. Iure heſter pro pridia
no panem atrum vorent. Cicero. Videre videor a- n⁹ dicim⁹.
lios intrantes, alios exeuntes, quoſdã ex vino vacil
lantes, quoſdã externa epotatione oſcitantes non
de heſterno die loquitur, (quia vt ſic dicam) ab illo *
heri nõ fuerat factum, cum hæc dicerẽtur. Vtimur Bartolus
frequentius hoc per abuſionem, q̃ illo naturali & poſtridie
proprio quo & ipſo frequenter vtimur. Suetonius pposttres
in vita Ty. Solennibus ipſe cœnis, pridiana ſape & dies acci
ſemeſa obſonia appoſuit. Idem in vita Caĳ. Marcẽ pit & an
tepam ſtomacho pridiani cibi onere. Bartolus cum recte.
leguleis ſuis accipit poſtridie pro poſt tres dies. vñ Dudũ
conſequens fuit dicere pridie pro eo quod eſt prio- Nuper
ribus & proximis diebus. Nã ita vulgo loquũtur Pridem
Pridie emi domum, quũ dicẽdum ſit nuper de quo Olim.
nunc diſſeramus.

¶Epitome capitis lxxi.

DVdum de modico tempore dicitur, hora vi
delicet vnius, aut duarum, aut diei, aut men
ſis. pro conditione materiæ ſeu actionis. Nu
per & pridem de longiore v tpote menſis, aut an
ni vnius, aut plurĩũ p conditione quoq; materiæ
Olim vero de magno tempore, ſiue anteacto, ſiue
futuro. Sed interdum etiam pro dudum, aut pro ali
quando accipitur. Idem quoque tempus importa
tur per iamdudum. Iampridẽ, Iamdiu, Iamolim,
ſeu Olimiam, quod per ſimplicia, ſed ſimplicia et
locum habent quando ſignificatio verbi eſt momẽ
tanea atque tranſitoria, neque perſiſtit ſeu perma-
net. Compoſita vero duntaxat tunc quando eſt pſi
ſtens & continuata ad tẽpus vſq; deſignatũ, vt in ſe
quenti capite latius patebit.

¶Exempla omnia late patent in textu, ſed de ratio ne ac vſu horũ vocabulorũ latius explanabim⁹ in ſequentis capitis declaratione. Bombarda videtur dicta a bombo .i. ſono, & ardeo, quia cum ardore fit ſonus ille. — *Bõbarda.*

¶De Dudum, Nuper, & pridem cõpoſitiſq;. Cap. lxxi

DVDVM, ET IAMDVDVM de paruo tempore vni⁹ horæ, aut ſemi horæ, aut duarum horarũ, aut certe breuiſſimi tpis. Nuper ſiue Pridem & iam pridem de longiori tempore, decem aut viginti dierũ, aut mẽſis menſiũve, & nõnũquã annorũ pro cõditione materiæ. Itẽ dudum & nuper ſeu pridẽ de re ſiue actione q̃ non inſiſtit ſed ſtatim tranſit. Iamdudum & iampridem de re ſiue actiõe quæ inſiſtit & immoratur, illa præteritum vtiq; poſtulant, hæc frequentius præſens, nonnunquam etiã præteritum, dudum intraui, & iãdudũ te expecto, .i. hora aut ſemihora eſt, vel duę vel tres, vel vt multũ quatuor, ex quo intraui, ex quo te expecto. Sed ipſa actio intrãdi nõ iſiſtit, ſed ſtatim deſinit. Sec⁹ ãt expectãdi actio. Itẽ nup ex Sicilia rediĳ, & iãpridẽ ex Sicilia abſum, vel iãpridẽ ex Sicilia rediĳ, .i. eſt, ſuperioribus diebus menſibuſve ex Sicilia rediĳ, & iam multi dies ſunt vel aliquot menſes ex quo abſum ex Sicilia: vel quo ex Sicilia rediĳ. Hic continuatio intelligitur tẽporis, illic minime. Hic ſignificatur mora, qua in hoc loco ĩmoratus ſum, illic momentũ illud applicationis. Cæterũ, quia dixi nuper & iãpridẽ nõ modo menſes cõplecti, verũ etiã annos ꝓ cõditione materiæ tale exemplũ ſic. Nup inuenta ẽ machina, quã bõbardã vocãt .i. nõ multo tpe abhic. Iampridẽ bõbarda in vſu eſt, hoc eſt iã aliquando ab hinc tpe in vſu eſt. Cic. de Diuinatione. Neq; ante philoſophiam patefactã, quæ nuper inuenta eſt, hac de re cõis vita dubitauit. Idẽ de amicitia. Neq; enĩ aſſentior his, qui nuper hæc differere cœperunt cũ corporib⁹ ſimul aĩas interire, atq; oĩa morte deleri. Quid attinet hic plura exẽpla repetere, quũ nemo aliter locut⁹ ſit? Forſan aliquãdo poetæ q̃d quos legim⁹ iãdudũ ꝓ cõtinuo, ſed fere in ꝑſona loquente, & alios vt maturẽt hortãte, vt Ver. Iandudũ ſumite pœnas. rarius iampridẽ vt fecit Lucanus. Tollite iampridẽ victricia tollite ſigna. Niſi iampridẽ victricia dicamus. Quare Boeti⁹ male videtur voluiſſe imitari vnũ locũ Marci Tulliĳ in rhetoricis dicentis. Aliq̃n reſpondendũ eſſe primũ his quæ aduerſarius nuperrime dixerit, quum in cõmẽtariĳs dialecticis inquit. Hoc autem quod nuper dixim⁹, quũ dicere debuiſſet vltimo, aut nouiſſime aut poſtremo, aut proxime. In Saturnalibus quoq; Macro. Iãdudũ inquit hæc quæſtio ab Ariſtotele, & ꝓpoſita eſt & ſoluta: quum dicere debuiſſet iãpridã aut potius iam olim. Plinius ẽt maior (ſi ỽe ſcriptũ eſt) lib. xxĳ. ſic inquit. Somno vero ac ſecuritati bus iamdudũ hoc fuit quod illi Helena ante cibũ miniſtrat. Et iterum lib. xix. Iamdudum ex eadem Hiſpania zeficon venit in Italiã plagis vtiliſſimũ. Et Liuius libro, xli. In eo captiuorum numero fabri qui dudum fuere aſſueti apud Pœnos mercede op⁹ in arce Locrorum facere. Pridem autem & nuper idem ſignificant. Eſt autem nuper non longo tempore a nunc, interdum non longo tempore a tunc vt Curtius, Qui nuper ab Alexandro miſſi erãt. Titus Liui⁹. Tũc hæc ipſa agebat animos indignitas non in retinendis modo publicis agris, quos vt tenere pertinacem nobilitatem habere, ſed ne vacuum quidẽ agrũ nuper ex hoſtibus captum plebi diuidere. Cic. de orato. lib. ĳ. q̃ multa de balneis quas nuper ille vendiderat. Pridem vero ratum eſt. Pliñ. lib. xvĳ. naturalis hiſtoriæ. Ipſi vero pridẽ vidimus eadem ferme omnia. præter pubertatẽ in filio Cornelĳ Taciti equitis Roman. Paulus iureconſultus. Et non eſt mirum ſi peculiũ quoque defuncti pridem filĳ defertur patri. Vulpianus tenetur eum ordinem tenere, quem pridem habuit. Modeſtin⁹. A literis pridem ſibi editis. Sæpius cum negatione, & cum q̃, & cum ita. Plinius libro. xv. Medici non pridem veneret in Italiam. Cicero pro Roſcio. comedo, quampridem nomẽ Fannĳ in aduerſario retuli ſtiſidem in Bruto. Fuit enim regnante iam Græcia, noſtra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. Papinianus. Idem in vectigalibus. Non ita pridẽ conſtitutum, vt ſui temporis ſinguli periculum præſtarent. Idem intelligatur in dudum quod in pridem. Vt q iamdudũ hic ſedes? Reſpondebis non ita dudũ, vel iamdudũ.

*Dudum. Iamdudũ. Nuper. Pridem. Iampridẽ.*

*✱ Nup & iã pridẽ non ſolum mẽſes, verum etiã annos cõplectuntur.*

*Bõbardã.*

*Macrobi⁹ nõ recte dictione iã dudũ vſus eſt.*

*Iam olim*

*Nuper & pridẽ idẽ ſignificãt*

*Pridem*

*Q̃upridẽ*

*Quãdudũ*

¶Epitome cap. lxxĳ

OLim de magno tẽpore tã præterito q̃ futuro dicitur, niſi accipiat ꝓ aliq̃n aut dudũ: ſimiliter & olim iam ſeu iamolĩ, q̃d ꝑſiſtentiã aut ꝑmanẽtiã ſignificari per ỽbum exigit. Diu ỽo nihil aliũ ſignificat, niſi ꝑ longũ tẽpus, vnde dicã diu nauigaui, nõ tñ diu receſſi, quia licet longum tẽpus tranſactũ eſt, ex quo receſſi, nõ tñ per longũ tẽpus durauit receſſio mea. Exigunt ergo diu & iãdiu & tãdiu nõ momentaneã, ſed ꝑſiſtentẽ actionẽ eãq; diuturnã. Vñ interrogabimus poti⁹ ſic, q̃diu, aut q̃ pridẽ veniſti? q̃diu, & r̃ndebimus nõ ita diu ſed nuper aut dudũ, aut non ita dudũ. Et q̃dudum hic ſedes? & r̃ndebimus iãdudũ aut dudũ, aut ſi verũ eſt, diu, quia ſeſſio ꝑſiſtit.

*Olim.*

*Diu*

¶Nuper pro quo Plautus dixit nuperus, videtur q̃ſi ꝑpaꝝ tẽporis, quia ꝑ ſyllabica adiectio ſonat ꝑ tẽpus, vt paulíſꝑ, parumꝑ, tantiſꝑ, aliquãtiſꝑ, perpaulũ, aut paꝝ, aut trñ, aut aliq̃tum temporis. Eſt q; vſitati⁹ q̃ pridẽ in poſitiuo, quũ pri⁹ & primũ ſeu primo vſitatoria ſint q̃ nuper⁹ & nuprime, ſed fere in alio ſenſu. Vt vero vno exẽplo rem patefaciã: querã quãdudum intraſti nauẽ: & r̃ndebis dudum aut nõ ita dudũ: aut ſane dudũ. Aut q̃dudũ fuiſti ĩ naui? & dices iãdudũ: quia adhuc es. Nã iãdudum idẽ quod quaſi iam a dudum. Iampridẽ quaſi iã a pridem. ita olim iã iam ab olim: ſi ita dicere liceat. Recte aũt quero & reſpondeo per dudũ: quia paũ tpis videt̃ ex quo aut Intraſti aut fuiſti in naui. At ĩ ciuitatẽ ſi pluſculos mẽſes veniſti: dicam q̃pridem ingreſſus es ciuitatem? & r̃ndebis pridẽ: aut nõ ita pridem: aut tres menſes. Itẽ q̃ pridem ſtudes iſtic? & dices. Iampridẽ: aut ſi parum: iãdudũ dũtaxat: & ita in conſimilibus.

*Nuper*

¶Cato Cicerõian⁹ in lib. de Senectute verba de Tarẽtino Archita faciẽs. Nemini cẽſebat fore dubium quin tandiudum ita gauderet: nihil agitare mente nihil ratione: nihil cogitatione conſequi poſ-

*Ioan. Theo.*

ſet. Tandiu dum, dixit, pro eo quod vulgatius dicitur tantiſper dum.

¶Cauēdū eſſe præcipit Laurētius, ne verba quæ momentaneam actionē, ſignificāt, his aduerbijs applices, iādiu, iampridē, iam dudū & ſimilibus. Quā ſane pceptionē nō adeo advnguē obſeruatam a pleriſq; omnibus fuiſſe cōtenderim. Cicero nimirū p Roſcio aliter vſus videtur, ita inquiens. Quid tu auferre potes a Flauio, ſi Flauius nihil debet? quid? hoc porro nūc reſtipulatur, quia iāpridē ipſe exegit. Idē in epiſtola penultima primi libri epiſtolarū familiarium. Iampridē ad te miſiſſem &c. Idem pro Roſcio. Populo Romano adhuc ſeruire non deſtitit ſibi ſeruire iampridē diſtitit. Niſi forte quis dicat in hoc poſtremo nihil momentaneum ſignificari, vtpote quū illa (vt ita loquar) diuſtītia ſibi ſeruiēdi adhuc immaneat. Quale dici poterit illud eiuſdem Tullij pro illo ipſo Roſcio. Que igitur ex his tribus a me teſtē ſpectabis? (vel forte ſperabis) petitorē? Flauius eſt cōtra ſe nūq̄ teſtimoniū dicet, Reū? Flauius eſt, is, iāpridē eſt mortuus ſi viueret, verba eius audiretis hæc Cicero, quæ quidē in Laurētiū pugnare nō poſſum vllatenus mihi perſuadere. Mori quippe momētaneum eſt & tranſiens. Mortuum eſſe immanet.

Olim. Olimiam. Iamolim. Diu. Iamdiu. Tandiu.

¶De olim & diu, eorūq; cōpoſitis, Cap.lxxij.

OLIM & iamolim ſiue olimiā, diu & iamdiu, ac tandiu habent aliquid cum ſuperioribus affinitatis. Quorum primum apud Cice. rariſſimū, apd̄ Quintil. frequēs, qui lib. viij. ſic ait. Sed in foro tamen illā faciliorem olim deſyderauimus, ideſt iamolim. & alibi. Olimiam imperator interfulgentes virtutes tuas liuor locum quærit. hoc eſt iāolim, qd̄ eſt iam a longo tempore. Olim pro futuro non apud poetas tantū. Vnde Vergilius. Hunc tu olim cælo ſpolijs orientis onuſtū Accipies, ſed apud oratores quoq;. Vnde idem Quintil. Sunt clari hodie quoq; eiuſdem operis authores, qui olim nominabuntur. Poete etiā pro aliqn̄, vt idē Vergil. Ac olim feras poſuit cū vinea frondes. Nonnunq̄ etiam pro iādudum accipitur, vt Curtius lib. viij. Olim enim vero mero ſenſibus victis ex lecto repente conſurgit. Diu vero nihil aliud ſignificat niſi per lōgum tempus. Diu nauigaui, diu equitaui, non aūt diu receſſi aut diu equū aſcēdi, ſed nuper receſſi aut dudum, & dudū equū aſcēdi. Quidā tamē loquunt, iādiu eſt q receſſi, vtētes aduerbio p nomine. Eadē ratio eſt in iādiu & tādiu. Ideoq; cauendū eſt ne verba quæ momētaneā actionem ſignificant his aduerbijs applices, quale eſt iādiu publicaui opus, iamdiu duxi vxorem, ſed q̄pridē, licet recte dicat, iādiu eſt opus publicatū, & iādiu vxor mihi ducta eſt, nō aliter q̄ ſi dicatur, opus tādiu publicatū, adhuc tñ elimare non deſino, & vxor mihi iādiu ducta, adhuc tñ eſt virgo. Significat enim hic cōtinuatio tpis, quo opus quidē publicatū eſt, vxor vero ducta manet ac perſeuerat, qd̄ in illo ſuperiore non fit. Ideoq; tuba dudū aut iādudū ſonuit, nō iamdiu ſonuit, iādiu pater mortuus eſt, nō iādiu aīam emiſit, ſed dudū, & itē in cæteris.

*Olim p̄ſens tēpus nōnūq̄ denotat Vergil. Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.

*Olim p futuro tā apud poetas q̄ apud oratores accipitur. Diu.

¶Epitome capitis. lxxiij.

VElut & veluti, quaſi, tanq̄, ceu, & interdū vti imaginem ac tranſformationem innuunt ſed ſicuti & interdū vt, & vti ſimilitudinē, verum interdum confunduntur. Quaſi autē, & quaſi vero, proprium habent modum.

¶Vnde per illa ſuperiora fit metaphora, per hæc tantum cōparatio, vt text⁹ aperte declarat. Nā in ſuperioribus fere ſubaudit, verbū ſum es eſt, aut idē verbū alterius modi, in reliquis idē verbū in eodē mō vult repeti, vt ſeuis tāq̄ rex ſup eſſes, ſeuis vt, ſicut, aut ſicuti rex ſup. ſeuit, & ita in alijs. Seuis velut ſup. rex eſſes, aut ſeuiret, quomodo exponi volunt illa ſuperiora interueniēte præpoſitione, vt cōfugio ad te tāq̄ ad patrem, ſubaudi cōfugerem.

¶De velut & ſicut, & cōſimilibus. Cap.lxxiij.

Velut. Veluti. Vti. Quaſi. Tanq̄. Ceu. Sicut. Sicuti. Vt.

VELVT & veluti & vti, tria hæc ſimiliora ſunt ſignificatione illis tribus, quaſi, tanq̄, ceu, q̄ alijs tribus ſicut, ſicuti, vt. Ea eñi ſex ſuperiora imaginē innuunt hæc tria poſteriora ſimilitudinē, q̄q̄ vt poteſt videri generale & cōmune cum omnibus, necnon vti, cuius proprie eſt ſignificatio, quæ vt. Tu iraſceris tāq̄ leo, quaſi canis, velut vrſus, eſt metaphora. Tu iraſceris ſicut vel ſicuti leo, comparatio eſt. Ibi enim dico te leonē hic autem leoni ſimilem, quod hinc probatur, q illud reſoluitur per verbum ſubſtantiuū, hoc per idē verbum. Tu iraſceris tanq̄ leo. i. tāq̄ leo eſſes, iraſceris ſicut leo. i. ſicut leo, iraſcitur. At, q quomodo hoc ipſum probatur, q ita hæ orationes reſoluantur potius q̄ econtrario. Nempe q cum huiuſmodi verbis cōiunctas inuenimus, vt tu incedis velut, ſi eſſes rex non autē velut incedit rex, ita in ſimilibus, ego ſentio ſicut Plato ſupple ſentit, non ſicut Plato eſſem. Ego dico ſicut antea, ſup. dixit, non ſicut ante fui. Poſſunt tamē illa quæ dixit, reſolui per idem verbū ſed non in indicatiuo, vt incedis velut incederet rex. Adeo illa quæ habent præpoſitionem, vix aliter reſolui poſſunt. Ego venio ad te tanq̄ ad deum, nō eſt dicendum tanq̄ deus eſſes: ſed tanq̄ ad deum accederem, Denique hæc ſubiunctiuum poſtulant, alia indicatiuum. Seruius pro ſicut poſuit velut. xij. Æneid. Nā diadema, velut aliarum Italarū gentium reges non habent. Si velim afferre exēpla viuentiū: plura poſſum ineleganter dicta. Sed vnum interim afferam, quia ita e græco interpretatur. Nam veluti iuſtum eſt in eos animaduertere, qui aliquid perperā patrarunt, ita hic qui nos beneficio fouerunt referre gratiam decet. Veluti pro ſicuti poſuit, ſed deceptus eſt, quia græci iſta non diſtinguunt. Aliquando ne nos quidem diſtinguimus, vtiq; cum quædam enumerantur, poſtea aliquid exempli ſubiungimus, vt apud Ciceronem officiorum. i. Tamē ex ſingulis recta officiorum genera naſcuntur, velut ex ea parte quæ prima deſcripta eſt. Idem de natura deorum. Aut quid tam temerarium tamq; indignum ſapiētis grauitate atq; conſtātia, q̄ aut falſum ſentire, aut quod non ſatis explorare perceptum ſit & cognitū ſine vlla dubitatiōe defendere? Velut in hac quæſtione? Plinius naturalis hiſtoriæ lib. ij. Preter hac inferiore cœlo relatū in monumēta eſt lacte ſanguineq; pluiſſe Marco Attilio. M. Portio conſulibus, & ſepe alias carne: ſicut Lelio Volūnio, Caio Sulpitio conſulibus, ex ea nō per putruiſſe quę diripuiſſent aues Et iterum. Quidam vero amnes odio maris ipſa ſubeūt vada, ſicut Arethuſa fons Syracuſanus in quo redduntur lacta in Alpheum, qui per Olympiam

*Velut p ſicut apud ſeruum.

fluēs Peloponneſiaco littori infunditur.In hoc igitur ſolo modo loquendi velut cum ſicut ſimilitudinem habet,cum reliquis illis quæ enumeraui diſſimilitudinem quæ nequaq̄ licet ponere in tali genere ſermonis.Significant enim imaginem, ideſt nō ipſam planeueritatem,aliquando tamen prope ipſam quoq̄ veritatem,tum affirmādo,tum vero negādo,vt pater tu nō amas me quaſi filium, immo te fili amo quaſi filium.Ego non amplector illum veluti filiū,licet mihi filiꝰ ſit:ille diligit me tāq̄ filiū, licet nō attineā,hic plane imago eſt. Habet autem quaſi quiddam proprium,quale eſt.obijcis mihi ꝙ vxorem repudiauerim,quaſi tu idem non feceris, vel quaſi vero,qui exempla nuſq̄ nō plurima ſunt. Vbi etiam accipi ſolet,pro vt,& hæc duo ꝓ ꝙ. Vergilius.Namq̄ videbat vti bellantes pergama circū hac fugerent Graij.Quintilia.Neq; ego grauiſſimū patrem ſuprema ſua iuueni iactaſſe crediderim, vt hęredem filium ſcriberet.Ceu magis eſt poetarum, ſed quo multi & præſertim Plinius vtunt.Quidā indocte vtitur his temporibus pro ſicut.

Quaſi

Vti & Vt pro ꝙ.

Ceu.

¶Epitome capitis.lxxiiij.

¶Non & ſed ſequente vtrum ꝓ ꝙ aut quia, aut alterum ꝙ,alterum quia,locū habent in circunſtantia cauſæ efficiētis,quam ꝙ pro quia,& ipſum quia cōnotant,ſicut vt & quo cauſæ finalis.

¶Exempla ſunt in textu manifeſta.

¶De non quia,& non ꝙ, de quo,& vt qa,& vt ꝙ. Cap.lxxiiij.

Non quia

NON quia negem hoc bene eſſe compoſitum,ſed quia legem hanc eſſe cōponendi in omnibus principijs recuſem,Iterum idem Quintilia. Et febrē quiete & abſtinentia , non quia rationem videbat,ſed quia valetudo ipſa coegerat mitigauit. Iterum. Quod ego non idcirco potiſſimum in hac parte tractare ſum aggreſſus,quia non in cęteris quoq; doctoribus idem hoc examinandum q̄ diligentiſſime putem,ſed ꝙ magis eius rei neceſſariam mentionem facit ætas ipſa diſcentium. Iterū. Non quia prodeſſe nunq̄ ſatis ſit,ſed quia hoc proſpicere debet,ne quid peius q̄ fecerit faciat. Ex his exemplis videre licet nunc bis quia repetī,nūc vnū quia eſſe,& vnum ꝙ,& vbi eſt quia ibi ſemel biſve poſſe eſſe ꝙ.Præterea in ſecūdo membro nunc ſubiunctiuum eſſe,nunc indicatiuum,nunq̄ tamen idē repeti verbum:præſertim modo verbi mutato,vt fecit quidam qui ait.Non quia amicus non eſſes, ſed ꝙ ita amicus eras, quum dicere debuiſſet,non quia non amicus,ſed quia vel ſed ꝙ ita amicus eſſes.In quo illud obſeruatione dignum de cauſa efficiente dicendū eſſe quia & ꝙ,de finali quo vel vt. De duobus prioribus exempla inſpeximus. De poſterioribus.Cicero in Philippicis.Nō vt proficerē aliquid, ſiue nō quo proficerem aliquid.Quidam ignari huius differentiæ ſcribunt non raro quo pro ꝙ,vt apđ eundem & eodem in loco.Primum igitur acta Cæſaris ſeruanda cenſeo,non quo probem,quum ſcribendam ſit ꝙ,pro eo quod eſt quia.Quid ſigni?Certe ꝙ in altero membro eſt quia quum dicit.Sed qa rationem habendam cenſeo pacis atq; ocij.Et nemini dubium eſt ꝙ reſolui pro quia, & quo per vt, & per hoc in loco a Cicerone ſignificari cauſam efficientem,cui competunt vt & quia, non finalē, cui competunt quo & vt,quod liquide probatur, quū in eadem ſententia de vtraq; cauſa fit mentio,quale eſt.Non caſtigo te ꝙ odio habeam,ſed quo meliorem efficiam.In primo membro eſt cauſa efficiēs in ſecundo cauſa finalis.Mutemus ergo iterū cauſas,ſic nō.Caſtigo te,ꝙ odio habeam,ſed ꝙ amem. Rurſus,non caſtigo te quo voluptatem ex contumelia tua cōtraham,ſed quo meliorem reddam, Vbi eſt ꝙ illic poſſe poni quia,& vbi quo,illic vt vel duplex,vel ſimplex iam dictum eſt.

Non ꝙ.

Quia & ꝙ

Quo & vt. Non vt.

*De cā efficiente dicere oportet qa & ꝙ,de finali quo vel vt.

Qđ pro qa Quo ꝓ vt.

¶Epitome capitis.lxxv.

FAcio & cōmitto cum particula vt, interdum ſignificat aliquid fieri propter aliud, interdū idipſum qđ fit.

¶Vt coactus feci vt viduam ducerem. Non cōmittam vt viduam ducam,vbi idipſum quod fit ſignificant.Mercatum feci,vt diues fiam.Cōmiſi facinus atrox vt timori ſim,vbi aliud propter aliud fit.

¶De facio vt,& cōmitto vt. Cap.lxxv.

Facio vt.

INVITVS feci vt Caiū Flaminiū de ſenatu eijcerem,& alibi idem Ci.Faciundum puto,vt paucis rationem noſtri cōſilij demus.Et Quinti.Qđ ſi nemo miratur poetarum maximos ſępe feciſſe,vt principijs operum ſuorum muſas inuocarent. Diſcrimen habet hic loquendi modus ab altero.Alibi nāq; fit aliud propter aliud,vt quum quis inuigilat diligentius faciendæ mercaturæ,cur id faciat interrogatus,vt liberi mei honeſtius viuant reſpōdebit,aliud eſt ergo qđ ipſe facit aliud propter qđ hoc ipſum facit,non ita in exemplis a me modo recitatis.Quid Cato fecit vt Flaminium eijceret de ſenatu? Nempe idipſum qđ fecit.Quid faciūt poete vt muſas inuocent?Nēpe nil aliud niſi ꝙ muſas inuocent. Idem eſt igitur in genere huiuſmodi principium & finis,ſiue opera & effectus.Idem fecit Cicero quodā in loco in verbo cōmitto.Qui ſcđm naturā viuere volet,nūq̄ cōmittet vt alienum appetat,& qđ alteri detraxerit,ſibi aſſumat.Idem eſt hoc ac ſi dixiſſet.Qui ſcđm naturam viuere volet,nunq̄ alienum appetet vt in ſuperiorbꝰ.Inuitus Caiū Flaminiū e ſenatu eieci, & paucis rō nřī cōſilij eſt reddēda, & ita in ceteris.

Cōmitto vt.

¶Epitome capitis.lxxvi.

SImiliter ꝙ & quū verbis appoſita interdū nō aliud,ſed idipſum qđ fit, fieri dicunt vt ſit idē in qđ & propter quod.

¶Tunc autem particulæ illæ cum adiunctis ſuppoſitum præmiſit verbi videntur , vt auget dolorē ꝙ aperte dolere non poſſum.Auget dolorem, quum recordor me aperte dolere non poſſe.

¶De ꝙ & quum iunctis verbo principali. Cap.lxxvi.

QVOD & quū quiddā peculiare in oratione exhibēt,vt in Bruto Cice. Augebat etiā moleſtiā,ꝙ magna ſapiētū ciuiūq; bonorū penuria iā in ciuitate eſſet. Idē ad Sulpitiū,Quo in periculo nōnihil me cōſolat, quū recordor hæc metū vidiſſe.Quid eſt qđ augeat Ci. moleſtiā,aut quid eū cōſolet,vt ꝙ magna penuria ſapiētū eſſet,vel quū recordaret ſuæ prouidētiæ? Nempe hoc ipſum ꝙ magna penuria ſapiētū eſt, & ꝙ illā ſuū cōſiliū recordaret,Idē eſt igitur id in quo mole.

Quod &. Quum.

Cicero ad Brutum.

ſtiam conſolationemve capit,& propter qđ ipſam
moleſtiam ac conſolationem capit.

¶Epitome capitis.lxxvij.

PArticula ꝙ verbo adiecta facit ſæpe verbum
ſignificãs ꝓ ſignificato accipi,ꝑ vt ſequẽs re
ſolubile.¶Quæ res exẽplo facilius q̃ rõne de=
clarabit,verbigratia.Nũc etiã hoc cõtẽnitis, ꝙ ſenſi
ſtis tã charã populo Romano Auli Hirtij vitã fuiſ=
ſe reſoluitur ſic,ꝙ(vt ſenſiſtis)vita Hirtij tam chara
populo Romano fuit.

¶Quũ verbum ſignificans pro ſignificato
accipitur. Cap.lxxvij.

Quod.

SEPE admirari ſoleo, ꝙ nunq̃ tibi grauẽ
ſenectutem eſſe ſenſerim. Quid miraris
Scipio,te nõ ſenſiſſe qđ ſentire nõ poſſes?
Quippe ꝙ nũq̃ fuit.Miraris ꝙ nunq̃ ſen=
ſeris me fuiſſe luſcũ, qui nunq̃ fui?Mirandũ potius
foret,ſi ſenſiſſes me eſſe luſcũ,aut grauiter toleran=
tem ſenectutẽ.Verũ ſic locutus eſt Scipio cũ Catone
quaſi diceret.Miror ſenectutẽ tibi(vt ſentio)non eſſe
grauẽ.Et alibi idẽ Cice.Declarat aũt ſtudiũ bellicæ
gloriæ,ꝙ ſtatuas,quoq; videmus,ornatu fere mili=
tari. Nõ ꝙ videmus,ſed vt videmus,ꝙ ſunt ſtatuę
ornatu fere militari,declaratur ſtudiũ bellicæ glo=
riæ.Et alibi.Nõ tã me iſta fama delectat falſa præ
ſertim,q̃ ꝙ ſpero amicitiæ noſtræ memoriã ſempi=
ternam fore,ꝓ eo ꝙ eſt,q̃ ꝙ amicitia noſtra(vt ſpe=
ro)ſempiterna erit.Et alibi Nũc etiã hoc contẽnitis,
ꝙ ſenſiſtis tam charã populo Romano Auli Hirtij
vitam fuiſſe,ꝓ eo qđ eſt,ꝙ vt ſenſiſtis, tam chara vi
ꝙ reſoluiẽ in vt. ta Hirtij populo Romano fuit.Et alibi.Et eo ſtudio
ſius hoc negotiũ ſuſcepimus,ꝙ te nõ ſine cauſa vel=
le cognoſcere rhetoricã intelligebamus,ꝓ eo qđ eſt
ꝙ, vt intelligo,non ſine cauſa vis rhetoricã cogno=
ſcere.Quint.in.ij.Sicut Polycratẽ cũ Buſirim lauda
ret,& Clytẽneſtrã.q̃q̃ id qđ his diſſimile nõ eſſet cõ=
poſuiſſe orationem,quæ eſt habita cõtra Socratem
dicitur.Nõ eſt hoc ꝙ cõpoſuiſſe orationem dicitur
contra Socratem ſimile illi, ꝙ laudaret Buſirim &
Clytẽneſtrem,ſed hoc ipſum,Quod compoſuit ora
tionem,vt dicitur.

¶Epitome capitis.lxxviij.

SVb tamẽ poſtpoſito ſępe ĩtelligiẽ q̃uis,cõſtru
ctio autem tũc incipienda eſt a verbo,reiecto
tamen & poſito q̃uis.
¶Vt& inuito ſolo nõnihil tamẽ fœcũditatis expreſ
ſi.i.Et q̃uis inuito ſolo,tamẽ nõnihil &c. & cõſtrui=
tur ſic.Expreſſi nõnihil fœcunditatis,q̃uis inuito ſo=
lo,&ita in ſimilibus.

¶Sub tñ intelligiẽ q̃uis Cap.lxxviij.

Tamen. Quãuis.

NAMq; dũ fortius opus permiſit ætas
terrã manibus ſubegi & difficultatem
labore ꝑdomui,& inuito ſolo nõnihil
tñ fœcũditatis expreſſi,ſubintellige q̃=
uis ſic,q̃uis ſolũ eſſet inuitũ,tñ nõ nihil
expreſſi fœcũditatis.Et in his priſtinæ fortunæ reli=
quijs miſeris & afflictis,tamẽ haberet quoſdã, quo
rum animos ne ſupplicio quidẽ ſuo ſatiare poſſet.i.
q̃uis reliquiæ priſtinæ fortunæ miſeræ ſint& afflictę
tamen haberet quoſdã &c.Illud hoc loco nõ omit=
tamus,quærẽtes vbi eſt q̃uis,licet,& ſi q̃q̃,ſimulia q;
& tamẽ vnde incipienda ſit cõſtrui oratio?Vtriuſq;
ꝓhiberis,ſed nimirũ a verbo cui adhęrebat tñ ipſo
tñ excuſſo,quod idcirco in[illegible]gatura & quaſi iũctu=
ra orõnis inſertũ eſt,qa orõ vnde non debuerat,ĩce
pat,vt & ſi vereor iudices &c.Qđ ſi in pĩcipali ver
bo cępiſſet,ſuꝑuacuũ fuiſſet ĩſerere tñ nũc igiẽ quũ
recte ĩchoaẽ,illã dictionẽ vt ſuꝑfluã quaſi functã of
ficio ſuo debemus abijcere.

¶Epitome capitis.lxxix.

DVmtaxat cõmerciũ hmõi clauſulę ſed etiã,
verũ etiã,ſed quoq; ſed & nõ poſtulat,qa fe
re affirmatiue poniẽ,ſicut ſolũmõ,& tñ cũ
negatiõe,ſed,interdũ ꝓ illis,aut vt illa poſitũ repiẽ
¶Significatio eñ videẽ eadẽ,vñ dicetur differentia
in vtendo.Nã ſemel dũtaxat bñficiũ accepi,vſita=
tũ eſt.Non ſolũ ſemel,ſed terq; quaterq; retuli, etiã
vſitatũ,non ſemel dũtaxat ſed &c.inuſitatius eſt.

¶De dumtaxat. Cap.lxxix.

DVMTAXAT LICET idem ſi
gnificet quod ſolum,tñ fere ſolet aliter
in orationis ſerie diſponi,nec recipere
poſt ſe illud ſed etiã vt ſolum,vt tantũ
vt modo faciunt. Cice.pro Deiotaro.
Quod ipſum & ſi non iniquum eſt in duo dũtaxat Dũtaxat Solũ mõ Tantum
periculo.& de ora.Ita loquamur,vt ei tradamus ea
dũtaxat,q̃ nos vſus docuit.Quint.in.xi.Ergo cũ iu=
dex in priuatis aut p̃co in publicis dicere de cauſa Quĩt.in xi
iuſſerit,leuiter eſt conſurgendum,tũ componenda
toga,vel de integro reijcienda duntaxat in iudicijs
Apud pĩcipẽ eñ & magiſtratus ac tribunalia nõ
licebit.Paulopoſt.Narratio magis ꝓlatã manum,
amictũ incidentẽ,geſtũ diſtinctũ,vocem ſermoni
ꝓximã,& tñ acriorẽ,ſonũ ſimplicẽ frequentiſſime
poſtulabit,in his dũtaxat qualia hæc ſunt.Caius tũ
& Paulus p̃ter morẽ hac dictiõe ſunt vſi.Alter eñ
ait ſic.Fabros lignarios dicimꝰ nõ eos dũtaxat qui
ligna dolant,ſed & eos qui ædificãt.Alter ſic.Quũ tu
tor nõ rebus dũtaxat,ſed etiã moribꝰ p̃ponatur in
primis mercedes p̃ceptoribus,non quas minimas
poterit,ſed pro facultate patrimonij, pro facultate
nataliũ cõſtituet.Semel quoq; Titus Liuius li.xlvi.
Nec animũ dũtaxat nobis fidelem & bonũ præſti
tit,ſed oĩbus interfuit bellis quæ geſſiſtis.

¶Epitome capitis.lxxx.

QVandoquidẽ & qñ accepta ꝓ qm̃ reperi
unẽ frequẽter,alterũ,vt apud Cic.& Verg. Qñquidẽ Quando
Alterũ apđ Quit.apđ quẽ & coeuos eiꝰ etiã
quatenꝰ(aut potiꝰ quatinꝰ)in eodẽ ſignificato repiẽ
quũ apud Cic.ſignificet inquãtũ.
¶Exempla patent in textu.Adieci aut potiꝰ quati=
nus ꝓpter hãc Mãcinelli limã.Aliud eſt quatenus Mãcinel.
ꝑ e,aliud quatinꝰ ꝑ i.Vñ Caper grãmaticꝰ ita ſcri=
bit.Quatenꝰ ꝑ e aduerbiũ eſt,quatinus per i coniun
ctio cauſalis,vt ſi dicas quatinꝰ hoc ſine plagis nõ
facies,en tibi plagas.Quatenꝰ autẽ aduerbium ẽ tẽ
poris aut loci,tp̃is.quũ dicis. Quatenꝰ iſtos mores Quatenus Quatinus.
exercebis.Loci,quũ dicimus,quatenꝰ ibimꝰ &c.Fe
ſtꝰ quoq; ſic.Quatenꝰ ſignificat qua fine,ſicut hacte
nus hac fine.Quatinꝰ ꝟo qm̃ &c.itaq; legen.dũ eſt
illud Quint.Sed quatinꝰ luctus noſtri in ius vocan=
tur,ſic quoq; Plinij illud.Et quatinus negatur nobis
Illud item Horatij.ij.Quatinus ima petit voluens
aliena vitellus.Quatinus,inquã,per i.Vnde Iuuen.
ſaty.xij,inquit. Quatinus hic non ſunt nec venales
elephanti.Hæc ille.Quę vera opinor.Nã cõpoſitũ ẽ

a qua & tenus, vt iā, vſq; ad quā rem hoc eſt locū, aut tempus ſicut hactenus ad hunc vſq; locū, vſ ad hoc vſq; tempus.

¶De quādquidē, & quā, ac quatenus. Cap. lxxx.

Qn̄quidē. Quando. Quoniam

QVANDOQVIDEM ET quando idē ſignificant, & ſignificant quōniam Ci. & Ver. frequentiꝰ ſupiore vtūtur. Quin. poſteriore. Cicero. igitur de oratore. Quę ſunt in hoīm vita, quandoquidem in ea verſatur orator, atq; ea eſt ei ſubiecta materia, oīa q̄ ſita, audita lecta, diſputata, tractata, cognita eſſe debent. Verg. Quādoquidē Auſonios cōiungi fœdere Teucris. Sine quidē. Hic tibi fabor, eīm, qn̄ hæc te cura remordet. Miror q; cur Priſc. illud Vergilianū qn̄ p aliqn̄ expoſuerit, qđ accipiendū ē p quoniā His ſe, qn̄ vltima cernūt. Extrema iā in morte parāt defendere telis. Quīti. Qn̄ igiť orator ē vir bonꝰ, is aūt citra virtutē intelligi nō pōt. Virtꝰ etiā ſi quoſ dā impetus ex natura ſumit, tñ pficienda doctrina eſt: mores aū oīa oratori ſtudijs erūt excolēdi. Eiuſ dem ſignificati eſt quatenꝰ apud ſeculū duntaxat Quītiliani. Is eñ ita ait. Sed quatenꝰ luctꝰ nři in ius vocantur, & flenti diſputandū ē, & orbitati ſuæ mī iraſcitur, ſupemus quā exorare nō poſſumus. & eiꝰ diſcipulus Pliniꝰ iunior. Et quatenꝰ negať nobis diu viuere reliquamꝰ aliquid quo nos vixiſſe teſtemur Nā Cicero dixit quatenꝰ ſolūmō pro inquantum, ſicut eatenus p intantū, vt in Lelio. Videndū ē quatenus amicitiæ tribuendū eſt. Seculum autē Quītilianī a Liuio. Ver. Horatio exordior, quorum vltimꝰ in ſermonibꝰ ſic ait. Surrentina vafer qui miſcet fece falerna. Vina columbino limū bñ colligit ouo Quatenus ima petit, voluens aliena vitellus.

Æn̄.ix.

Priſcianū Valla taxat.

Æn̄.ij.

Quatenus

*

Quatenus a Cicerone pinquātū accipitur Seculum Quītiliani

¶Epitome capitis. lxxxi.

IGitur & ergo breuioribus adhibenť cōcluſiōibus, quare, quāobrē, quapropter, maioribꝰ niſi ita dicamus, neſcio quare ſic loquaris, intelligo, quamobrem ſic facias. Igitur quoq; ſępe ad ſignificandū coniūctionē partiū orationis adhiberi ſolet, ſicut nonnūq̄ licet rarius ergo.

Ergo

¶Ponitur etiam ergo cum accentu in penultima, pro cauſa cum genitiuo, vt Æn̄. vi. Illiꝰ ergo. Apta etiam eſt indignationi particula, vt apud Auguſtū Ergo ne ſupmis potuit vox improba verbis. Tā dirum mādare nefas? ergo ibit in ignes &c.

¶De igitur, ergo, quare, quāobrē, quapropter. Cap. lxxxi.

Igitur cū locis

IGITVR ATQVE ERGO breuioribus adhibentur concluſionibus, quare, quāobrem, quapropter maioribꝰ, niſi ita dicas, neſcio quare ſic loquaris, intelligo quāobrem ſic facias. Illud tamē quod protuli ſępe ad ſignificandam cōiunctionē partium oratiōis adhiberi ſolet, & fere poſt aliquā rem interiectam quaſi in hūc ſenſum, vt autem cōtinuem, aut vt pergam ad ſequentia, ac ne ſim longus in exemplo, vt neceſſe foret, afferam breue ex poeta ſumptum. Et certamē erat Corydon, cū Tyrside magnum. Poſthabui tamē illorum mea ſeria ludo. Alternis igitur contendere verſibus ambo cœpere. Ergo etſi rarius, tamen nonnūquam hoc modo vſurpatur.

¶Epitome capitis lxxxij.

¶Adeo interdum accipitur p valde, ſed frequētius p intantum, ſicut vſq; adeo & vſq; eo, p quibꝰ non nulli tanto vſurpant, idq; aut ſequente vt, aut ſine eo, & interdū cum ſolo verbo. Adeo.

¶Oīa in textu exemplis cōſtant, quocirca ſupuacaneū videri poteſt his breuibꝰ capitibus epitomē pōſuiſſe, non nihil tñ iuuerit, aut ſi breuius aut lucidius idem dicatur.

¶De adeo, vſq; adeo, vſq; eo, & tanto. Cap. lxxxij.

ADEO EXPONVNT pro valde vt Terē. Iuuenē adeo nobilē. Significat etiā in tm̄, nōnūq̄ ſequēte vt, nōnunq̄ nō ſequēte, vt apd Quīt. Cūcta ſi videť ..ura pcurrite, nuſquā adeo pro nobis ſollicita lex eſt, vt quod præſtat extorqueat, dedit cæco talionis actionē, non manus recuſantis ipellit iniūriā cædis agere pmiſit, ſed nō cogit inuitos, adeo pene leuius eſt vltionē perire, q̄ poteſtatem. Genus ſeruitutis eſt coacta libertas. Hic eadē ſententia fuerit, ſi dixero, adeo vt pene leuius ſit vltionē pire, q̄ poteſtatem. Nā ſæpe hoc mō legimꝰ adeo poſitum cū vno verbo, nō cum duobꝰ, quale fuerat exēplū ſuperius vt apud eundē. At quū ptinꝰ rñdendum eſt omnia parari nō poſſunt, adeo vt paulo minus prōptis etiā noceat ſcripſiſſe, ſi alia ediuerſo, q̄ opinati fuerint occurrerint. Licuiſſet hoc etiā ſic dicere Adeo paulo minꝰ prōptis etiā noceat ſcripſiſſe. Idē efficit vſq; adeo & vſq; eo, vt apud eūdem. Hinc timor & vana de ſe perſuaſio vſq; adeo vt illo diſcipulorū tumultu inflati, ſi parum a præceptore laudenť, ipi de illo male ſentiant. Sine vt, & per indicatiuū apud Ciceronē. Ne ſi qn̄ ei dicendum erit de iuſticia & fide mutuetur a Platone, qui quum hæc exprimendum verbis arbitraretur, nouam quandā finxit in libris ciuitatem. vſque eo illa quæ dicenda de iuſticia putabat, a vitæ conſuetudine, & a ciuitatum moribus abhorrebant. Multi ad hunc ipſum modū vſurpant tanto

Adeo.

Vſq; adeo Vſq; eo.

Tanto

¶Epitome capitis lxxxiij.

QVin trifariā accipiť, primo pro quinetiam ſiue atq; etiā, idq; fere cū indicatiuo. Secundo pro vt nō, vel qa nō, ſeu quo minꝰ, & id cū ſubiunctiuo. Tertio, p cur nō, id aūt interrogatiue & cū indicatiuo. Qui

¶Videť enim qn cōpoſitū a qui & ne ſeu non, qui aūt pro qua re, aut quō accipi ſolet, vt q fit Mecœnas: hinc p cōpoſitionē dicitur alioqui, quod ē alio quouis hoc eſt quomodocunq; aliter, aut alia quis re, pro quo vulgo alioquin ſcribunt. Alioqui.

¶De quī & quinetiā. Cap. lxxxiij Quin.

QVIN PRO QVINETIAM, ſiue atq; etiā. Verg. Quī aſpera Iuno. Quæ mare nunc terraſq; metu cœlūq; fatigat. Conſilia in melius referet. Quin pro vt nō, ſeu cur nō, vbi deſyderatur vtiq; ſubiunctiuum verbū, idq; non principale, vt idem. Hic tibi nequa more fuerint diſpendia tāti. Quin vatē inſanam aſpicias Quin p cur nō, ſemper interrogatiue, & p indicatiuū. Idē. Quin tu aliqd ſaltē potius quorū idiget vſus Viminibꝰ molliq; paras detexere iūco. Neſcio qd viderit Seruiꝰ, qui hunc locū expoſuit p quīetiā. Sed duo priores ſenſus vulgo ſunt noti in carmine & in proſa

* Quin acceptum pro cur nō deſiderat ſubiunctiuū

* Seruij expoſitionē videtur valla parū pbare

pſa frequētes & obuīj. De tertio afferā ex oratorib⁹ quoque exēplū. Cic. Pro Rabirio. Quin compeſcitis iſtam vocē indicē ſtultitiæ teſtem prauitatis? Quint. in paupere amatore. Quin tu potius admittis ſuæ nis conſilij rationem?

¶Epitome capitis lxxxiiij.

Secūdū accipitur pro iuxta & pro poſt, aut ſi pro vtroque interdū etiā quaſi pro ſignificat interdū ſæpe autē in vulgari ſignificato, qđ eſt quaſi ſequendo autoritatē aut opinionem.

¶Secundum em̄ a ſequendo dictū volunt, quod au tem ſequitur, ſolet eſſe iuxta & poſt. ſolet itē prodeſ ſe. Vnde ſecundus ventus, & ſecundū flumen naui bus prodeſt, quocirca accipitur pro pro. Dicendo autē ſecundū Platonē, eſt quaſi ſequendo autoritatē aut opinionē Platonis, Secundū aūt aurem, nō eſt tm̄ iuxta aurē, ſed iuxta: ſic tn̄ vt a poſteriore par te, vnde addidi, aut ſimul pro vtroq́ȝ.

¶De Secundū. Cap. lxxxiiij.

SECVNDVM NONNVNquā pro iuxta & poſt. Verg. Dulcibus illa q̄ dē illecebris aut plena ſecundū flumina Quin. in pariete palmato. Tu iaces ſecun dū occaſionē, & expeditū tibi in proximo facinus eſt. Sulpi. M. Marcellū poſt cœnæ tempus a Magio Syllone familiari eius pugione percuſſum eſſe, & duo vulnera accepiſſe, vnum in ſtomacho, alterum in capite ſecundū aurem. hic iuxta ſignificat. Item quod ab altero ſecundū eſt, idē iuxta eſt, atq́ȝ poſt. Ideo ſecundū pro poſt accipitur, quaſi ſecundo lo co. Itē Quinti. in gladiatore. Nam quod vnū mihi ſecundū patrem fortuna videbatur paraſſe pſidiū, id ego ſperare in illa ſorte non poterā. Cicero pro ximе autē & ſecundum deos homines hominibus maxime eſſe vtiles poſſunt, Idem, Appellat L. An nium qui erat inſtitutus ſecundū filiam. Liuius lib. nono. Hetruſci belli fama exorta eſt nec erat ea tē peſtate gens alia, cuius ſecundū Gallicos tumultus arma terribiliora eſſent. Secundū accipitur etiā p̄ eo quod eſt pro, vt ſecūdū te litem do, ſecundū me iudica, ſecundum te iudiciū deus vult .i. pro me, pro te, & pro ſe. Et pro in vt ſecundum quietē .i. in quie te ſomni. Secundum aūt Platonem, ſecūdū Pytha goram. ſenſus hic notiſſimus eſt.

¶Epitome capitis lxxxv.

Iam eleganter ponitur quaſi pro & tunc. Ali quado aūt eſt quaſi nodus quidā inter ſenten tias, id q́ȝ aut ſolū, aut cum vero. Iamiā de futu ro, notā habet ſignificationē videlicet nunc .i. proxi me aut ſtatim interdū figurate per indignationē aut miſerationē ſumitur, quaſi ſit præcipue iam, vt exempla docent.

¶De iam. & iamiam. Cap. lxxxv.

IAM ELEGANTER VSVR pari ſoletur, aliqñ quaſi pro tūc. vt Cic. Ipſa verba cōpone, & quaſi coagmēta (quod ne Græci quidē factitauerunt) iā neminē anpones Catoni. Quint. Qđ ſi ſatis prudenter ea viderint, iā prope conſummata fuerit præcipientis opera. Aliquando præterea ſi gnificat, quaſi mod⁹ quidā inter ſententias, vt Verg. Iam maris immenſi prolem & genus om̄e natan tum. Iā varias pelagi volucres. Hmōi exēpla ſunt crebra. Idē efficiet iunctim cū vero, iam vero vrbi bus conſtitutis &c. Iamiā de futuro palā eſt quid ſi gnificet vt iamiā aderit, & de præſenti. licet ad futu rum reſoluatur, iamiam q́ȝ manu tenet & p̄mit ha ſta, quaſi nunc nunc tenebit. Nōnūq̄ figurate p indignationē miſerationēve accipit, vt idem Verg. Iamiā nec maxima Iuno. Nec Saturnius hęc oculis pater aſpicit ęquis. Cice. in Verrē. Iamiā Dolobella neq́ȝ me tuo, neq́ȝ tuorū liberorū, quo te aliq inno centem putant caſu miſeret. Quint. Iāiam malo ve nena ferro ſubitos ictus, improuiſam q́ȝ mortē qui inceſtū nō credit, torquere nō debet, qui credit ſtat debet occidere. Et hæc per indignationē. Per miſera tionē vero Salluſtius in Iugurthi. Iamiā aīmo meo chariſſime frater q̄q̄ tibi immaturo & vn̄ minime decuit vita erepta eſt, tn̄ lætandū magis, q̄ docēdū puto caſum tuum. Per exortationē quoq́ȝ. vt apud Quinti. Iamiā cōmilito quicūq́ȝ caſus manet etiam ſi te imperator dānaturus eſt, habes ſolatiū, latius eſt, q̄ a patre occidi.

¶Epitome cap. lxxxvi.

Tantiſper, ſignificās quaſi p tm̄ temporis, habet eleganter poſt ſe dū pro donec ſeu q̄diu. Donec aūt & dū bifariā accipiuntur vno modo pro quoad, ſeu vſq́ȝ ad, altero pro quan diu, ꝓprie modo ſubiunctiuū, poſteriore indicati uum poſtulant. Pauliſper autē non paulū, ſed per paulū temporis ſignificat, ſicut parumper p parū temporis,

¶De tantiſper. pauliſper, parūper, aliquan tiſper, donec & dum. Cap. lxxxvi.

TANTISPER FERE POSTV lat poſt ſe dū pro donec, ſiue quādiu. Nā & donec duob⁹ modis accipitur. Dabo o peram voluptatibus donec moriar .i. vſq́ȝ ad mortem, & dabo operam voluptatib⁹ donec vi uo .i. quandiu viuo. Euiſdē naturæ eſt dum, iōq́ȝ in priori ſenſu amat ſubiunctiuū, & in poſteriore in dicatiuū more donec. vt apd Ciceronē. Deinde eſt in carcerē ductus, vt ibi eſſet tantiſper dū culleus in quē coniectus deferretur, cōpararetur. Teren. Ego tantiſp te dici volo meū dū id qđ volo facis. Sunt tn̄ q p tm̄ mō accipiant, ſunt q etiā pro interea. Cæ tera quoque ſic a per cōpoſita ad temporis breui tatem referuntur, parūper, pauliſper, aliquantiſper Sunt q p imperitiā hæc accipiūt p ſuis primitiuis, q̄ ſunt parum, paulum, aliquātulū.

¶Epitome capitis. lxxxvij.

Fere & temere pter notas ſignificatōes vni uerſalitatē quādā etiā citra ſignū vniuerſali tatis cōnotant, ideoq́ȝ cū ſigno vl̄i, nō cū par ticulari poni pōt. Nō ergo dices fere multos, aut fe re aliqs. Temere aūt nō Cice. ſed Quīt. tpib⁹ in hūc vſum venit. ſicut alia multa in textu enumerata.

¶Hac dictione fere videt vſus Cic. aliter atq́ȝ præ cepit Laurēti⁹, vtpote cui⁹ hæc ſunt verba ex tertia Tuſcula. Et qui ſuos caſus ſimili ferunt atq́ȝ vt alij authores ipi fuerūt, ... ſit vitioſiores, q̄ fere pleriq́ȝ q auari auaros, gl'ie ... pidos glorioſi rephendunt

¶De fere & temere. Cap. lxxxvij.

Fere ſignificatiōne habet non oīb⁹ notam, niſi qn̄ ſignificat pene, cuius ſignificatio ē paulū abfuit qn, vt pene, ſiue, fere ī man⁹

Marginalia (left): * Quin etiā p q nōnū q̄ ponitur. Cic. Nemo eſt noſtrū, qui votā vi ctoriæ ſuæ fecerit. ſecundū — * Secūdū p poſt accipi tur. — * Secūdum accipit p eo quodē p & etiā p in — * Suetonius ī Auguſto Affirma uit ipm eē cuius ima go ſcdm quietē ſibi obuerſata ſit. — Iam — Iam vero. Iamiam

Marginalia (right): * Iamiam p exhorta tionē ſumi tur — Tantiſper Dum. Donec — * Dum eiuſ dē naturæ eſt cui⁹ do nec — * Cōpoſita p ad tēpo ris breuita tem refe runtur — Parumper Pauliſper. Aliquan. tiſper. — Ioan. Teo — Fere

Ciceronis locũ valla reſtituit. Temere. Proculdubio. Obiter. Quoties. Citra. Interim. Meo noĩe.

hoſtiũ incidi.i. paulũ abfuit,quin in manus hoſtiũ inciderem. Altera ſignificatio eſt quum intelligit aliqua vniuerſalitas,vt Quinti.Hę fere ſunt emendatę loquendi ſcribẽdiq; partes.i.fere omnes.Ideoq; illud omnes adiũgitur,vt idẽ.Nam in omnibus fere minus valent præcepta,q̃ experimenta.Similiter de tempore,de loco,ſimilibuſq;:vt fere vtor hac veſte in faciendis ſacris.i. omni fere tempore:fere Romani orbem ſubegerũt,id eſt fere totum orbẽ. Fere ſit vt iuuenes amentur.i.fere vbiq;.Cuius ſignificationis imperiti corruperunt illud Cice.de amicitia.Memini illum in eum ſermonẽ incidere, qui tum fere multis erat in ore, quum ſcribendum ſit: qui tum fere erat in ore.i.fere omnibus.Pro fere accipitur temere apud omnes poſt Ciceronem natos vt Quinti. Illud ingeniorũ velut precox genus nõ temere vnq̃ peruenit ad frugẽ.Sunt enim quędam quæ ſequens ac proximũ.M.Tulliȷ̃ ſeculum adiungẽda exiſtimauit.vt proculdubio,obiter pro ſpecialiter,tali cauſa vel ꝓ ſtatim,quoties pro quãdo. Nã Cice.fere nunq̃ vtitur,niſi addat toties. Citra pro ſine vt ibi.Pluſq; ſi ſaperes,vſus ſine doctrina,q̃ citra vſum doctrina valeat.Interim pro aliquãdo. Meo nomine,tuo nomine,hoc nomine: ꝓ mea, tua, hac cauſa,ſiue hoc reſpectu.vt ibi.Minus eſt quod flendum meo nomine,q̃ quod illius gaudendũ eſt. Et alibi. Age quinimmo gr̃as hoc ſolo nomine crudeliſſimis fatis, ꝙ maximũ facinus nõ in prima ęui mei parte poſuerunt.Cicero rariſſime, vt in Bruto. At vero inquã tibi ego Brute nõ ſoluat, niſi prius a te cauero amplius eo nomine neminem cuius petitio ſit petiturum.Et pro Sylla. An cum tanto imperio tantaq; poteſtate non dicis fuiſſe regem nũc priuatum:regnare dicis,quo tandẽ nomine? Sed hoc declinabile eſt. Nũc de indeclinabilibus agimus, qualia hæc ſunt.Alioquin,alias,nihilominus, & ſuper & ſupra,diuerſius aliquantulum a Cice. vſu de qua differentia in cõmentariȷ̃s a me in huius orationes,& illius declamationes cõponendis differetur.

Alioquin. Alias. Nihilominus. Super. Supra.

¶Epitome cap.lxxxviiȷ̃.

PErinde ſequẽte ac ſi vel atq; ſi aut q̃,negatione præcedẽte,venuſte ponitur ꝓ ita:ſeu eo mõ aut nõ aliter:ſed ſine huiuſmodi particula & ſine negatione accipit̃ ꝓ ęque.Nõ perinde,ideſt nõ ita,vel,nõ multũ. Proinde autẽ eſt ideo,vel ideoq;:a Lucretio tamẽ accipitur,pro perinde.Subinde accipit̃ aliquãdo ꝓ inde,vel deinde: aut ſtatim:& pro identidẽ ſiue frequẽter cũ quodã interuallo.Item & itidẽ ſignificant ſimiliter. Num vnde nunquãdo cõponit̃ ſignificat quaſi an,ſed negatiuã præſupponit reſponſionẽ, vbi nõ affirmatiuam exigat,quæ ſit per etiã,ſic,& ita.

¶De Perinde,Proinde,Subinde,Identidẽ, itẽ vnum de reſponſiuis. Cap.lxxxviiȷ̃.

Perinde. Acſi. Atq; ſi. Perĩde cũ negatione expoſtulat interdum q̃.

PERINDE flagitat poſt ſe acſi,vel atq; ſi, quũ ſignificatio eius ſit ita: vt fac perĩde acſi tua res eſſet,id eſt quaſi.Cum negatione vero etiã q̃, vt Suetonius de vita Domitiani. Nulla tamen re perinde motus:q̃ reſponſo Aſchitarionis mathematici.Quod ſi non ſequatur nec acſi nec negatio,accipit̃ pro eo,vt Plinius iunior,Funus Ruffi clariſſimi viri & perinde feliciſſimi.Proita.i.multũ: vt idẽ Suetonius de vita Galbe,Quare aduentus eius nõ perinde gratus fuit. Proinde idem eſt qđ ideo,vel potius ideoq; ſemper enim dependet a ſuperiore ſententia.Quidã quorũ eſt Lucretius,accipiunt proinde in eam ſignificationem quã dedimus perinde,vbi ꝓinde duas ſyllabas habere facit.Subinde reperitur pro inde vel de inde ſtatim,vt.T.Liui.lib.viiȷ̃. Subinde acceptus a Pub. Munitorio Spurius Oppius, & Horatius ad Celſum.Si dicet recte,primũ gaudere,ſubinde. Præceptum auriculis hoc inſtillare memento. Etiã pro identidem ſiue frequenter cũ quodam interuallo, vt ſi iter faciens crebro ad comitem reſpiciã, an me ſequi poſſet,dicã ſubinde reſpicio.Cicero autem diceret identidem. Nã ſubinde vti nõ ſolet:ne ęquales quidem eius.Varro,Salluſtius.Cæſar licet illi vtantur nouiſſime pro vltimo,multiq; aliȷ̃,quod Cicero nõ facit.Itidem & item ſignificãt id quod ſimiliter Hæc omnia ab inde cõpoſita Priſcianus multiq; aliȷ̃ pronũciari volunt accentu in ãtepenultima, qualia ſunt(vt eidem placet)compoſita a quando, aliquando,ſiquando,nequando,nunquando.Eſt eñ hoc vltimum & ipſum cõpoſitũ.Ideo per u in tertia litera ſcribendũ,nõ per m,pro eo quod eſt num aliquando.Eſt autem huius monoſyllabę ſignificatio pene eadem quæ an, ſubintelligitq; vtiq; negationẽ,vt num ego te ſpoliaui?q.d.ego non ſpoliaui. At quoties per negationẽ interrogamus, ſubintelligitur affirmatio,vt nõ ego te ſpoliaui. q.d. ego te ſpoliui.Affirmatiua autem reſponſio hæc propria eſt etiam,vt vidiſti me hodie? ſi vidi te reſpondere debeo:etiam vel ſic.Plinius ad tacitum. Studes inquam?Reſpõdet etiam. Vbi?Mediolani,ſic.Vulgo autem reſpondemus ita.Neq; hoc ſine authoritate Simo apud Terentium,dicendi Dauo.Mihi ne reſpondet ita.

*Perinde accipit̃ ꝓ valde. Proinde.

*Subĩde ꝓ frequẽter cũ quodam interuallo accipitur.

De vocibꝰ cõpoſitis a qñ. Nouiſſime. Itidem. Item. Num. Num qđ ſignificet. Non. Etiam. Sic. Ita.

¶Epitome capitis.lxxxix.

NVnc vſurpari ſolet ſine ſignificatione temporis certi:vt nõ ſit in hoc tempore,ſed quaſi in hac conditione ſeu qualitate.

¶Nunc ipſum pro nunc eſt reperire apud. M. Tullium libro epiſtolarum ad Atticum duodecimo,Is enim in ea epiſtola cuius initium eſt. Sillius vt ſcribis ita ait.Nũc ipſum ea lego,ea ſcribo,vt ȷ̃ qui me cum ſunt difficilius otyum ferant, q̃ ego laborem.

Ioannes. Theodo.

¶De nunc. Cap.lxxxix.

Nunc. *Nunc ſine certi tẽporis ſignificatione. Ponit̃ nũc pro ſero. Verg.nũc ſcio qđ ſit amor.

NVNC SOLET vſurpari ſine ſignificatione temporis: vt de diuinatione Cicero. Quæ quidem multo plura euenirent,ſi ad quietem integri iremus. Nunc onuſti cibo & vino confuſa & perturbata cernimus.& de Orato.Et ſi in huiuſmodi genere nihil eſſet niſi falſum,atq; imitatione ſimulatum,maior ars aliqua eſſet requirenda, nunc ego quid dicam? Et in eodem. Nam ſi ita diceres, &c.nunc vero fateris &c.

¶Epitome capitis.xc.

Bñ, male.

BEne & Male accipiũtur pro valde: ſed male potiſſimum de re quæ malum affert, ſicut & peſſime & peius,ſed peius gaudet iungi verbo odi,cui etiam male ſic iunctum legitur.

¶Dicitur ergo quis bene miſer id eſt multũ,etiam

cum pernicie,ſed male gratus negationẽ affert,quũ gratitudo non contingat cum malo. Male cautus autẽ dici põt multum cautus,ſed in malũ alterius. Ouid.Græcia facundũ,ſed male forte genus.i.non forte,quod particula exceptiua ſpecificat.

¶De bene,male,peius,& peſſime. Cap.xc

Bene.

BENE NONNVNQVAM accipitur pro valde,vt Cic.Habetis orõnem bene longã.Quĩt.Quũ multa diſerte ſũmiſq; clamorib⁹,quæ neq; ad iudicẽ,neq; ad litigatorẽ ptinent, decantauerunt

Male

bene ſudantes,beneq; comitati p forum reducũtur. Huic ſimile q̃ddã habet male,vt comici frequenter Male mihi timeo,pro eo quod eſt valde timeo.Ci. in Bruto.Addebat etiã id quæ ad rem ptinere credebat,ſcriptores illos male mulctantes.i. valde & quaſi bene mulctatos,ſed in malũ ipſorũ. Ideoque nõ dixit mulctatos bñ ſed male,neq; id ſolũ in poſitiuo aduerbio,ſed in ſuperlatiuo quoq; vt peſſime mulctatos,atq; adeo in cõparatiuo,ſed frequẽtius cũ verbo odi,vt idẽ in Philipicis.Quo neminẽ veterani peius oderunt,peius quaſi magis & valide ad Mariũ.Oderã multo pei⁹,q̃ illũ Clodiũ.

Peſſime

eũ oppugnauerant,hunc defenderant. Nec tantũ per comparatiuũ cum hoc verbo verum etiam per poſitiuum.vt Teren. in Adel. Illud rus nulla alia cauſa tam male odi,niſi quia prope eſt,tam male pro eo quod eſt tam valde.Per aliud autem verbũ vt Oui.heroidũ.Pei⁹ adulterio turpis adulter obeſt

Peius.

* Male cum hoc verbo odi & poſitiuo ſignificat valde

¶Epitome capitis.xci.

SVper ſignificat fere rem cõtiguã ſupra fere interiecto ſpacio diſtãtẽ.Intra ad numerũ & ſpaciũ refertur.habetq; p relatiuo extra. Infra ad dignitatẽ vl ad locũ,& habet p correlatiuo ſupra. Super autem habet pro correlatiuo ſubter, quod etiam contractũ rei ſignificat.Nõ ergo dicemus infra octauã Petri,ſed intra. Nec faciã infra octo dies,ſed intra,aut octo diebus efficiã. Regũt ãt nũc ſup & ſubter accuſatiuũ,ſed olim erant cões p poſitiones.Vnde Maro in Bucco.Frondẽ ſuper viridi.Et in æñ.Ferre iuuat dẽſa ſubter teſtudine caſus Perſius autem dixit.Et ilia ſubter Cæcũ vulnus habes.Vrinator dicitur qui ſe aquis immergit atque dũ vult emergit natando.

Super Supra

Vrinator.

¶De ſuper,ſupra,intra,infra,ſubter. Cap.xci.

Sup & ſupra.
*Supra nõ ſemp cõtiguã rẽ ſignificat.

SVPER ET SVPRA LICET in eodẽ loco ſedere poſſint,tñ in hoc plerũq; differunt,quod illũ cõtiguũ eſt,hoc interiecto ſpacio,vt ſedeo ſup lapidẽ,magis,q̃ ſupra lapidẽ.Rurſus aquila volat vel nubes pẽdẽt ſupra nos,magis,q̃ ſuper nos.Nõ tamen ſic ſemp,vt apud Quintilianũ. Nec vlla eſt ſupra terras adeo rabioſa bellua,cui nõ imago ſua ſancta ſit.Et Liuium libro.xlviij. Vbi circa muros ſupra ſubterque terrã p dies.xv.pugnatũ eſt. Intra & infra differũt,q; intra ad numerũ & ſpaciũ refert vt intra viginti dies,& intra muros,non autẽ infra viginti dies,vel infra muros.Infra ad dignitatem & ad locum,vt infra dignitatẽ meam eſt,& infra tectũ.i.ſubter tectũ. Denique intra habet relatiuũ extra,infra vero ſupra,Subter quoq; relatiuum habet ſuper,ideoque tactũ rei fere ſignificat,vt hic vrinator mirifice natat,duratque ſubter aquã.

Intra Infra

Subter.

¶Epitome capitis xcij.

Sicut

SIcut ſignificans idẽ quod quẽadmodum,aut quomodo venuſtatẽ habet in connectenda antecedẽti ſentẽtia cũ ſequenti,ſicut & ipſa quibus æquipollet poni ſolet. Copulat etiã res nõ ſolũ ſimiles ſed diſſimiles.quãuim etiã(& quidẽ frequẽtis)vt habet,ſequẽte pſertim ita,qđ ab itaq; differt,id q̃ſic a ſicq;,qa ſimplicia ppoſitiui ſũt ordinis cõpoſita cõmunis. Accipitur etiã ita p valde.

¶Horũ autẽ omniũ exẽpla in textu clariſſima ſunt ſine quib⁹ difficulter rem intellexeris.

¶De ſicut,ita,Itaque & ſic. Cap.xcij.

Sicut

gtm̃ poſitas:vt.iiĳ Æneí. Lato venabula ferro. Pro
lati(inquit)ferri. Vir durus capite,hiſtoriographo=
rũ nedũ poetarũ,vir durus caput dũtaxat poetarũ
Seruius autem dum actũs mediante nomine adie=

tiuo ſic regitur, concedit eſſe Synecdochen, quan do mediãte verbo neutrali ſeu paſſiuo, aut eorum participio dixit Græcam figuram. Cætera in textu patent.

¶Magna authoritate eſt vir, vel magnæ authoritatis Cap.cxvi.

Cicero in Salluſtiũ

MAGNA AVTHORITAte es vir vł magnę authoritatis (vtro qꝫ enim modo dicimus) ſed raro, ſine adiectiuo dũtaxat in genitiuo, nã in ablatiuo nunquã. vt Cic. in Sallu. Nunquid quos protulit Scipiones & Metellos ante fuerunt aut opinionis, aut gloriæ? Cæterum in eadẽ oratione non eſt vtendum genitiuo aut ablatiuo, niſi velimus illud Plinianum ex lib. vij. natu. hiſto. ſeq. Choramneorum gentẽ vocant, Tauroni, ſyluestrem ſine voce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibꝰ oculis glaucis, dentibus caninis. Poterat dici ſtridore horrendo, q̃q̃ quod ad elegantiam pertinet, ego pro lege accipio, quicquid magnis authoribꝰ placuit, quorum in primis eſt Plinius. Præſertim quum Cicero ad Lentulum ita ſcribat. Lentulũ noſtrũ eximia ſpe ſummæ virtutis adoleſcentem, quum cæteris artibus quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatiõe tui facie erudias. Licet illud eximia ſpe poſſit videri ſeparatũ ab illo ſummæ virtutis quod regitur ab illo adoleſcentẽ, vt ſi dicas, habeo ſumma ſpe filiũ, adoleſcẽtem optimæ indolis, qđ ſi ita nõ eſt, licebit in vtraqꝫ orõne vti gtõ & abltõ tñ (vt ego ſentio) eſt parce. Nã illud ab hoc loco ſeparatũ eſt, quod idẽ dixit. Scipio Aphricanꝰ id ætatis atqꝫ his rebꝰ geſtis. Illud eñ ætatis, vel idẽ eſt ꝙ ea ætate, ſicut dicimꝰ decẽ annis vixi, & more Græcorꝫ decẽ ãnos. Quã honeſtiorẽ locutionẽ. Ser. putat vł aduerbialiter ponit̃, vel ſubintelligitur habens vel agens vel natus id ætatis, in quo protinus admoniti ſimus oratores ſummopere Synecdochẽ refugiſſe, quale foret, gentẽ ſtridore horrendã, hirtã corporibꝰ, oculis glaucã, hiſtorici nõ refugerunt, vt Salluſtius. At ex altera parte. C. Antoniꝰ pedibꝰ æger in ꝓlio adeſſe nequibat. Cicero Quintilianuſqꝫ dixiſſet Pedibꝰ ægris. Nec dixiſſent, doleo caput, doleo ilia aut ilibus, eſſet eñ Synecdoche, ſed dolet mihi caput & ilia tibi dolent. In hoc verbo & illud, notandum eſt, ꝙ de re extra nos poſita ſicut de corpore noſtro loqmur, vt illud quod facis, dolet mihi, vtinã doleret tibi, vt apud Terentiũ, dolet dictũ adoleſcenti pudenti & libero, & iterũ. Si iſtuc itidem doleret, tibi vt mihi dolet. Et in eadẽ comœdia. Fac illi, quod itidem doleat quod nũquã per Synecdochẽ dicere poſſumus. Nã ego doleo iſtud quod feciſti, qui ſermo vt ſuperior apud authores eſt frequens, vt Salluſt. Quaſi dolens eius caſum, non eſt Synecdoche. Hæc enim, figura tãtum ad animi & corporis qualitatẽ ptinet, nihil ad extrema reſpiciẽs, qualia fuerint, doleo caput, doleo ilia, & hic pulcher faciem, ornatus animũ. Ideoqꝫ illa Synecdoche non erunt, potens diuitijs, grauis pietate, præditus dignitate.

✱ Quicquid magnis authoribus placuit ꝓ lege accipi debet.

Actũs temporis.

Synecdoche.

Doleo

Figura ſynecdoche. tm̃ ad animi & corporis qualitatem ꝑtinet.

¶Epitome capitis .cxvij.

IN cũ verbo ĩcido ĩcidor aut participio eiꝰ, regit ablatiuos oim dictionũ, excepto noĩe ęs, quod potius in accuſatiuo regeẽ, vt literæ inciſæ ĩ marmore, ligno vel in æs.

¶Dico potius .i. elegantius & concinnius, quia etiã in ablatiuo repitur. Vnde mancinellus. In æs inciſæ ſunt literæ, & in ære quoqꝫ legit̃. Plinius eñ iunior vbi de laudibꝰ Traianis loqtur, ſic ait. Sed quid ſingula conſector & colligo, quaſi vero aut oratiõe cõplecti, aut memoria cõſequi poſſint, quæ vos pres cõſcripti nequa intercipet obliuio, & in publica acta mittenda, & incidenda in ære cẽſuiſtis. Hæc ille. Addit Neſtor exẽplum Ouidianũ e lib. Faſtorũ. iiij. At bona poſteritas Puppi formauit in ære. Sed ibi non eſt verbũ incido, de quo Valla loquit̃, q dicens, quãtã inueni, non oĩno aliũ vſum negat. Miror tñ eum non ĩueniſſe illud Cice. in oratione de ſignis qđ Calepinus affert ſic. Id nõ modo conſcripſerũt verũ etiã in ære inciſum nobis tradiderunt. Suetoni. autem ĩ Cæſa. cũ actõ conſtruxit. At mox lege ĩ æs inciſa, Dicamus ergo vtrũqꝫ recte dici, ĩciſum in æs, & in ære, & pari rõne ſi exempla ſuppeterent in marmor, & in marmore, & ſic de alijs. Nulla enim videtur cauſa differentiæ, ſed cur vtrunqꝫ liceat hac cõiectura colligi põt, ꝙ q incidit, aliqd educit quod prius erat in materia, vñ abltõ locꝰ ẽ & aliqđ loco atramenti ĩfert, vñ & actõ, quia foris infertur.

Manci.

In æs inciſum.

✱ Contra Vallã et eius ſeqces ꝓmulti illud Plini. ĩ pane. Quę vos pres conſcripti ne qua intercipe ret obliuio & in publica acta mittẽda & incidẽda ĩ ęre cẽſuiſtis.

¶In marmore inciſæ ſunt literæ, nõ ĩ marmor, & tñ in æs. Cap.cxvij.

IN MARMORE INCISÆ ſunt literæ, in gẽma in lapide, in ligno, non autem in marmor, in gẽmã, in lapidẽ, in lignũ, in aurum. E diuerſo, in æs, non in ære, ita eñ apud oẽs authores (quantũ inueni) ſemp ſcriptũ ẽ. L. liuiꝰ lib. iij. Priuſq̃ vrbẽ ingrederetur leges decẽuirales (qbus duodecĩ tabulis ẽ nomẽ) in æs inciſas in publico ꝓpoſuerũt. Sed qđ exẽpla ponimus paucorũ, qđ oẽs facere affirmamꝰ

¶Epitome capitis. cxviij.

¶Quoties relatiuũ q ſiue quod ponit̃ inter duo ſubſtãtiua, quorũ ſeqũẽs eſt alicuiꝰ rei proprium, conformabitur potiꝰ ſequenti q̃ antecedenti, preſertim antecedente verbo ſubſtantiuo aut vocatiuo, alioquin tam antecedenti, q̃ conſequenti cõformari põt

¶Eſt aũt hæc Seruiana regula in primo æñ. quã oẽs obſeruauerũt, vt patet de Valerio quẽ citat author

Relatiuũ non ſem rñdet añcedenti

¶Relatiuũ frequenter non reſpondere antecedẽti Cap.cxviij.

RELATIVVM FREQVENter nõ reſpõdet añcedẽti, neqꝫ in gñe neqꝫ in numero, vtiqꝫ quũ reflectitur eius ſentẽtia ab antecedente ad ſeqñs ſubſtantiuum de maſculino neutrũ, vt Salluſtius. Eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur, quod aliter dixit Valerius Maximus li. ij. Antea ſenatus aſſiduam ſtationem eo loci peragebat, qui hodie cœnaculum appellatur. Et Pliniꝰ In coitu vero lunæ, quod ĩterlunium vocant, quum apparere deſierat. Mutato etiam numero, vt Cicero Quibus tamen gradibus Romulus in cœlum aſcendit, hiſne q̃ iſti appellant bona? De maſculino quoqꝫ in fœmininũ, vt idẽ. Oẽs tenues atqꝫ humiles, qui maxima in oppido multitudo eſt, ſibi præſidiũ paratum putãt. Et Verg. Nec partẽ poſuere ſuis, quæ maxima turba eſt. Manente quoqꝫ genere videt̃ ſic

Relatiuũ maſculini generis nõ nũq̃ añcedẽti fœminini gñis, nõ rñdet etiam non mutato numero.

ri quædã mutatio,vt Quintilia. Vbi vero vniuerſas familias fames extinxit,quæ pars maxima eſt,inanes domus ſitũ ducũt.Ediuerſo de fœminino in maſculinum nõ mutato numero Salluſtius.Et fines habet ab occidẽte fretũ noſtri maris et oceani, ab ortu ſolis de cliuem latitudinem, quem locum κατα- βαθμον incolæ appellant. Mutato etiã numero,vt Quintilianus.Reſiſtam his qui omiſſa rerũ,qui nerui ſunt in cauſis diligentia quadam, inani circa voces ſtudio ſeneſcunt.Et alibi. Et ſupplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur,in toga meruit.De neutro in aliud genus. Salluſt. Ipſe ex flumine quem proximum oppido eſſe aquã ſupra diximus,iumenta onerat. Mutato etiã numero vt Liuius. Anxur fuit quæ nunc Terracinæ ſunt,vrbius prona in paludẽ. Aliquãdo ſine vllo certo antecedente,vt Quinti.Ego quæ fœliciſſima vel laſſitudo vel ſatietas eſt,virtute conſenui.

¶Epitome capitis.cxix.

QVoties autem verbũ eſt ponitur inter duo ſubſtantiua ad appellationem pertinentia quorum alterum eſt nominatiui caſus,alterum datiui,poteſt addi tertium a nominatiuo, aut datiuo,venuſtius autem in datiuo.

¶Vt cui fauſtulo nomen fuiſſe ferũt.Liuius in.i.Cui nunc cognomẽ Iulo.Vergilius Æneidos primo.Dicere autem licet.Eſt mihi nomen Iodoco et Iodocus Habeo nomen Iodocum et Iodocus et Iodoci. Sed per habeo omnia duriter dicuntur.

Nota de habeo.

¶Quę dictio deberet rñdere ſequẽti ſubſtantiuo, ea reſpõdere antecedenti. Cap.cxix.

Datiuos ac noĩatiuos copulari p ſum es eſt.

DIVERSVM HVIC GENVS eſt quũ dictio reſpõdet antecedẽti,quũ deberet reſpondere ſequenti ſubſtantiuo, vt apud Vergi. At puer Aſcanius cui nunc cognomen Iulo. Liuius libro xxv.Scipio cui Aphricano fuit cognomẽ. Qui modus per datiuum licet frequentior ſit,tamen nõnũq́ et nominatiuo quod eſt magis generale,vtimur,vt Cice. Argẽtarius Sextus Clodius cui nomẽ eſt Phormio.Et Quĩti.Notum eſt quid Cliconi accident cui Spiridion fuit cognomen.Neq́ per relatiuum modo,ſed etiam citra relatiuum, vt Terentius. Ecyra eſt huic nomen fabulæ, et hoc per nominatiuum, per datiuum,vt Liuius libro.i. Fauſtulo fuiſſe nomẽ ferunt, et Solinus de memorabilibus.Lapis iſte in aquis mollis eſt,humo duratur exemptus,nũq́ duo ſimul reperiuntur.Inde vnionis nomen datur.

*Eſt mihi nomẽ Iulo et Iuli⁹ elegantius tñ p duos datiuos atq́ crebrius.

¶Epitome capitis.cxx.

¶Quoties relatiuum præcedit antecedẽs,ſicut ab eodem regi videantur latinæ,ponuntur in eodẽ caſu.

¶Dico quoties præcedit.quia præcedente antecedẽte vtrumq́ conformabitur ſuo verbo. Cauſa differentiæ eſt,quia dum relatiuum præcedit,ab eodem regi videntur:et in verbo antecedentis ipſum antecedens repeti,vt Quas credis eſſe has non ſunt vere nuptiæ In iſto autẽ eiuſdem comici ſed in eunucho, Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas fecit? Non accipiam quem relatiue, ſed interrogatiue, ꝓ qualem,vt ſit,qualem Eunuchum dediſti nobis.q. dicat nõ verum,ſed virum nõ emaculatum,et quas id eſt quales turbas fecit quaſi dicat peſſimas. Et in illo.i.Æneid. Vrbẽ quã ſtatuo &c. ordinẽ eſſe volũt, Vultis vrbẽ hæc ſtatuo &c.ea ſup.veſtra eſt. Nã ꝓponitur. Vultis et his mecum pariter cõſidere regnis. Vrbem quam ſtatuo,vt repetatur vultis.

De relatiuo et antecedente.

¶Dtm̃ et actm̃ ſequi caſum relatiui. Cap.cxx.

Actũs pro ntõ.

HÆC De DATIVO eſt et accuſatiuo quoq́ ſua natura, vt antecedẽs ſequat caſum relatiui relicto ſuo,vt apud Vergi.vrbẽ quã ſtatuo veſtra eſt. Oratores aũt poſtponũt antecedẽs, quale foret, quã vrbẽ ſtatuo veſtra eſt, vt apud Ouidi. Cecidere manu quas legerat herbas, et quale eſt. Quinti. Timeo ne quas porrexerim cibos,venena fiãt.In quo habita eſt ratio venuſtatis, vt relatiuũ et antecedẽs ſint in eodẽ caſu.Sed ſæpius antecedẽte poſtpoſito, q̃q̃ apud Cic. nõnulli illud in Sallu.ſic legũt. Nunquid eos quos protulit Scipiones et Metellos,ante fuerunt opinionis aut gloriæ? Quidã legũt nũquid hi quos protulit. Tale eſt in euangelio.Sermonem quẽ audiſtis nõ eſt meus,qđ in græco hoc eſt in fonte eſt ſermo,nõ ſermonem . Vnde interpres noſter transferens maluit latine q̃ græce loqui.Nec ignoro qualia ĩperiti ĩ hoc euãgelij loco diſputare ſoleãt profecto nequaq̃ ſic diſputaturi,ſi gręcã linguã mediocriter,latinã perfecte tenerẽt.In tali ſermonis genere,vel idẽ nomẽ repetemus, vel accuſatiuũ indebitum caſum reſoluemus.Nã vtrũq́ fieri exẽplis cõperimus.Si quidẽ ita frequẽter locuti ſunt authores. Quas res tibi tũ terra tũ mari nuper cõmiſi, hę res ſint cum fratre cõmunes,vel hę ſint cũ fratre cõmunes,vł ex eis aliquas cõmunicabis cũ fratre,et item per cæteros caſus,vt quarũ rerũ nõ indiges eas, vel eas res donabis mihi,vel hę meę erũt,vel hę res mihi auxilio eſſe poſſunt.Et ita multis modis per caſus variare orationes licebit.Cic.ꝓ ligario. Sed hoc nõ cõcedo,vt quibus rebus gloriemini in vobis eaſdẽ in alijs repręhendatis,Et paulopoſt. Quotus enĩ quiſq́ iſtud feciſſet,vt a quibus partib⁹ in diſſenſione ciuili non eſſet receptus,eſſetq́ etiam cum crudelitate eiectus,ad eas ipſas rediret? Idẽ tamen in rhetoricis inuſitatius. Sulpitio cui paulo ante omnia cedebant, cum breui ſpacio non modo viuere, ſed etiam ſepeliri prohibuerũt. Illud magis poeticum quale apud Hora.v.carminum.Quis non malarũ quas amor curas habet,hæc inter obliuiſcitur? Et iterum in ſaty.Qui ñt Mecœnas vt nemo quã ſibi ſortem ſeu ratio dederit,ſeu ſors obiecerit,illa Contentus viuat? laudet diuerſa ſequentes.

*Antecedens in his elocutionibus an ſuperlatiuo poſtpõi debeat.

*Adnotatio nuprime adiecta Valla ĩ Poggiũ locũ hũc aliquãto lati⁹ his verbis explicat. An nõ pręclari⁹ eſt latine q̃ grãmatice loq & q̃ſi pſtãti⁹ & nobili⁹ qđẽ qppe qđ inter v̓tutes rhetorice numerat nõ grãmatice nonne iſta ſunt.Quĩti. lib.i.idẽ qđ ego mõ dixi ſentiẽtis cũ inquit. Quare mihi nõ inuenuſte dicĩ vł alidʼ eſſe latine, alidʼ grãmaticę loqui. quis ignorat illã orõnem magis eſſe poeticã q̃ oratoriã.et ſimilẽ illi. Vrbẽ quã ſtatuo vr̃a eſt,quę nec Græco rñdet,vbi dicĩt ſermo nõ ſermonem.

¶Epitome capitis.cxxi.

¶Quoties huic complexo,ne dicam,pręcedit ſubſtãtiuum nominatiui caſus,et ſequitur adiectiuum idipſum quod ſequitur in accuſatiuo, quoties autem ſubſtantiuum cum adiectiuo ſuo ſequitur, vtrumq́ ponetur in nominatiuo,a quo ſępe in accuſatiuũ legitur mutata locutio.

¶Cauſa differentię eſt, quia in priore modo intelligitur eũ.in poſteriore verbũ aliquod,vt homo prudens,ne dicam(ſubaudi eum)ſapientem,prudẽs,ne dicam ſapiens homo ſup. id fecit, aut dixit,aut eſt. Similiter vel oratio de nominatiuo mutatur in accuſatiuum,ſufficietur nominatiuus ſuppoſitalis, vt textus declarat. Ex vtroq́ autem textu tam hoc q̃ ſuperiore elici poſſet,q̇ ad latinitatẽ ſatis eſt videri

congruitatem eſſe in conſtruendo, tametſi nõ eſt ꝑ lege grammatica.

¶Homo prudẽs, ne dicã ſapientẽ. Cap.cxxi

HOMO PRVDENS NE dicam ſapientem, melius, q̃ ne dicam ſapiens. Cic. ꝑ Deiotaro. Crudelis Caſtor ne dicã ſceleratum & impium. Et hoc ſubſtantiuo ꝑcedente, ſecus autem ſequente, quale eſſet crudelis, ne dicam ſceleratus & impius Caſtor, & prudens, ne dicam ſapiens homo. Nam ſi ponamus in accuſatiuo perquam abſurdum foret ſic. Crudelis ne dicã ſceleratum & impiũ Caſtorẽ, & prudens ne dicam ſapientem hominem. In priore eñ mõ ſubintelligitur eum ſic. Crudelis paſtor, ne dicã eum ſceleratum & impiũ. In aliis caſib⁹ nõ eſt hæc neq; diuerſitas, neq; cauſa, vt idem. An ſpaſſet hoc viuo Milone, ne dicã cõſule, vel anſperaſſet hoc viuo ne dicam cõſule Milone? Illud eiuſdem in libris ad Herennium neq; diſſimile his, neq; vſq; adeo ſimile eſt. Obfuit plurimum eo tempore reipub. conſulũ ſiue ſtultitiam, ſiue maliciã dicere oportet, ſiue poti⁹ vtrunq;. Nã vbi erit ſuppoſitum? Certe deeſt. Illd̃ nãq; verbũ quod interiectũ eſt, de nominatiuo mutauit in accuſatiuum. Sed ſicut in Euripo aut Siciliæ freto inflata vento vela, aquarũ impetus, retroire cogit, ita orationem lege grãmatica eũtem, authoritas ipſa conſuetudoq; inhibet ac repellit. Verum vt grãmaticorum expectationi ſatiſfaciam, ſic erit cõſtruendũ, aut ſtultitia conſulum, aut malitia, aut potius vtrũq; obfuit plurimũ eo tempore reipub. ſiue illud factum cõſulum dicere oportet ſtultitiã, ſiue maliciam, ſiue potius vtrunq;. Vel ſic. Obfuit ꝑlimũ reipub. eo tempore conſulum factũ, ſiue illd̃ maliciam ſiue ſtultitiam eorum ſiue vtrũq; dicere oportet.

*Græco rhẽdes, vbi dici ſermo, nõ ſermonem. Ne dicam*

*Elocutiões per nedũ quæ ĩ aliis caſib⁹ fiũt q̃ in noĩatiuo. Nĩ ĩ accuſatiuũ mutatio.*

¶Epitome cap.cxxii.

AVdiui te vt cæteros adfuiſſe in ꝑlio, ſignificat te in prelio vt cæteri adfuerunt, adfuiſſe audiui vt cęteri, te in prælio adfuiſſe, ſignificat id me vt cæteri audierunt audiuiſſe, quæ ratio in aliis quoq; ſignanda eſt

¶Audiui te, vt cæteros adfuiſſe in ꝑlio, & audiui te vt cæteri &c. Cap.cxxii

AVDIVI TE VT CÆTEROS adfuiſſe in ꝑlio, & audiui te adfuiſſe in ꝑlio, vt cæteri, hic ſubintelligitur adfuerunt: tibi intelligi non poteſt ſtatĩ ſequente infinitiuo, & omnia ad ſuũ regimẽ attrahẽte. Itaq; ſic expõit, audiui te adfuiſſe in ꝑlio vt audiui cęteros adfuiſſe: alterum v̄o (vt dixi) hoc mõ audiui te adfuiſſe in ꝑlio, vt cæteri adfuerũt, qđ nequaquã conceditur ſic dicere, audiui te vt cæteri affuiſſe in prelio. Hoc enĩ declarat, audiui vt cęteri audierunt. Alterum fortaſſe ſic, audiui te adfuiſſe in ꝑlio, vt cæteros.

*Vt cætero & vt cæteri.*

¶Epitome cap.cxxiii.

VErbum eẽ quoties ꝑcedit nominatiu⁹, vult vt nomĩatiuus eiuſdẽ rei ſequatur, quoties genitiuus, datiuus, actũs. aut forte ablatiu⁹ vt idẽ caſus, aut actũs, quo tñ ꝑcedente cũ noĩatiuo interdũ eleganter ſequitur noĩatiu⁹, dum vero eſſe ſuppoſitum eſt, accuſatiuum petit. ¶Verbi gratia congrue dico, ſpero tibi eſſe amicus: miſerere igitur volentis tibi eſſe amici, aut fore amicũ. Mediocrib⁹ eſſe poetis. Nam dii non hoĩes, non conceſſere columnæ. Parũ vobis eſt moleſtos eſſe hoĩbus ſperete eſſe amicũ mihi, non amicus. Lucan⁹ tñ dixit li. x. Vtq; fidẽ vidit ſceleris, tutũq; putauit Iam bon⁹ eẽ ſocer, lachrymas nõ ſpõte cadẽtes Effudit, gemituſq; expſſit pectore leto. Cũ iſtes locutiões adducit Mãcinel. Præcedẽte aũt vocatiuo quõ loquendũ ſit in proximo capite dicemus, de ablatiuo videt̃ par ratio quæ de genitiuo, vt damnor a nolente eſſe bono, potius q̃ bonum. Sed dum ſuppoſitum eſt, accuſatiuum ſecum trahit, vt eſſe pauperem & fidelem Melius eſt, quam eſſe diuitem & infidelem. Verba Mancinelli ſunt. Præcipe illi eſſe mihi familiaris. Ne libeat tibi eſſe intimus, nullo pacto latine dicitur. Non eñ hoc genus loquendi apud aliquẽ ꝓbatum authorẽ reperitur. Nã ſi recte aduertimus Lucani illud. Tutũq; putauit Iam bon⁹ eſſe ſocer. Non ſimile eſt illis. Præcipe illi mihi eſſe familiaris Ne libeat tibi eſſe intimus, hic eñ datiuus præcedit Apud Lucanum vero ꝑcedit & ſequitur noĩatiu⁹ Dicendum igitur. Præcipe illi eſſe mihi familiari vl̃ familiarem. Ne libeat tibi eſſe intimo, vel ne libeat tibi eſſe intimum. Ouid. lib. vii. Vobis immunib⁹ huius Eſſe mali dabitur. Quint. lib. iii. An illa accidat viro bono eſſe vel malo. Hypermetra ad Linũ Quo mihi cõmiſſo non licet eſſe piam. Quĩt. lib. vii. An huic eſſe procuratorẽ liceat Et libro. iiii. Procuratorem tibi eſſe non licuit. Teren. in heau. Nã expedit bonas eſſe vobis. Cæſar lib. vi. de bel, Gal. Quib⁹ iam licet eſſe fortunatiſſimos. Lucan⁹ libro. iii. Nũq̃ tibi magne per vmbras. Perq; meos manes, generum nõ eſſe licebit. Illud aũt Ouid. Ne m̃ expecto q precor eſſe tu⁹. Et grammatice & latine dictũ, quũ & ꝑcedat & ſubſequatur noĩatiu⁹. Neq; inficias eo grãmatice & latine etiã dici, quem precor eſſe tuũ Nã talis ordo eſſet, quẽ tuum eſſe precor, vt Naſo. illud libro. v. Meta. Quantũ eſt eſſe Iouis fratrem. Terẽ. in Eunu. Apparet ſeruũ hunc eẽ domini pauperis. Quod etiã dicere licuit ita. Apparet ſeruus hic eſſe domini pauperis. Vatini⁹ eñ libro. v. epiſt. ad Cice. inquit. Dicit mihi tu⁹ ſeruus fugitiu⁹ vardacis eſſe. Cæterum Lucani illud dicẽdi gen⁹. Tutũq; putauit. Iam bonus eſſe ſocer, apud alios quoq; legere eſt. Ouid. libro. vii. Meta. Sed eñ quia retulit Aiax Eſſe Iouis pronepos. Et lib. i. de ponto ad Maximũ Hoc vbi viuendũ eſt ſatis eſt ſi conſequor aruo. Inter inhumanos eſſe poeta Getas. Vbi quidẽ aduertendũ eſt, eſſe nunc habere verbi caſum nõ infiniti eſt enim ſum verbũ ſimiliũ copulatiuum.

*Expoſitio elocutionum.*

*Manci.*

*Eſſe cum caſibus*

¶Spo tibi eſſe bonus amic⁹. Cap.cxxiiii.

SPERO TIBI ESSE BONVS amicus, credo fuiſſe tibi fidelis proprie dicitur, per accuſatiuum vero non, niſi alterum accuſatiuum addas, qui antecedat infinitiuum. Nam hic ſequitur hoc modo. Spero me tibi eſſe bonum amicũ, credo me tibi fuiſſe fidelẽ. Quædã verba cũ nominatiuo iungi recuſant, immo pleraq;, nam vt recte dico, incipe mihi eſſe familaris, & noli eſſe illi intimus, ita inuſitate dicam, præcipe illi eſſe mihi familiaris, ne libeat tibi eſſe intimus. Hoc tamen genus loquẽdi nonnũquam reperimus, vt apud Luc. x. Tutũq; pu

*Verba q̃dam cum ntũ iungi recuſant*

tauit, Iam bonus eſſe ſocer. Alius dixiſſet. Iam ſocerum eſſe bonum. Et apud Ouid. de ponto. Et quis in extremo poſitus iacet orbe tuorũ. Me tamen excepto qui precor eſſe tuus. Dicere potuiſſet (ſed non tam venuſte) quem precor eſſe tuum. Teren. in Andria. Quæ ſe inhoneſte optauit parare hic diuitias, potius q̃ in patria pauper viuere. Apertius apud eundem Ouid. lib. i. ſine titulo. Semperq; in molli mobilis eſſe toro. Et ille verſus vulgatus. Sperne repugnando tibi tu cõtrarius eſſe. q̃ ſi dixiſſet noli repugnando tibi tu contrarius eſſe, verſuſq; pateret, nullum de conſtructione dubiũ eſſe, talis tamẽ modus loquendi e græco duxit, vbi vſitatiſſimus eſt.

*Terentius in Andria*

¶Epitome capitis. cxxiiij.

Quoties ṽbo ſubſtãtiuo, aut eius participio expſſo, aut aperte intellecto prępõnit̃ vetũs ſequet̃ nõvctũs, ſed ntũs: ſed ſine tali copula plures vocatiui ad idẽptinẽtes bñ cohęrẽt. ¶Propertius enim vocatiuo participiali adiecit vocatiuum dicens. Lectule delitijs facte beatę meis. & Seruius exponẽs illud .iij. Æneid. Coniugio Anchiſa veneris dignate ſuperbo. Dicit dignate, id eſt digne habite. vbi liceret dicere dignus habite, ſicut defende me tu vir optimus, ſcilicet qui es aut ens ſiue exiſtens, & ita in alijs.

*Vctõ pcedẽteqs caſus ſequit̃.*

¶Defende me domine. Cap. cxxiiij.

DEFENDE ME domine, adiuua me optime vir, tace homo imperite, muta to vocatiuo in nominatiuũ nõ recte diceretur. Item defende me tu de⁹ meus, adiuua me tu vir optimus, tace tu homo imperitus. Hic per nominatiuũ etiã recte loquimur. Subintelligit̃ enim ens, hoc modo. tu ens dñs meus. Qua ratione defendi poſſet illud in pſalmo. Dñe deus noſter. niſi ſumptum eſſet e græco. Idem ſi in vocatiuo alicuius noĩs. Verg. Nate meæ vires: mea magna potentia ſolus. Idem fit in noĩbus proprijs quod fit in hoc pronoĩe, & invocatiuis caſibus ſic. Aue Cæſar ſummus imperator. Neq; id tñ modo in imperatiuo, verũetiã & quidẽ facilius in alijs modis: vt Quo tendis Ænea extremus omniũ Troianorum, vel extreme? Viuis & regnas Heleno do no deũ, & regnas medius ſæuiſſimorũ hoſtiũ, melius q̃ medie. Male per ſolũ propriũ nomen aut iſtũ cũ pronoĩe, vt quid facis tu Serui⁹? aut per nomen appellatiuum ſine pronoĩe: vt quid facis dñs meus? niſi tali modo, vt quid ſeceſ inter ſeruos dñs? hic ſubintelligitur ens, ibi ſubintelligi nõ põt. Quare illud Plinianũ in lib. vij. de natura hiſto. niſi mẽda librarij eſt, nõ placet mihi. Salue primus oĩm parens patrię appellate. Vbi non modo appellate a primus in caſu diſcordat: quod etiã imperitis ad repræhenſionem patet. ſed ne appellatus quidẽ ſi diceretur plane latinũ foret, quum fuerit dicendũ prime. ſiue ſic: ſed ita ſcriptũ ab authore fuiſſe ſuſpicari libet, nam & illo modo dicere licuiſſet: ſalue Marce Tulli primus omniũ parens patriæ appellatus, quod ita ſcriptũ fuiſſe coniectatum nõ eſt ex certis verbis quibus paulo ante author vtitur. Siue, Salue tu primus omnium parens patriæ appellatus. Siue Salue tu prime omniũ parens patriæ appellate. Eſt enim illud parens vocatiuus.

**Laurentius in Poggiũ locihu ius meminit addens vix vllos eſſe corruptiores codices q̃ Plinianos. Locũ Plinianũ Valla aliter legendũ cenſet q̃ ſolit⁹ ſit legi.*

¶Epitome capitis. cxxv.

IN hypozeugmate ſeu in zeugmate ab inferiore ṽbũ debet ſequi vltimũ aut vlteri⁹ ſuppoſitũ, qa ſemp vult cõformari viciniſſimo, aut viciniori, niſi per cõparationẽ aut ſimilitudinẽ loquamur, tunc enĩ principali. i. præcedenti cõformari vult. Quod vero de verbo reſpectu ſuppoſitorum dicitur. Idem de adiectiuo reſpectu ſubſtantiuorum intelligetur.

*De zeugmate.*

¶Dicere ergo poſſum ſex modis. fleuit mater & filij eius, ſic fleuit mater & filij eius. Mater fleuit & filij eius. Filij & mater eoꝝ fleuit. Fleuerũt filij & mater eorum. Filij fleuerunt & mater eorum. Mater & filij eius fleuerunt. Aut ſic. Mater vt filij eius fleuit. Filij ſicut mater eorum fleuerunt.

¶Quod verbum debet ſequi vltimum ſuppoſitum. Ca. cxxv.

VERBVM debet ſequi vltimũ ſuppoſitum in perſona, genere & nũero, vt ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra repu. percunctatus eſt. Duo ſuppoſita ſunt ego & ille, quoꝝ vtriq; verbũ accõmodatur, ſed ſequenti palam: antecedenti per ſubintellectionẽ, vt ſit. Ego illum de ſuo regno percunctatus ſum: ille me de noſtra republi. percunctatus eſt. Conuerte ordinẽ perſonarũ, ſimul perſonam verbi mutaueris, ſic, ille me de noſtra repub. ego illum de ſuo regno percunctatus ſum. Muta ergo genus ſic. Ego illã de ſuo regno, illa me de noſtra repub. percunctata eſt. Muta numeros ſic: ego illos illasve de ſuo regno, il leve de noſtra republi. percunctati percunctateve ſunt. Et item econtrario. In hanc tamẽ formulã nõ cadit illi quoties per comparationẽ aut ſimilitudinem loquimur, quale eſt: melius ego iſtud q̃ vos feciſſem, nõ autẽ q̃ vos feciſſetis. hoc ille tam prudenter vt ego feciſſet, nõ autem, vt ego feciſſem. Hic enim ſubintelligitur ſic. hoc ille ſic prudenter vt ego feci, & ipſe feciſſet. Melius ego quidẽ iſtud q̃ vos feciſſetis, feciſſem. Verbum principale debet efferri, ſubintelligi autẽ quod nõ eſt principale.

** Verbũ non debet ſequi vltimum ſuppo nũ qñ per cõparationẽ aut ſimilitudinẽ loq mur: de ſimilitudiẽ ego ſicut ſenũ arui.*

¶Epitome capitis. cxxvi. & cxxvij.

¶Quoties poſt vnũ adiectiuũ, ſuppoſitum, aut obliquum poſueris bis nec, neq;, & tum, partim aut, vel cõſimileve dictionẽ cũ duobus ſubſtãtiuis ṽbis, aut regẽtibus, neceſſum eſt ambo ſubſtantiua ṽba, aut regentia illi vni adiectiuo ſuppoſito, aut obliquo in debitis accidẽtibus cõformari, etiam ſi aliud exprimat̃. Secus enĩ incõgrua atq; inepta fuerit locutio. ¶Tria ergo cõcurrere debẽt prius q̃ fuerit incõgruitas. Primũ vt adiectiuũ, ſuppoſitũ, aut obliqu⁹ præcedat illas particulas nec &c. vt nulla eſt dicẽda virgo corrupto vel corpore, vel mẽte, inepta eſt, quę ſit apta ſic vel corpore vel mẽte corrupta. Scdm vt bis ponat̃ particula, vnde cõgrua erit, corrupto corpore vel mente. Tertiũ, vt diuerſoꝝ ſint accidentiũ ad cõgruitatẽ facictiũ, quia cõgrua erit, corrupto corpore, vel aĩo: vel ſic, corrupta vel mente vel carne. Cã differẽtiæ eſt, quia dũ bis ponunt̃ particulæ illę, ſignificãt ea quib⁹ addunt̃ ad añcedens reſpicere, at ſemel poſita permittũt aliud ſubintelligi, vt corrupto corpe vel mẽte ſup corrupta. Dixi etiã ſi exprimat aliud, qa inepte dixeris. Intelliges rẽ oĩm partim ex literis meis: partim tibi nũcius dicet: qa dicẽdũ eſt ptim ex nũcio, vt textus declarat in cõſilib⁹.

¶Q adiectiuo quum precedit, ſubſtãtiua obſequi debent. Cap.cxxvi

Adiectiuo pcedente, quõ ſequẽtur ſubſtãtiua.

ADIECTIVVM QVVM præcedit debent obſequi ſubſtantiua. Aliter vitioſum ẽ, vt hoc modo, nulla virgo eſt dicenda vel corrupto animo vł corpore, dic pro animo mente, ſic, nulla virgo dicenda eſt vel corrupta vel mente vł corpore, aut vel corrupto corpore vel mente, & nõ erit latinum, quod contra fit, aut pcedente ſubſtantiuo aut reiecto in finẽ adiectiuo, ſic. Nulla ỽgo ẽ dicẽda vel mẽte corrupta, vel corpore: aut vel corpore corrupto, vel mẽte. Itẽ vel mente vel corpore corrupto, aut vel corpore vel mente corrupta. Sicut in pℓali (variabo exempla ad euitandũ faſtidiũ) Nemo diues eſt, vel valetudine infirma, vel ſenſib⁹, aut ſenſibus infirmis vel valetudine. Item, nemo fœlix eſt vł cõſcientia vel membris affectis, aut vel mẽbris vel cõſcientia affecta. Cic. tñ in Philippicis iquit. Optima ſunt & mente & viribus, Neſcio an culpa librariorũ fit, q ita ſcripſerunt, p eo quod eſt & mente optima ſunt & viribus, vel optima mente & viribus, vł optima ſunt & mente & viribus.

Cicero in Philippicis.

¶Non recte dici corrupto vel corpore vel mente. Cap.cxxvii.

Corrupto vł corpore vel mente non recte dici.

EX HIS QVÆ TRADIDIMVS palam eſt nequaq̃ recte dici corrupto vel corpore vel mente. Debet eñ adiectiuũ illud ad vtrũq; ſubſtantiuum applicari in genere & in numero. Neq; de vel tantũmodo intelligo, ſed de cæteris quoq; coniunctiõib⁹ per et, vt modo ex Cicerone attuli exẽplum, p nec ſiue p cætera huiuſmõi, neq; hoc ſolũ, vbi adeſt ſubſtantiuũ cũ adiectiuo, licet etiã ſine eo, quale hoc eſt tu nec faceres nec ego permitterem, non eſt hic ſermo latin⁹. Dicẽdũ nãq; erat nec tu faceres nec ego pmitterẽ aut ſic. Tu nec faceres, nec a me facere pmitteretis, Tota eñ orõ depẽdet a priã dictiõe. Itẽ, potes cognoſcere ptim ex alioꝝ ſermone, partĩ te edocebit ipſe tabellarius, nõ eſt latinũ, ſed ſic. Parti potes cognoſcere &c. aut ſic. Potes cognoſcere partim ex aliorum ſermone, partim ex tabellario. Itẽ, puto tum ex ſuperiorib⁹ literis te omnia intellexiſſe, tum ex his intelligere potes, dicendũ erat, tũ ex his ĩtelligere poſſe. Itẽ paratus ſis vel pugnare, ſi q te laceſſunt, vel ſi q non ſũt, ne recuſes facere pacẽ, dicendũ erat, aut ſine illo ne recuſes: aut ſic, vł pugnare paratus ſis &c. Ex his q̃ dixi videor repħẽdere legẽ duodeci tabularũ. Liberi parẽtes in egeſtate aut alant, aut vinciantur, quaſi dicendũ fuerit. Liberi aut parentes in egeſtate alant aut vinciantur. Sed nõ ẽ vetuſtas illa reuocãda ad hanc regulã, q̃ cõſtat ex vſu eorũ, q more illo vetuſtiſſimo nõ ſũt locuti, tametſi haud dubie opinor primũ aut a qbuſdã adiectũ, legiq; ita in vetuſtiſſimo quodã codice declamationũ Senecæ Liberi parẽtes alãt aut vinciantur. Hui⁹ etiã loci illud eſt, ne hoc mõ verba cõmiſceamus diuerſam naturã habẽtia, quale ẽ. Ille mihi nec nocuit vnq̃, nec adiuuit. Ego nec offẽdi eũ, nec profui, dicendũ erat. Ille mihi nec nocuit vnq̃, nec pfuit, aut ſic. Ille nec nocuit mihi vnquã nec me adiuuit. Ego nec offendi eũ, nec adiuui, aut ego nec offẽdi eũ nec eidẽ pfui

✱Regula tradita cõſtat ex vſu eorumq̃ mo re vetuſtiſſimo nõ ſunt locuti.

¶Epitome cap.cxxviii.

QVoties a negatione incipimus, & ſequuntur duæ negationes, vt bis nec, aut, neq;, tres negationes ille non plus q̃ duę efficiũt. Verba etiã formidinis & cautelę idẽ ſine negationę aut prohibitione & cum ea faciunt. Neutiq̃, nequaq̃ nuſq̃ & nuſpiã, quia ſimplicẽ negationem important, vno verbo cõtenta ſunt necubi, quia duplicem verbum duplex poſtulat. Præterea quoties dictionibus adeſt quædam contrarietas, non poſſumus tollere alteram negationem cũ nõ ſolũ nõ modo &c. circa quæ aduertendũ interdum ad ea applicanda eſſe non ſed etiam verum, ſed ſaltẽ, aut ſed certe. De hac autem re vide latius cap.lv.

¶Hæc omnia textus dilucide declarat. Verũ Mancinel. contra id quod de necubi dicit ſic obijcit. Necubi & nequo etiã vno verbo contenta ſunt. Liuius enim in prin. lib. iij. de bello punico ſecũdo ait. Hiſpanos & Aphros & omne qđ veterani erat robur exercitus, admiſtis ipſorum impedimentis necubi conſiſtere coactis, ne neceſſaria ad vſus deeſſent, primos ire iuſſit &c. Cato in re ruſtica cap̄. v. Villicus ne ſit ambulator, ſobrius ſiet ſemper. Ad cœnã nequo eat, familiã exerceat. Idem cap̄. cxliij. Neue ad domum neue ad ſe recipiat. Ad cœnam nequo eat. Neue ambulatrix fiet.

Mãcinell⁹ Necubi. Nequo.

¶Tres negationes aliquãdo nõ plus efficere q̃ duæ &c. Cap.cxxviij.

Tres negationes idẽ faciunt qđ duæ.

TRES ALIQVANDO negatiões nõ plus efficiunt q̃ duæ, collocatione ipſa dictionũ efficiẽte, vt nunq̃ mihi nec obfuiſti nec pfuiſti. Tres hic ſunt negationes, mutã primã negationẽ in mediũ, aut in poſtremũ, iã euaneſcet, quum ibi locũ non inueniat ſic. Mihi nec obfuiſti vnq̃, nec profuiſti, aut ſic. Mihi nec obfuiſti nec profuiſti vnq̃. Neſcis nec in pace, nec in bello viuere. Nec in pace nec in bello ſcis viuere. Ibi tres negationes ſunt, hic duæ, quum eadem ſit ſententia. Vereor, timeo, metuo, & ſi qua ſunt talia, idem efficiunt vel cum negatione vel ſine ea, vt vereor ne veniat, & vereor vt veniat, timeo ne moriatur, & timeo vt moriatur, more. Cicero. vt ne pro vt non. Metuo ne pereat. Et Terẽ. Apprime in vita vtile, vt ne quid nimis, pro ne quid nimis. Et quo miror Seruium ita ſcripſiſſe. i. Geor. Vnde male quidam hunc locum ſcribunt. Pater adeſt, caue ne te triſtem ſentiat. Siem hoc eſt, dicit, vide vt te triſtem ſentiat, nam & ne & caue prohibentis eſt. Neutiq̃ pro nequaq̃ & ipſum nequaq̃ & nuſq̃ & nuſpiam ſimplicem negationẽ indicant, Ideoq; vno verbo cõtenta ſunt, vt nequaq̃ veniam. Necubi vero duplicem, ideoq; duplex verbum poſtulat. Volo necubi mihi obuius fias, id eſt ne alicubi, vt ſicubi pro ſi alicubi, ſicũde pro ſi alicũde. Cætera quæ de natura negationem diſputari ſolent, in libros dialecticæ noſtræ cõtulimus, Quę ideo prętereimus, q fere nõ ſint ignota oratorib⁹, dialecticoꝝ vero nemini cognita. Illud tamẽ aduerbiũ huc illuc trãfferamus, Vir malus nulla laceſſitus iniuria ab amicitia recedit. Vir autẽ bonus nulla laceſſitus iniuria ab amicitia recedet vel recedat, neſcio tamẽ an liceret dicere recedit. Hoc loco eadẽ verba dãtur malo viro & bono, ſed tamen malus recedere ab amicitia intelligitur, bonus non recedere, & ille non laceſſitus iniuria, hic laceſſitus. Et haud ſcio

✱ Verba q̃ idem faciũt ſine negatiõe vel cum ea.

Vt ne.

Neutiq̃. Nequaq̃. Nuſq̃. Nuſpiã. Necubi

✱ Necubi pro ne alicubi. i. vt nõ in aliq̃ loco, & ſp duo verba poſtulat, vt iuſſit necubi mihi pſto ſis

an hoc ſit ſat.. ad hæc diſtinguenda dixiſſe, ꝙ alibi rem ſignificamus, alibi admonemus. Huic addamus vnũ in quo nõ pauci falli ſolẽt, vbi debeat geminari negatio, vbi nõ debeat, vt hoc exẽplo. Non modo ſtellę ſed ne luna quidẽ ad ſolẽ ſeruat ſplẽdorem ſuũ, recte dicitur. Itẽ hoc modo recte, nõ modo nullæ ſtellæ, ſed ne luna quidẽ &c. At quoties dictionibus adeſt quædã cõtrarietas, nõ poſſis tollere alteram negationẽ, vt hoc modo, nõ modo ſtellę non apparẽt, ſed etiã luna ad ſolẽ obſcuratur. Siue negatione geminata nõ recte loqueris, item non modo nõ abſoluo hunc, ſed nę leui quidẽ pœna cũ eo tranſigendum eſſe puto. Quidam tamẽ nuper ſcripſit ſic. Non modo abſoluẽdum hũc, ſed nec etiam grauiter puniẽdum puto, quum dicere debuiſſet, nõ modo nõ abſoluendum. Sunt enim diuerſa abſoluendum & puniendũ. Itẽ nõ tantũ non conſtanter, ſed etiam trepide & cõfuſe locutus eſt. Itẽ non tantũ incõſtanter, ſed fortiter & prope minaciter locutus eſt Male hoc ſcdm dixiſti dempta negatione. Erat eñ dicendũ. Nõ tantũ nõ incõſtanter. In qđ vitiũ incidit Boetius lib. iij. in Cice. Topica, dicens. Si nõ confuſe ſolum, verũetiam diſtributim & in ſuarũ partium proprietate noſcantur, dicendum erat nõ ſolum nõ cõfuſe. Diuerſum eſt eorum vitium, qui ad illud nõ modo, applicant ſed etiã, quum deberent applicare ſed ſaltẽ, aut ſed certe, aut ſed vel quale eſt Lactantij lib. i. Quis enim mentis emote nõ modo futura prædicere, ſed etiã cohęrentia loqui poſſit? Dicendum erat, ſed vel cohęrẽtia, aut ſed ſaltẽ cohęrentia, aut ſed certe cohęrẽtia poſſit loqui? niſi forte culpa librarij eſt. Ego vero in vtroq; nõ authorem, ſed tale genus orationis reprahendo.

Nõ ſolum qñq; poſt ſe neceſſitat ſe ne eſſia gitat.

Sed ſaltẽ. Sed certe. Sed vel.

¶Epitome capitis. cxxix.

¶Præcipiendo, aut optãdo indifferẽter fere dixeris veni, venito, venias, & venies ad me, ꝓhibendo aũt ne venias, aut ne veneris futuri tẽporis, nõ veneris præteriti eſt temporis, & negat. Poetę frequenter ne & non imperatiuo dant prohibẽdo, quod orator rariſſime. Ne autem ſecũdæ & tertiæ perſonis ꝓhibẽdo cõgruit, nõ vero primæ, vt nõ auſim, nõ auſis, nõ audeam, ne audeas ſecus loqui.

¶Omnia vero in textu notoria ſunt, ꝗ vt declarentur, addere poſſumus proſpiciendum eſſe ne diuerſos modos copulemus.

Præcipiendo venio ſub diuerſis tẽpibus ad expoſtulat.

¶Veni ad me, venito, venias, venies, ne venias &c. Cap. cxxix.

VENI AD ME, venito ad me, venias ad me, venies ad me. Scribe ad me, ſcribo, ſcribas, ſcribes, indifferenter pene his quatuor vtimur horum tamen vno in negatione, ne venias & altero quo in affirmatione nõ vtimur in hunc modum, nec veneris. Nam ipſum veneris duobus modis accipitur, vno modo ſubiũctiue, vt ſi veneris. vel quum veneris, altero ſine ſubiunctione ideo illud nõ eſt verbum principale, hoc eſt, vt ſi me iuueris, rẽ optimam feceris. Dimitte me & diuitem feceris. Aufer huic magiſtratum, & eũ iugulaueris. Eamus in portũ, iã naues venerint. Cic. At qui nobis gratiſſimũ (vt etiam pro Scipi. polliccar) feceris, ſi quo &c. Sciendum tamen eſt, ꝙ hæc omnia verba futuri ſunt temporis, veluti ſi ita commutemus, ſi abſtulero huic filiam, eum iugulauero nõ autem iugulauerim. Ego hoc videro, tu videris, vos videritis, quaſi hoc ego videbo, vel videam, tu videbis, vel videas. Ne veneris futuri item eſt tẽporis, nõ veneris præteriti, illud vetat, hoc negat qđ ſecundum cõmune eſt cum prima perſona & tertia, vt neq; vero crediderim, neq; vero fuerim in ea opinione qua cæteri. Et ſine negatione, improbe, dixerim, dixerit aliquis. Non veni, non fac, non iugula, apud oratores fere nunq̃, ſed apud poetas, vt Vergil. Ne ſeui magna ſacerdos. Et Teren. Ne nega. Liuius lib. ij. Craſtino die oriente ſole in aciem redite, erit copia pugnandi, ne timete. & Quintilia. Tu illã defende, arma ne relinque. Hic nos Quintilianus admonet ne pro illo ne feceris, dicamus nõ feceris, quia alterum negandi eſt, alterum vetandi. Ideoq;. Ne cum prima perſona ſingularis numeri nunq̃ cõiunctum inuenimus, ob eãdem cauſam ꝓpter quã imperatiuum caret prima perſona in ſingulari qa nemo ſibi ſoli aut imperat, aut vetat. Vnde frequẽter legimus ne timuerimus, ne timeas, ne timueritis, ne timeant, nunq̃ autem ne timeam, niſi ne provt nõ, ſed nõ timeã, non auſim, non ſperem, non timuerim non ſperauerim, non crediderim id ẽ timere, audere, ſperare, credere nõ poſſum, aut nõ debeo, ita in alijs perſonis, vt idẽ Quin. nõ expectes vt ſtatim gratias agat qui ſanat inuitus. i. expectare nõ debes. Nõ eñ eo modo hoc dixit, quo dicere ſolemus, quũ vetamus, ne me expectes amplius. Hic eñ negatio eſt, nõ vetatio, ita non expectaueris, & ne expectaueris, quorum alterum præteriti temporis eſt, negatq; alterum futuri, & vetat.

Ne veneris. Non veneris.

Ne cũ imperatiuo.

* Ne cũ prima perſona ſingularis nũeri ꝓhibẽdo nũq̃ cõiũctũ reperitur.

Nõ cũ prima pſona ne cũ alijs.

¶Epitome capitis. cxxx.

VEnuſte etiam poſt negationem ſequitur alia per ſi non aut niſi, vt late patet, in exemplis in textu citatis.

¶De negatione adhuc quod ad elegantiam pertinet. Cap. cxxx.

HOC QVOD ADHVC de negatione ſubijciã, ad ſolã elegantiã dicẽdi pertinet, quod quale ſit, ſubiectis exẽplis p ſe apparebit. Quinti. nõ eſt difficile vt maritũ vxor occidat, ſi nõ eſt difficilius vt filius patrem. Idẽ. Atq; eo cauſam dimittimus, vt nõ ſit abſoluẽdus adoleſcẽs, niſi etiã laudãdus. Idẽ. Quare nõ petit vt miſerũ putetis, niſi & innocẽs fuerit, non petit vt afflictũ alleuetis, niſi & ꝓbauerit ſeſe infeliciorem. ꝙ patrẽ amiſit q̃ ꝙ oculos. Seruius Sulpitius. Atqui amittere liberos malũ eſt, non malũ niſi hoc peius eſt ferre & ꝑpeti. Sallu. Parcite dignitati Lẽtuli, ſi ipſe pudicitię, ſi famę ſuę, ſi dijs, aut hoĩbus vnq̃ vllis pepercit, Ignoſcite Cethegi adoleſcẽtiæ, niſi iterum patriæ bellũ fecit. Titus Liuius lib. xxxi. Nam quod ad ea attinet quæ nobis obiecit, niſi gloria digna ſint, fateor defendi non poſſe. Oui. Nec tñ hæc ſeries cauſa ꝓſit achiui. Si mihi cũ magno nõ eſt cõmunis Achille. Huic ſimile eſt, quale apud eũdem. Mẽtior obſcurũ niſi quũ nox fecerit orbẽ. Nup honoratas ſummo mea vulnera cęlo Videritis ſtellas & Quint. Mẽtior, niſi quũ peregrinatio mea nos diduceret, maluit eſſe cũ matre, & iterũ. Aſſidere eñ cibos miniſtrare, manũ porrigere quilibet poterat. Mẽtior niſi factũ eſt, Idẽ verbũ apud Ambroſiũ eo

Negatio cũ niſi & ſi non.

dē mō poſitū tū in libris officiorū, tū ī hexamerō, tū
ī aliīs repies, & apd Cyprianū ad Donatū. Mētior,
niſi alios ꝗ talis eſt increpat, turpes turpis infamat.

Cyprian⁹ ad donatum.

¶Epitome capitis, cxxxi.

VTer viri nocui recte dicitur, vterqꝫ vtriqꝫ du
riter, neuter neutri nequaꝗ, vterqꝫ alteri, aut
neuter alteri rectiſſime. Et ſicut vter vtri, ita
quis cui etiam in aliīs caſibus.

¶Si quis dicat neuter neutrū percuſſit, ſenſus erit ꝗa
vterqꝫ vtrūqꝫ, hoc eſt & ſe & alterū, & ideo nō dicā
vterqꝫ vtrūqꝫ ꝑcuſſit, niſi ſe ꝑcuſſerint ambo, ſed vter
qꝫ alterū, quæ res elegantiā inuenit. Nā ſi vterqꝫ ſe
& alterū percuſſit, vere diceres vterqꝫ vtrūqꝫ percuſ
ſit, quæ res in cōſimilibus animaduertēda eſt.

¶Vter vtrū accuſat. Cap.cxxxi.

Vter vtrū vterqꝫ alterum &c.

VTER VTRVM accuſat latine dicitur
vt Cicero pro Milone. Vter vtri inſidias
fecerit, vterqꝫ vtriqꝫ vix anſem dicere, neu
ter neutri omnino nō dixerim. Terētius
in phormio. inquit. Quia vterqꝫ vtriqꝫ eſt cordi. In .x.
quoqꝫ cōmentario rerū a Cæſare geſtarum, ſiue ab
Hirtio, ſiue a Oppio (nam incertus author eſt) edi=
to ſic legi. Interim diſſenſione orta inter Achillam
& Arſinoan, quum vterqꝫ, vtriqꝫ inſidiarēt, & ſum=
mam ipſe obtinere vellet. Cice. autem & Quintilia.
quantum inueni, ſic nunꝗ locuti ſunt, quorum prior
ſic ait. Quorum vterqꝫ ſuo ſtudio delectatus contē=
pſit alterum poſterior ſic. Quum enim vterqꝫ alteri
obiīciat, palā eſt vtrūqꝫ feciſſe. Atqꝫ ſic dicendū eſſe
per illud frequētiſſimum probatur, alter alteri obiī
cit, alter alterum contēnit, alter alterum accuſat, al=
ter enim alterum nō ambo ambos accuſant, idem
dico de neuter, vt idem Quintilia. Ita fiet, vt quum
ęquali cura linguam vtrāqꝫ tueri ceperimus, neutra
alteri officiat. Quare peccauit tum amicus meus (ſi
amicos licet palam reprehendere) qui mihi nuper
ad ſe ſcribēti, vter vtri belliū intuliſſet, reſpōdit neu=
ter neutri, aut potius vterqꝫ vtriqꝫ, tum Priſcia. qui
li. ii. ait. Fiſcina vero a fiſco, an fiſcus a fiſcina, an neu
trum a neutro dubium eſt, debuerat dicere, an neu=
trum ab altero, nā quod ab ſe non deriuetur, ſuper=
uacuum eſt dicere. Sed dicendum tantum, ab alte=
ro, non autem a neutro, quaſi nec ab altero, nec a ſe.
Nec illud quidem ſileamus, vt dicimus vter vtri, ita
quis cui vt Vergilius. Quæ quibus anteferam. Et
Cicero, Quid cui proponendum ſit. Quintilia. Quid
quo loco ſit collocandum. Idē. Vt dubium ſit quid
quo referri oporteat.

✱ Vterqꝫ vtriqꝫ ē cordi terentiū dixiſſe valla ꝓbat cicero aūt & Quītilian⁹ nō ſūt hoc loqndi genere vſi.

✱ Priſcianū carpit Valla.

Quis cui. Cicero.

¶Epitome capitis. cxxxii.

¶Prius aduerbium ad tēpus reſpicit, prior ad per=
ſonam, vnde vtrūqꝫ dicere licet, ſed in diuerſo ſenſu,
vocaui te prius & prior, immo & priorem.

¶Vocaui te prius, vocaui te
prior. Cap.cxxxii.

Prius & Prior.

VOCAVI TE PRIVS, non eſt idē
quod prior. Illud ſignificat tempus,
quaſi prius ꝗ nunc vel tunc, hoc vero
perſonā id eſt ego duorū prior. Et hoc
quando duo ad vnū referuntur. Siqui
dem ego & hic te vocauimus, ſed ego prior, hic aūt
poſterior, idem fit quum vnus ad duos refertur. Vo
caui te priorē, melius ꝗ prius, illum autem poſterio
rem, melius ꝗ poſterius. Per paſſiuū quis iam hoc
dicere nequeat? vocatus es a me prior, ſi duo eſtis,
vocatus es a me priore, ſi duo ſumus. Eadem ratio
eſt ſuperlatiuorum primus & poſtremus, & ſi qua
ſunt alia. Vocaui te primus vel poſtremus, ſi multi
ſumus, vel vocaui te primum vel poſtremū, ſi mul=
ti eſtis. Nōnūꝗ ex neutra parte ſunt duo, ſed vtrinqꝫ
ſinguli, & tamē per hoc idē cōparatiuū loquimur,
vt vocaui te prior, percuſſi te poſterior, ſupple ꝗ tu
me. Nōnunꝗ hic vnus eſt, illic plures, vt vocaui vos
prior ſupple ꝗ vos me, vocauim⁹ priores, ſupple ꝗ
tu nos. Idē de ſuperlatiuo, vbi multa mēbra ſunt, vt
primi nos venimus, vos poſteriores, ille vltim⁹, pri=
mus ego intraui vallum, tu ſerior, illi tardiſſimi.

¶Epitome capitis. cxxxiii.

VErba ad accuſationē & dānationem perti=
nentia regunt crimē & pœnam in genitiuo
aut ablatiuo, exceptis his dictionib⁹ altero,
neutro, vtroqꝫ, & ambobus quas in ſolo ablatiuo
regunt. ¶Cauſam nōnulli putant, ꝙ dicēdo argue
te furti & parricidiī, ſubintelligatur crimine, cui cō=
formari debeat adiectiuū dicēdo vtroqꝫ, vt ſit vtro=
qꝫ crimine & furti & parricidiī, aut neutro, aut alte=
ro, aut ambobus, ſcilicet criminibus, ſiue autē id di=
camus, ſiue quia authoribus placuit ita loqui, obſer
uanda eſt peritorum conſuetudo.

¶Tenetur ne ſacrilegiī, an furti, an
vtroqꝫ? Cap.cxxxiii.

SI QVIS FVRETVR rem ſacram
de profano, tenet ne ſacrilegiī, an furti,
an vtroqꝫ? non autē an vtriuſqꝫ, qui ſuſtu
lerit rem ſuam de ſacro, furti ne tenetur,
an ſacrilegiī, an neutro? nō autē an neu=
trius. Accuſare hūc potes, vel furti, vel ſacrilegiī, vel
de vtroqꝫ, vel de ambobus, non autem vtriuſqꝫ, aut
amborum. Condēnare nō licet de vtroqꝫ, ſed de al=
tero, vel furti, vel ſacrilegiī, nō autē, ſed alterius, vel
furti, vel ſacrilegiī. Cur ita fit, vt demus varios caſus
eidē verbo, præſertim ſub cōiunctionibus quę eoſdē
coniungere debēt caſus? Nēpe ꝙ nomina peccato=
rum cum huiuſmodi verbis idem valent in geniti=
uo qđ in ablatiuo præpoſitionē habente vel nō ha=
bente, non idē in cæteris. Neqꝫ hoc in his modo no=
minibus, quæ certum peccatum ſignificāt & ſpecia
le, ſed in iīs etiam quæ generale & incertum, vt Cice
ro. An nō intelligis primum quos homines & qua
les viros mortuos ſummi criminis arguas? & iterū.
Sceleris atqꝫ nefariī parricidiī condēnauimus? Per
hæc verba licebit tanti & quanti quum ſubſtantiuis
adiunguntur, per genitiuum vti, vt quante pecuniæ
condēnaſti? tāte ſummę dānaui quante poſtulaſti.
Liuius lib. xlvii. Sed nequaꝗ tantū relictū eſt, quan=
tę ſummę dānatus fuerat.

Verba accuſandi & dānandi.

✱ Eidē verbo cur varios caſus dam⁹ pſertim ſub cōiūctionib⁹ ꝗ eoſdē caſus cōiūgere debent.

¶Epitome capitis. cxxxiiii.

Impleo. Refercio.

IMpleo & refercio ablatiuum ſine præpoſitio=
ne regere poſſunt, aut mediante præpoſitione
de, quæ tunc neceſſario additur, quando ſignifi
catio eam exigit. Regunt etiam genitiuos, ſed vſita
tius eorum nomina, vt plenus gratiæ, referto præ=
donum mari.

¶De verbo eſt illud Verg. Æneid. i. Implētur veteris
bacchi, pinguiſqꝫ ferinę. Sunt & alia nomina geni=
tiuū aut ablatiuū regentia, vt pauper, egenus, inops
diues, locuplēs, abundans & ſimilia.

¶Impleo & refercio ablatiuum poſtulant. Cap.cxxxiiij.

Impleui nauē de oī genere frumēti potiꝰ ꝗ oī gñe. ⁜Cicer. ꝓ Cor. Quod eis rebꝰ vrbē Italiāꝗ referſerūt.

CONTRARIVM PROPE huic eſt quod ſubijciam, Impleo & refercio, & ſimilia verba ablatiuū ſine præpoſitione poſtulant, vt impleui nauē frumento, & referſi apothecam vino, & tamē aliquādo addimus illā præpoſitionē de, ſic, impleui nauē de omni genere frumēti, & referſi apothecā de varia natura vinorū. Vixꝗ auſim dicere impleui nauim omni genere frumēti, & referſi varia natura vinorum, hoc qđ dicimus exēplo cōprobandū eſt. Ci. de Ora. Qđ ſi tantā vim rerum maximarū arte ſua rhetorici amplecterētur quærebat cur de prooemijs & de epilogis & de huiuſmodi magis (ſic enim appellabat) referti eſſent eorū libri. Hic nequaꝗ licuiſſet ſine præpoſitione loqui. Non enim libri illi referti ſunt prooemijs & epilogis, ſed pceptis prooemiorum, & epilogorum, ſicut in ſuperioribus. Non eſt nauis impleta omni genere frumēti ſed frumento omnis generis, neꝗ apotheca referta omni natura vinorū, ſed vino omnis naturæ. Quia de refercio & impleo mentionē feci, dico hoc amplius de refertus & de plenus, exēplum quod modo attuli, oſtēdit refertus poſtulare ablatiuū ſicut impletus, ſicut vacuatus, ſicut vacuus. Idem tamē Cice. ait pro lege Manilia. Referto prædonū mari. Et pro Placio. Audierā refertā eſſe Græciā ſceleratiſſimorū hominum ac nefariorum. Sed nūc tranſit in nomen. tametſi cætera huiuſmodi nomina ablatiuū ſemper habēt vt vacuus incolis, nō incolarum, frequēs populi, non populorū, præterꝗ plenus, cui Cice. ſemper gtm̄ dedit. De cæteris authoribus nō poſſum in vniuerſum pnunciare, quū multi etiā ſui ætatis ablatiuū dederat Var. lib. i. rerū ruſticarū. Nihil ſua itereſſem, vtrū his piſcibus ſtagnū habeat plenū, aut ranis, & Salluſt. ī Iugurthino. Quæ qq grauia & flagitio plena videbātur, tamē quia mortis metu mulctabātur, ſicut regi libuerat pax conuenit. Suo itaꝗ arbitrio ſcriptores vtuntur. Poſteriores vero homines, vt hoc nomē nouiſſimus pro vltimo, ita etiam plenus vino dixerunt, non ſolum plenus vini. Quare qui ſolo genitiuo contentus erit. Ciceronē imitabitur, qui vtroꝗ caſu vtetur, cæteros. Sed mutando habebit & venuſtatis rationē & lucis Quod vel ex proxime exēplo oſtenditur. Aue gratia plena. Ego ad euitandā amphibologiā dixiſſem. Aue gratiæ plena, quēadmodum in alio, eſt factum, vbi nō erat ambiguitas plenum gratiæ & veritatis, licet diuerſa verba hic ſint atꝗ illic, in altero eſt κεχαριτομενη in altero ϖληρης χαριτος καιαλιτθας. Liuius vt nomini plenus dat etiam ablatiuum, ita verbo impleo dat etiam genitiuum, vt in .v. Ipſe multitudinem quoꝗ quæ ferme ſemper regenti eſt ſimilis, religionis iuſtæ impleuit.

Refertus Plenus.

Plenꝰ frequētiꝰ gtō iūgi apud ciceronē ꝗ ablīō reperitur.

¶Epitome capitis.cxxxv.

POtior nunc ablatiuum regit omniū dictionum, præter genitiuū rerum, in quo ablatiuus imperio aut dominio ſubaudiri videt, olim etiā accuſatiuū rexit, exponiturꝗ per obtinui, eſt enim de rebus quæ molimine & conatu obtinētur, & tam tertiæ ꝗ quartæ cōiugationis reperitur.

¶Potior & genitiuum & ablatiuum habere poſſe. Cap.cxxxv.

Potior re[illegible]

POTIOR HOS EOSDEM caſus habere poteſt, ſed cū cæteris frequentius ablatiuū, cū hoc nomine res fere ſemper genitiuū, vt Lacedemonij rerū diu potiti ſunt. i. rerum imperiū diu tenuerūt. In alijs nominibus magis ſignificatio exponitur per obtinuerunt ꝗ per tenuerūt, vt potitus ſum victoria, ſum potitus amica. i. pugnando vel laborādo obtinui victoriam vel amicā. In præſenti tēpore plerūꝗ pro fruor. Cicero. Qđ ſi his voluptatibus bona ætas fruitur libentius, primū paruulis fruitur rebus, vt diximus, deinde his quibus ſenectus etiam ſi nō abūde potitus, nō omnino caret. Pro eodē poſuit fruitur ac potitur, at potitur pro potius eſt præſertim more hiſtorico legimus. Potior a potis deſcēdit, ideoꝗ illi in ſignificatione ſimillimū eſt, nam ſum cōpos mētis, compos animi, compos rationis, compos ſanitatis, qꝺ hæc habeo. At compos voti, compos victoriæ, cōpos optati, qꝺ hæc opera mea atꝗ labore obtinui, obtineoꝗ. Illud tamen ſciendum eſt apud Ouidium in .xij. ſic legēdum. Tuꝗ tuis armis, nos te poteremur Achille, nō potiremur, antepenultima breui nō longa, a tertia ſcilicet nō a quarta cōiugatiōe.

⁜ Potior modo tertiæ mō quartę coniugationis eſt.

¶Epitome capitis.cxxxvi.

¶Traijcio tam virtute præpoſitionis ꝗ verbi accuſatiuum regere poteſt, vnde interdum duos ſimul regit, ſed in diuerſo ſenſu.

Traijcio.

¶Traijcio. Cap.cxxxvi.

TRAIICIO EXERCITVM, id eſt traſporto exercitum trās mare, aut trās flumen. Traijcio mare vel flumen, id eſt tranſeo. Aliquando vtrūꝗ coniunctim vt Liuius. Traiecit copias Hiberum, & Planus. Traieci exercitium Iſaram.

⁜Plancus Cice. Exercitū ad calēdas maias Rhodanū traieci.

¶Epitome capitis.cxxxvij.

¶Do tibi literas ad alium perferēdas, vt reddas, do ad te literas, vt lecturus accipias.

¶Do tibi literas, do ad te literas. Cap.cxxxvij.

DO TIBI LITERAS tanꝗ tabellario, do ad te literas ſcilicet ad te pferendas. Aliquando hæc duo cōiungūtur, vt Cice. Dedi illi ad te literas. Et Sallu. Vulturtio literas ad Catilinā dat. Ergo qui mittit literas, dat cui literæ dātur ſi perfert eius, reddere dicitur, ſicut ille ad quem dantur accipere.

¶Epitome capitis, cxxxviij.

EO ad villam & in villam pro eodē dicimus ſed cōfero in patrem & ad patrē minus differēter, nam illic eſt beneficium & donatio, hic obſequium aut ſola perlatio.

¶Eo in villā, eo ad villā. Cap.cxxxviij.

Eo in & cōfero in.

EO IN VILLAM, & eo ad villā, pficiſcor in campū & ad campū, cōfero me in agrū & ad agrū idē ſunt, itē & in ſimilibus, præterꝗ in hoc vltimo verbo quoties, refert ad perſonā. Dicimus em̄ cōtuli me ad Catonē, & cōtuli me ad patrē. Nō aūt in Catonē & in patrē, ad diſtinguēdā vi ſcilicet ſignificationē. Nā quū dico cōtuli in pſonā, non poſſum addere alterā pſonā velut me, ſed velut bñficiū

⁜Contuli me ad Catonem, & cōtuli mul ta ī catonē

eritqꝫ ſignificatio donationis, vt multa contuli ĩ Catonem .i. donaui. Nemo in patrẽ poteſt tãta bñficia cõferre, quanta contulit pater in filiũ.

¶Epitome capitis .cxxxix.

REfero tibi .i. recito & enarro, refero ad te .i. in conſultationẽ tuã fero, & iudiciũ tuũ poſco plerunqꝫ ſignificat.

¶De refero tibi, & ad te. Cap. cxxxix.

Refero illi & ad te

✻ Dicim⁹ etiã (vt Calepino place) de oĩb⁹ retulit ad ſenatum

RETVLI MIHI ET RETVLIT ad me ita differunt .i. narrauit, hoc vᷓo in cõſultationem tulit, vt Quint. Relatur⁹ vobis iudices ordine malorꝫ meorũ euentũ, quẽ nemo tam crudelis, nemo tam ſæuus audiet vt me nõ paſcat ſed hoc nemini ignotũ eſt. Item. Vultis ſcire iudices nihil ĩpatiẽtia charitatis feciſſe patrẽ? nõ retulit ad matrẽ, nã ꝓpinquos cõſuluit, nõ amicos. Cic. ĩ Cati. Refert, inqꝫ, ad ſenatũ .i. fert in cõſultationẽ ſenatus Ver. iij. æñ. Delectos populi ad ꝓceres primũqꝫ parentẽ Monſtra deũ refero. Et ne dubitares de ſenſu ſermonis huius, more ſuo aperuit ſubiungens. Et q̃ ſit ſnĩa poſco. Paulopoſt Surge age, & hæc lætus lõgæuo dicta parenti. Haud dubitãda refert. Sũt eñ deorũ verba, nõ cõſiliũ ab Anchiſa petẽtiũ, ſed illũ qd agẽdũ ſit docẽtiũ. Ideoqꝫ additur illud haud dubitãda. Porro vtraqꝫ harũ ſnĩarũ in vᷓbo verſatur, aliqñ ẽt in facto, ſed diuerſa ẽ ſignificatio, vt Quinti. Ad patrẽ arma nõ retuli .i. reportaui. Et Cice. Si ad vnũ oĩa referenda ſunt, digniſſimũ eẽ Põpeiũ, hoc eſt ſi in vnũ oĩa cõferenda ſunt, de re ĩtelligitur nõ de oratiõe. quale eiuſdẽ illud eſt Cice. pro Deiotaro Qui rumores ad ſe referrẽt, & quale eſt Cæſaris. Vt q̃ diceret Ariouiſtus, cognoſcerent, & ad ſe referrent Hic de verbis agitur, & tñ nõ ſignificatur ferri ĩ cõſultationẽ, ſed poti⁹ narrari & renũciari mãdata ab altero data. Præterea hic ſolet adhiberi actũs vł nominatiu⁹. Ibi crebro (in ꝓſa pſertim) ablatiuus cum præpõne de, vt de oĩbus his referã ad ſenatum. Oĩa autem hæc referam ad ſenatum rarius dicitur, tñ ſignificat idẽ quod in ſenatorum cõſiliũ feram.

Refero cũ ad præpoſitione accuſatiuo interdum ſignificat reporto.

¶Epitome capitis .cxl.

Interdico

INterdico tibi aqua & igni, potius, q̃ aquã & ignẽ, & interdictũ eſt tibi aqua & igni, poti⁹, q̃ aqua & ignis: interdict⁹ eſt tibi, ſed ſic quoque reſoluere licet, aut tertio ſic. Tu interdictus es aqua & igni. Sũt aũt tres modi reſoluendi actm̃, dũ actiuum mutatur in paſſiuũ. Vnus ſic: Dedi tibi equũ, equus dat⁹ eſt tibi a me. Secũd⁹ ſic. Docui te muſicã tu a me doct⁹ es muſicã, nõ muſica docta ẽ a te. Terti⁹ dũ vterqꝫ reſolui poteſt, vt rogaui te veniã .i. tu rogatus es a me veniã, vel venia rogata eſt ex te a me ¶Animaduertendũ ergo ꝙ homo dicetur doctus nõ res quã didicit, & veſtitus nõ ipſa veſtis, & indutus potius q̃ indumẽtũ. Mãcinell⁹ probat interdico etiã cũ accuſatiuo cõſtrui his verbis, interdico tibi aquã & ignẽ dici etiã poſt ſe oſtendunt. Iuſtinus libro v. Et cui añ omnẽ hũanam opem interdixerat. Seneca ep̃ſa .lxvij. Interdices mihi inſpectionẽ rerum naturæ. Oui. lib. vi. Metamor. Cui quondã regia cõiunx orbem interdixit. Valeri⁹ Maxim⁹ lib. ij. Interdixit etiã ei conuictum hominũ vſumqꝫ balnearũ, armaſqꝫ equitum quibus præfuerat, ademptis eqs

in funditorũ alas tranſcripſit. Neſtor addit & aliorum exempla, vt Suetonij in Nero. Et quum interdixiſſet vſum amethiſtini ac tyrij coloris, præcluſit cunctos negociatores. Seneca libro tertio de ira. Si iubes Cæſar ſtatim illi domũ meam interdicam.

¶Interdico tibi aqua & igni. Cap. cxl.

Interdico.

Modi actiuorũ reſoluendi.

✻ Interdico q̃ñqꝫ ſignificat obſtare, & tunc dũtaxat datiuo cõſtruitur. Cic. in ver. actio. iiij. Nemo noſtrũ poſſet ædes ſuas, nemo fundũ, nemo bona patria obtineri, ſi cũ hæc a quopiã veſtrũ petita ſunt, pr̃ improbus cui nemo interdicere poſſit, det quem velit iudicem.

INTERDICO TIBI AQVA, & igni, nõ aũt interdico tibi aquã & ignẽ neqꝫ interdico te aqua & igni. Quo autem modo mutabitur in paſſiuum hęc oratio? Sunt tres modi (quãtum colligere poſſum) mutandi actiuum in paſſiuum. Vnus vbi adeſt ſolus accuſatiuus ab eo in nominatiuum mutato incipiendi, vt dedi tibi equum, equus a me tibi datus eſt. Alter vbi ſunt duo accuſatiui, alterum in nominatiuum conuertendi alterum relinquendi, vt docui te muſicam, tu a me doctus es muſicã, non autẽ muſica docta eſt a me te. Tertius vtrumlibet horũ accuſatiuorum mutandi in nominatiuum, alterũ vel relinquẽdo, vel in ablatiuum cum a vel ab trãſferendo ſic. Ego rogaui te veniam, tu rogatus es a me veniam, vel venia abs te rogata eſt mihi, licet per hoc ſecundum tu magis videaris rogaſſe pro me, q̃ ego te. Quem horum modorũ huic verbo tribuemus? Nullum, & tamen ſunt tres iſti ſimiles, vnus hic eſt, tibi interdictum eſt aqua & igni, quod eſt frequẽtiſſimum. Alter hic, aqua & ignis tibi interdictus eſt, vt Liuius libro octauo. Interdictumqꝫ populo Antiati mare. Quod ſi eſſet mari, prioris modi foret exemplum. Tertius hic, tu interdictus es aqua & igni, ſed tamen hic modus eſt cæteris rarior. Metellus Numidicus. Illi vero omni iure atqꝫ honeſtate interdicti ſunt, ego neque aqua neque igni careo.

¶Epitome capitis .cxli.

Tres modi mutãdi accuſatiuum dũ actiuũ mutatur ĩ paſſiuum.

PLuit apud peritiores ſuppoſito caret, pro appoſito vero ablatiuo gaudet, licet alijs caſib⁹ vulgo iungatur. Ningit tam ſuppoſito, quã appoſito .id eſt, caſu, tã anteriore, q̃ poſteriore caret. ¶Dico ablatiuo gaudet. Nã etiam alios caſus recipit, vnde Mancinellus. Pluit ſanguis vel lapis, pluit ſanguine & lapidibus, pluunt lapides in nominatiuo ſcilicet. Et deus pluit aquam recte dicitᷓ. Tibullus lib. ſecundo Multus vt in terris deplueritqꝫ lapis. Statius libr. viij. Thebaidos. Saxa pluunt. Plin. libro ſecundo. Præter hæc inferiore cælo relatum in monumenta eſt lacte & ſanguine pluiſſe. Ibidem Effigies quæ pluerat, ſpõgiarũ fere ſimilis fuit. Plautus in muſtel. Venit imber, lauit parietes, perpluũt tigna, putrefacitqꝫ operã fabri. Ibidẽ. Quam mihi amor & cupido in pectus perpluit meum. His igitᷓ patet pluit habere ſuppoſitũ nomĩatiuũ vel ablatiuum. Et deus pluit carnem, & huiuſmodi dicendi genus, nõ ſolũ nunc dici, ſed a Plauto quoqꝫ. Hæc ille, nihil tñ Plautinũ in approbationẽ dicti ſui citat. Nã aliud eſt de pluere & pplue e, aliud pluere Multa enim cõpoſita actiua ſunt, quorũ ſimplicia abſoluta, Itaqꝫ apud Tibullũ deplueri, eſt quaſi ceciderit deorſũ in morẽ pluuit. Perpluit aũt ẽ p mediũ pluit. Vñ in Plauto pplũt tigna, ſignificat ꝙ p mediũ tignorũ pluit, nec ẽ actĩ caſus dictio tigna, ſed nti, ſicut amor & cupido in pectus pplũit meum.

Pluit.

Mãcinel.

¶De pluit & ningit. Cap. cxli

Pluit.
*Pluit.inquit Calepi⁹.qnñq ſuppoſitũ habet,ſed nõappoſitũ. Hiero. ĩ Gẽn. Nõ eñ pluerat dñs ſup terrã Pluit Ningit

PLVIT CARET SVPPOSIto habens appoſitũ ablatiuũ,vt Liuius Nunciatum eſt in Albano lapidib⁹ pluiſſe,licet nunc dicamus.Deus pluit carnẽ pluit mãna,pluit eſcã.Ningit vero ſuppoſitum & appoſitũ reſpuit.

¶Epitome capitis.cxlij.

DEcet,iuuat,& conducit,pro vtile eſt,nõ plane ſunt ĩperſonalia,quia ĩterdũ habẽt ſuppoſitũ etiã pluralis numeri,quin adeo ſi in finitiu⁹ ꝓ ſuppoſito conſtruaẽ,fere ꝑſonalia fuerit. Explicit & expliciũt,in doctoꝝ vſu non ſunt.

¶Vt,decet me cantare,cãtare me decet.Et in hymno.Talis partus decet deũ. Pro explicit,aũt dicunt nonnulli explicitum eſt.

Ioan. Theo.

¶Martialis in Apophoretorum principio.Verſib⁹ explicitum eſt omne duobus opus.

¶De decet,iuuat,& cõducit. Cap.cxlij.

Decet. Iuuat. Conducit

DECET IVVAT CONDVcit , pro vtile eſt, & ſi qua ſunt alia. nec perſonalia ſunt plane,nec imperſonalia,quum habent numeros. Hæ veſtes decent nos,ibi iuuant te , ſtudia ſecreta maxime conducunt.Explicit expliciunt non ĝ(quod ſciã) legi.

Explicit.

¶Epitome cap.cxliij.

AVſculto & audio,aut potius audiens,ſignificãtia obedire,datiuũ regunt:ſignificãtia auribus capere,accuſatiuũ.¶Vt fili ſi mihi auſcultare voles,eris mãdatis diuinis audiens.

¶Auſculto te,auſculto tibi. Cap.cxliij.

Auſculto te Audio te & tibi Teren.in An.Pãphilũ ne adiutem,an auſcultẽ ſeni. Audio cũ dtõ iungiẽ ſemꝑ pro obedio vſurpatur

AVSCVLTO TE AVDIO te auſculto tibi,obtẽpo tibi,ſũ audiẽs te, ꝙ te audio ſũ audiẽs tibi,ꝙtibi obedio vtlex xij.tabularũ apd̃ Quĩt.Filiũ min⁹ dicto audientẽ liceat abdicare.Cice.in Philip. Et audiens eſſet huic ordini.& pro Deiotaro. Aut qui dicto audientes in tanta re non fuiſſent.Cũ verbo reperiſſe apud ſcriptores pro ſe oratiõis tale loquendi genus non memini,ſed apud Plautum in comœdia quæ inſcribitur captiui duo Memini quũ dicto haud audiebat,facto nunc lædat licet.Hic eſt quare vnum obedio ex cõpoſitis ab audio poſtulat datiuum.

¶Epitome capitis.cxliiij.

DOno tibi munus notum ẽ,dono te hoc munere,aut pmij,aut beneuolentiæ,aut miſericordiæ gratia.¶Sunt & alia quæ ſic accuſatiuum cũ ablatiuo regunt,vt beo , digno,accumulo,augeo,doto,dito,locupleto,beatifico ,ſed non ſic datiuum regunt,vt dono & impꝛtior,vt plurima ſalute te impꝛtior,& impertior tibi plurimã ſalutem

¶Dono tibi mun⁹,dono te munere Cap.cxliiij.

DONO TIBI MVNVS NOtum eſt quid ſignificat,dono te munere,plerũ[...]oremij gratia,ſed iterdum admirat[...]nis,interdum beneuolẽtiæ, interdum miſericordiæ. Cic.pro Archia.Scylla quum Gallos & Hiſpanos ciuitate donaſſet,videlicet in pmium.Quę exempla ſunt plurima,vt militaribus donis,corona vallari, immunitate donat⁹ ſum.Idem pro codẽ.Itaq ſi ciuis Ro. Archias legibus nõ eſſet,vt ab aliquo impatore ciuitate donaretur,pficere nõ potuit. Certe impator nõ remuneratiõis cauſa, Archiã ciuitate donaſſet, ſed admiratione ingenij & bñuolentia. Verg. Nemo ex hoc numero mihi nõ donatus abibit. Nimirum nõ pmij gr̃a,nã tres præmia primi accipient. Bñuolentiæ ergo nõ meriti illorum gr̃a, quum poſtremi nihil oĩno mereaẽ.Quale ẽ Valerij maximi li.ij.Rex Anthioc⁹ bello qđ cũ Romãis gerebat,filiũ Scipionis a militib⁹ ſuis interceptũ honoratiſſime excepit,regijſq muneribꝰ donatũ vltro & celeriter patri remiſit,vtiq amicitię gr̃a.Et Amphitriõ apud Plautũ.Vere ita animatus fui , itaq nũc ſum vt ea te patera donẽ,& paulopoſt Alcmena,ĩquit, Paterã profecto feras,qua hodie meus vir donauit me.In quorum vtroq ſola in donando beneuolentia declaratur.Idem Plautus in Aulularia. Dij immortales qb⁹ & quãtis me donatis gaudijs. Quĩt. in Gladiatore. Quod me facere conuenit,qui per maria latrocinijs infeſta petitus ſum ſolus,qui lucẽ libertatẽ,deniq quicquid pati debeo nõ ignar⁹(vt primo natalis horæ tẽpore)ſed videns ſentienſque acceperim,nec ſolum Donat⁹ his bonis , ſed ſũmis piculis liberatus ſum.Verba ſunt hoĩs exaggerantis beneficia amici,vt ſe maxime illi oſtẽdat obſtrictũ.Sola ergo fuit ratio bñuolentiæ.Idem in pariete palmato. Quã blande ille ſe poſuit miſerũ ſuũ,ꝗ diligenter vxoris gaudentis excluſit oculos,ꝗ multo cæcũ pudore donauit.Hic habita ẽ miſericordiæ rõ.Sueto.in vita Aug.Et nec numerẽ quot & quos diuerſarum partium venia & incolumitate & donatos.Cornelius nepos de vita Attici.Auxit hoc officiũ quoq liberalitate.Nã vniuerſos frumẽto dõauit profecto clemẽtiæ,nõ remunerationis gratia.

Archias ciuitate donatus ĩgenij admiratione

¶Epitome cap.cxlv.

INcumbo oẽs dictiones in dtõ regere põt, ſed eas quoq in accuſatiuo mediãte in,vel ad,quę ad ſtudiũ animũq pertinent. Incumbo

¶Vt incũbo remis & ſtudijs. Incũbo in ſtudia vel ad ſtudia,non autẽ ad remos vel in remos. Cauſa diuerſitatis videtur,quia dicẽdo ad ſtudia literarũ, videtur ſubaudiri datiuus,vt incũbo curis aut vigilijs aut pluteo,ad ſtudia literarũ,ſed modica ẽ ratio Potior aũt eſt rõ authoris qa in rebus ad animum ptinẽtib⁹ metaphoricos loqmur,vt ſit incũbo quaſi inuigilo,aut ĩnitor.Calepin⁹ aũt affert exẽplũ , vbi Cic.incũbo in rẽpu.dixit,vt ad Cornificiũ.Te tamẽ hortor vt oĩ cura ĩ rẽpu.incũbas.Vultq vt aſcedẽte tã tacite,ꝗ expſſe adiectiuo ſeu noĩali ſeu participiali & mediante ꝑpõne accuſatiuo ſit locus vt apd̃ Cice.pro .L.ſylla.Neminẽ eſſe ex illo honoris gradu,qui non oĩm ſtudio,virtute,authoritate,incubuerit ad rempub,cõſeruandam. Calepinus

¶De incumbo Cap.cxlv.

INCVMBO STVDIIS, ET incumbo remis.Vergilius. Validiſque incumbite remis. Incumbo in ſtudia , & ad ſtudia,ſed non incumbo in remos & ad remos.Cicero.Pergite adoleſcenter,& in hæc ſtudia in quib⁹ eſtis,incũbite.Et alibi. Quare incũbam⁹ o nr̃ Tite,ad illa pclara ſtudia,& eo vñ diſcedere nõ oportuit,aliqñ fuertamur.Neq hoc ĩ bonũ tm̃mõ accipiẽ,ſed etiã in malũ,vt idem

Incumbo.

* Incũbo in malum accipitur

Mar.Catoni incũbenti ad eius perniciẽ.Sed illud incũbite remis,nõ eſt per tranſlationem dictũ,vt hic. Nã vt quũ remiges incumbunt remis, vel quũ nos operi faciundo incubimus toto pectore,ſignificatẽ diligẽtia & conatus,ita & cũ acutius quid mẽte agimus,incũbere dicimur,quẽadmodũ ecõtrario ſupini dicuntur qui negligenter agunt.

¶Epitome capitis.cxlvi.

NOnnulla verba in diuerſo ſenſu datiuo & accuſatiuo cõſtruuntur plura in eodẽ,ſed accuſatiuo fere miniſterio præpoſitionis, per quã quædã etiã ablatiuo congruũt. In diuerſo igitẽ ſenſu dicimus,metuo,timeo,& formido tibi & a te.Nam tibi quaſi amico, hoc eſt ꝓ te,& incõmodũ tuũ, ne quid tibi mali accidat,ſed te tanq̃ inimicũ, ne quid in me moliaris. Cedo tibi.i.locũ do & cõcedo,cedo te,id eſt flagello, aut occido. Accedo tibi adijcio & aduenio,accedo te.i.aggredior. Cõduco tibi.i. vtilis ad aliquid ſum,cõduco te.i.ſimul duco.Cõuenio tibi.i.cõſentiẽs ſum aut cõmodus,vnde cõuenio tecũ etiam dicitẽ,cõuenio te.i.cito aut cõpello aut cõgredior.Inceſſo tibi.i.inijcio aut ſuborior,inceſſo te.i.peto & cedo.Nec eſt p̃teritũ a verbo incædo,vt in marginibus falſo notatũ inueni,ſed verbũ inde forte deductũ terminatũ in ſo.Sic differẽter dico,do cuſtodi equũ,& equo cuſtodẽ,atq; alia multa. In eodẽ autẽ ſenſu,ſed in diuerſis caſibus dicemus.Inſum tibi, & in te.Similis tui & tibi,ſed tui volũt ad mores & ſubſtantiã reſpicere.Partio huic rei & in hanc rem labores.Naſcor huic rei & ad hanc rẽ.Aggrego & aſcribo & annumero te his,& ad hos,& in numerũ horum.Propriũ & cõmune his ac horũ.Particeps his & horũ & cum his.Celo te hanc rem & de hac re. Cõmoneo & admoneo te hanc rẽ & huius rei. Impleo vas vino & vini.Diues auri & auro,atq; innumeralia.Oĩa enim cõpoſita cũ prępoſitione datiuũ regentia poſſunt appoſita prępoſitione præpoſitionis caſum regere, vt cõparo,cõfero, cõpono tibi & tecum.Omnia enim ad pugnã vt certo,pugno,contendo,congredior tibi & tecum.Omnia datiuũ localem regentia,vt infero latio & in latiũ,de quibus late Mancinellus in theſauro & nos in grãmatica noſtra diſputauimus.Sed vt authoris verba explanem,cõmendo te regi.i. cõmitto,credo & humanitati ac beneuolẽtiæ eius, mando cõmendo te apud regẽ aut in ſenatu.i. laudo. Dimitto te abiens. id eſt derelinquo,& dimitto te vt abeas.i.ſoluo. Impẽdo, inſudo,inſiſto,innitor,inhio,intẽdo,impertior, huic rei & in hanc rem.Reſpondeo,ſcribo, loquor,pertineo,attineo tibi & ad te,ſed potius ad te p̃ter reſpõdeo,qđ etiam datiuo nõ inepte iũgitẽ, ſed finẽ facio.

* Siſis tui in moribꝰ, ſimilis tibi in forma vel ætate iſta tñ q̃nq; confundunt.

¶De timeo te,timeo tibi,commendo, cedo. Cap.cxlvi.

TIMEO TE tanq̃ inimicum, timeo tibi tanq̃ amico.Illic tanq̃ offenſus ſis,hic tãq̃ defendendus.Commendo te regi.i,committo,cõmendo te apud regem.i.laudo. Cedo tibi,vnde & concedo tibi pro non repugno tibi,facitq; præteritum ceſſi,cedo te ꝓ flagello te,cuius præteritum eſt cecidi pro flagellaui, & ſupinum ceſum. Vnde ceſus vel qui flagellatus eſt vel qui amputatus eſt ſiue occiſus,raro pro occido hoc verbum accipitur.Ci.in Philip.Cędit greges armentorum. Dimitto te diſcendens.i.relinquo,dimitto te diſcendentem ideſt abire permitto, vel dimitto te,ideſt mitto,inde dimiſſi legati dicuntur. Inceſſit mihi cupiditas,id eſt ſubijt.Inceſſit me ille, id eſt me offenſurus,me petit & accuſat.Ineſt huic loco & ineſt in hoc loco.Primum apud Quintilianũ cæteroſq; frequentius. Ait enim. Verum hoc melius faceret natura ipſa duce,ſed naturis ipſis ars inerit.Secundum apud Ciceronem frequentius, vt ibi. Illud enim honeſtũ qđ ſæpe diximus,ſi in alio cernimus, tamen nos mouet, atq; illi in quo id ineſſe videtur amicos facit.Comparo hãc rem illi,& cum illo,cõfero iſti & cum iſto.Ego ſum ſimilis tibi & tui.Hoc eſt cõmune omnibus & omnium,vel cõmune mihi tecum & cum cæteris.Ego ſum particeps laborũ tuorum,& tibi ſum in laboribus particeps. Quinti. Et in pleriſq; ruris operibꝰ marito particeps. Curt. Quod fuiſſet illis in periculis particeps.Accedit huic rei,& ad hanc rem, vel accedi huc,vel eo vel eodẽ. Quintilianus.Atq; vt accedat dolori meo cumulus quæ hoc facit vxor mea eſt.Cicero.Vt ad illam optimam præclaramq; prædam donatio Sexti Roſcij velut cumulus accedat.Impendo curam, vel operã, vel laborem,& ſimilia huic rei & in hãc rem, quod in Quinti.ſæpe reperias.Partior laborem multis negotijs,& in multa negotia,vt apud eũdem.Adijcio huic rei,& ad hãc rem.Reſpondeo tibi,& ad te.Cælo te hanc rem & cælo te de hac re. Tu es natus ad laudem & laudi.Cicero pro Sextio.Nam quid ageret vir ad dignitatem & gloriam natus?Et in eodẽ. Qui ſe patriæ,qui ciuibus ſuis,qui laudi,qui gloriæ, non qui ſomno & cõuiuijs & delectationi natos arbitrantur.Aggregabo te illis vulgo dicimus.Idem Aggregare te ſoleo in numerum noſtrum.Idẽ pro. Archia.Aſcribi ſe in eam ciuitatem voluit,& ꝓpeodem.Quũ fuerit in alijs quoq; ciuitatibus aſcriptus. Idem in Philippi.Tu vero aſcribe me in talem numerum.Idem pro Rabirio.Si quis hunc reprahendendum putat,aſcribat ad iudicium ſuum non modo meam ſed huius etiam ipſius qui cõmiſit ſententiam.Item cõtra Rullum.Illum ſibi collegam aſcriberes . Tibi aſcribendum eſt id eſt tribuendum et imputandum.

Timeo te. Timeo tibi. Cõmendo te regi & apud regẽ. Cedo tibi, Cõcedo tibi. Cædo te.

Dimitto. Inceſſo. Inceſſo tibi Ineſt huic. Ineſti hoc.

Cõparo & cõfero te illi et cũ illo Siſis tibi et tui.

Cõe oĩbꝰ et omnium. Particeps tuorum et tibi et tuis. accedit mihi & ad me Impendo huic rei et ĩ hanc rem. Partior laborẽ mltis etĩ multa. Adijcio huic rei et ad hãc rẽ. Rñdeo. Cęlo. Naſcor. Aggrego. Aſcribo et cætera.

¶Epitome capitis.cxlvij.

PEnitet,tedet,miſeret,piget,et pudet quæ verba imperſonalia ſunt,optant ante ſe aliud imperſonale qui cum cõſtruantur,vt cœpit incœpit,deſinit,poſſet &c.

¶Habet autem tedet pro præterito perteſum eſt, q̃uis dicatur etiã diſteduit et perteduit, et miſeret miſertum eſt.

¶Cœpit eum pęnitere. Cap.cxlvij.

CŒPIT EVM pęnitere, poſſet te pigere.Deſinet me tedere ſæpius dicimus q̃ cœpit ille pęnitere, poſſes pigere, deſinã tedere.Quintilia.in milite Mariano.Neq; ſi ſit cupidiſſimus vitæ,penitere eũ ſui facti poteſt Cicero,de petendo conſulatu.Si hic ciuis liber eſt,cuius authoritatis neminem poſſet pęnitere. Idem in Verrem.Iamiam Dolobella me neq; tui,neq; tuorum liberorum,quos tu miſeros in ægeſtate atq; in ſolitudine reliquiſti,miſereri poteſt. Simile eſt illud Terentij.Ita me dij bene amabunt, vt me tuarum

Pęnitet cũ focijs.

miſertum eſt Menedeme fortunarum, me ꝓ a me miſertum dixit.

Miſertum me pro a me apud Terentiū.

¶Epitome capitis.cxlviij.

DEſunt nonnunꝗ in oratione verba, ſed non ſine gratia. Quoties videlicet cōmotis, vt ꝑ irā interrogātibus aut minātibus, per Apoſiopeſim datur ſermo abruptus. Aut quoties quod ſubticetur verbum eſt intellectu facile, vt verbū generale, aut ad loquelam ſpectans, vnde Seruius honeſtam dicit eclypſim in illo Vergiliano. Talia per latium, vbi ſubauditur gerebantur. Gero autem facio, fio, ſum, cōmunia ſunt verba.

¶Exēpla plurima ſunt in textu. Illud Cice. Quo &c. ſic cōſtruitur. Quo.i.ad quē vſum ſup. detur, aut petam mihi authori pacis ſignum Martis.q.d.ad nullum. Quinti.ſic. Quo.i.ad quid per fidē ſup. rogo dederis ſup. cęco diuitias, vt quibus neſciat vti, quo id eſt ad quē vſum dat̄ nūc tantū frumēti &c. Colligit aūt Valla ſex modos, quoꝝ primus eſt per quo. Secūdus per vnde. Tertius per dico. Quart⁹ per reſpōdeo. Quintus per confiteor. Sextus per verbum generale. Verbū autem eſt, facillime in participijs intelligitur, & nonnunꝗ in alijs, vt Æneid.i. Nunc fama minores Italiam dixiſſe &c. ſubaudi eſt.

¶Ꝙ in oratione verba nonnūꝗ venuſte deſunt atq; redundant. Cap.cxlviij.

DESVNT nonnūꝗ in oratione verba, ſed non ſine gratia. vt Hora. quo mihi fortuna, ſi non permittitur vti.i. ad quid vultis eſſe mihi bona fortunę. Hic modus incipit per quo, alius incipit per vnde, vt idem. Vnde mihi lapidē, quorſum eſt opus? vnde ſagittas? ſupple putas, vel dicas mihi eſſe. Iuuen. ſaty.xiiij. Vnde tibi frontem, libertat̄ęq; parentis. Quum facias peiora ſenex? Cicero ad Fabium. Martis vero ſignum quo mihi pacis authori? Quinti. Quo per fidem diuitias ceco. Et alibi. Quo nunc tātum frumēti? quo claſſem cōmeatu grauē? Idem. Vnde hūc, illi animum? Et alibi. Vnde tantū virium ceco, vt in vno ſtatim ictu mors tota pergatur? Idem tamen ait alio loco. Vnde miſere tūc. Vnde ſomnus ſup. erat v̄eſt? Eſt tertius modus, vt apđ eūdem. Sequitur quæſtio an vtilis rhetorice. Nam quidam vehementer in eam inuehi ſolēt, & (qđ ſit indigniſſimum) in accuſatione rationis vtuntur orādi viribus, eloquētiam enim eſſe quæ penis eripiat ſceleſtos, cuius fraude dānentur interim boni, conſilia ducantur in peius, ſupple dicunt enim eloquētiam. Cicero. Habendas eſſe ꝗ laxiſſimas amicitiæ habenas caput eſt eſſe ad bene viuendum ſecuritatem, ſupple dicunt enim apud. Qui modus loquendi apud Græcos eſt frequētiſſimus. Idem verbū aliquando redūdat, vt de oratore Cicero. Titum illum qui ſtudioſe pila luderet. Et idē. Signa ſacra noctu frangere putarentur, gregaleſq; quum in campum non veniſſent requirerent, excuſauit Veſpa. Terentius quod in eum brachium fregiſſe diceret. Satis erat dixiſſe ꝙ in brachiū fregiſſe. Et non lōge illinc Cui quum familiaris quidam quæreretur, ꝙ diceret vxorem ſuam ſuſpēdiſſe ſe de ficu, amabo te inquit da mihi ex iſta arbore quos ferā ſurculos. Sat erat ſine illo ꝙ diceret, ſed illud diceret libenter apponit. Cice. Quartus, quum ſuppletur reſpondeo vt idem frequēter. Quod autem ſcribis de illo negocio, ego neſcio quid conſilij capiam, vel ego iam antea timueram ſup. reſpōdeo, raroq; vel nunꝗ hoc verbū profertur. Aliquando ſubintelligitur ſimile verbū, vt apud Quintilia. Sed ſi cōfeſſionem exigitis culpę meæ, ego fui pater durus, & patrimonij, quod iam meli⁹ ab his adminiſtrari poterat tenax cuſtos, ſupple confiteor, qđ eſt quintus modus, vt apud Cicer. In obſequio (quoniam Terentiano verbo libenter vtimur) oſtentatio abſit, veritas retineatur. Subintellige ita loquimur. Et alibi. Satiari delectatione non poſſum, vt meæ ſenectutis requiem oblectationēq; noſcatis, ſubītellige hoc dico, vt noſcatis. Sextus modus, vt apud Pli. iuniorem. Studes, an piſcaris, an venaris, an ſimul omnia? ſup. facis. Quintilia. Nihil aliud ꝗ renuet.i. nihil aliud faciet, ꝗ renuet. Et iterū. Et acceptis literis meis iuuenis filius nihil aliud ꝗ cū matre fleuiſſet id eſt nihil aliud feciſſet, ꝗ cum matre fleuiſſet. Martia. Nihil aliud bulbis ꝗ ſatur eſſe potes id eſt nil aliud facere. Cui confine eſt illud vbi prolato aliquo aduerbio qualitatis, ſubauditur pro conditione materiæ, aut dixit aut fecit. Bene Ennius vt præclare Anaxagoras, fortiter Scipio, & prudēter Fabius, ſup. dixit. aut fecit, prout ex his quæ iam diximus, aut dicturi ſumus colligitur. Et per cōparatiuum. Dij melius, ſup. fecerunt, aut faciāt, aut certe velint. Nec de dijs ſolum, verūetiam de hominibus, vt apud Quinti. Tu melius vxor quæ facturam retinebas, ſup. feciſti. Interdū etiam per nomē, nam illud melius eſt aduerbiū, vt dij meliora. Lucanus ipſe verbū appoſuit. Dij meliora velint. Nec procul ab huius natura abeſt, quando vtimur hoc nomine res, ſiue in nominatiuo, ſiue in accuſatiuo, forte etiā in alijs caſibus, vt reſtat mihi exponēda vita quam hic egit in magiſtratu, res digna auditu in primis, vel reliquū eſt, vt exponā vitā huius qua fuit in magiſtratu, rem dignam auditu in primis.

Mod⁹ primus per ꝗ ſcđs mod⁹ per vnde.

Verbū ad loquelam ſpectans.

Terti⁹ mod⁹ ꝑ dicūt.

Redūdāt.

Quart⁹ modus fit cū reſpōdeo deeſt.

Quint⁹ mod⁹ qñ deeſt verbum. Confiteor.

Sext⁹ mod⁹ qñ deeſt verbū gñale vt facio.

¶Epitome capitis.cxlix.

¶Propter certitudinē ſignificādā locuti ſunt oratores de futuro per præteritum. Sæpe autē optaui tempora quaſi neceſſitatem importantia vſurpant. Sæpe ad hoc ſi particulā ſubaudiūt. Itē ſæpe imperfectum præteritū pro pluſꝗ perfecto, & indicatiui tēpora pro alterius modis tēporalibus, ac econuerſo ornatus aut varietatis gratia poſuerunt.

¶Exēpla omnia patēt in textu, ꝑter ꝗ eſt adhuc ali⁹ modus exēpli, qñ ſubiūctiuū pro indicatiuo vſurpatur, vt ſi pergis, abiero, pro abibo. Aut potius pro ſi perrexeris dixi ſi pergis &c.

¶Cur de futuro non per verbum futuri tēporis authores interdum loquantur. Cap.cxlix.

Præteritū ꝓ futuro.

HANNIBAL APVD Titū Liuiū alloquens milites inquit. Si tales animos in prælio habebitis, quales hic oſtēditis, vicimus. Quinti. Si tales milites omnes habebimus mari, vicimus. Cur de futuro non per verbū futuri tēporis locutus eſt? Nempe ad aſſeuerandū rem, vt non futura, ſed iam eſſe videatur, multoq; plus ponderis habet, vt dicamus vicimus, ꝗ vincemus. Idem Quint. Dimitte tantū & euocaſti.i. euocaueris. Ci. Vnū oſtēde in tabulis aut tuis, aut patris tui emptū, vt vicisti ꝓ vice

*Verba optatiua importare neceſſitâtem aut decentiam.*

ris.Idē pro Sextio.Reſtitiſſes,repugnaſſes,mortē pugna oppetiſſes, pro eo qđ eſt reſiſtere, repugnare, mortem pugna oppetere debuiſſes.Ouidius lib.iiij. Metamorpho.Premiaq; eripies,quę ſit tibi magna videntur.Ex illis ſcopulis vbi erāt affixa petiſſes id eſt petere debuiſſes.Teren.in And.prædiceres,pro eo ꝙ prædicere debebas. Et alibi.Fortaſſe aliquāto iniquior erat propter eius libidinem pateretur,pro pati debebat.Item Cice.iij.offi. Male etiā Curio quū cauſam tranſpadanorum quā eſſe dicebat, ſemper addebat vincat vtilitas,potius diceret nō eſſe equā eſt quia nō eſt vtilis reipubli. id eſt dicere debebat. Huic ſimile quale apud Oui. de remedio. Gnoſida feciſſes inopem,ſapiētes amaſſet id eſt ſi feciſſes inopem,Hora.Decies cētena dediſſes Huic parco,paucis contento quinq; diebus.Nil erat in loculis id eſt ſi dediſſes.Pli.iunior.Dediſſes huic animo par corpus, feciſſet qđ optabat id eſt ſi dediſſes. Illud magis poeticum,vt Vergi.Tu quoq; magnā Partem opere in tanto ſineret dolor Icare haberes id eſt ſi ſineret.Iuue.Græculus eſuriens in cœlū iuſſeris ibit. i. ſi iuſſeris.Adhuc diuerſum huic eſt, quale eſt apud Cice.Conchiliatis Cn.Pōpeij periſtromatis ſeruorū in cellis ſtratos lectos videres.i. vidiſſes. Quintilia. Semper vidiſſes,vt ibi vidiſſes non quemadmodū tenues vmbre corpus accipere cogitationibus ſolēt Apud hunc ſæpe eſt hic modus loquendi. Si perſeueraſſem duos excecaueram,pro excecaſſem. Quale eſt illud Horatianū.ij.carminum quod metri cauſa Priſcia.dici putat.Me trūcus illapſus cerebro Suſtulerat,niſi faunus ictum.Dextra leuaſſet.Apud illum quiddam pœne contrarium, vt vbi dictatoris nomen,& qđ ſæpe iuſtū fuiſſet pro fuerat. Nam de imperfecto ſubiūctiui qđ ſolet poni ꝓ imperfecto indicatiui, in proximo libro iam dixi, cuius hoc exemplū fuerat,non quia amicus non eſſes.Cicero de repub.lib.vi.Et qđ de via ſeſſus eſſem,& ad multam noctē vigilaſſem,pro ſeſſus erā,& vigilauerā.

*Ouidius. Si ſubauditur.*

*Impfectū pro pluſq̄ perfecto. Et indicatiui pro alterius modi tēpora aut econtrario*

*Cicero.*

¶Epitome capitis.cl.

CVm verbis oportet,decet,opere prætium eſt expedit, neceſſe eſt, cōducibile & ſimilibus, conſuetudo oratorum præſens infinitiui verbi actiui conſtruit,ratio grāmaticorum potius paſſiue vocis, ſed oratores potius præteritum paſſiue vocis q̄ actiue,quod aliter dici ſolet.Cum dictis verbis conſtruenda eſſe participia accuſatiui caſus,aut cum opus eſt ablatiui caſus loco verborum.

*Participia abltī caſus loco infinitiui ponūt*

¶Verbi gratia, loco huius neceſſe fuit conſuluiſſe, dicunt conſultum oportuit, & loco huius opus eſt conſuluiſſe cōſulto opus eſt.Salluſt.in Catilina. Nā & prius q̄ incęperis conſulto,& vbi conſulueris mature facto opus eſt.

¶Oportet legere libros, non oportuit factum. Cap.cl.

*De infinitiuo actiuo & paſſiuo*

OPORTET LEGERE libros, expedit euoluere authores, vtile ē cognoſcere plurima,operepratium ē habere quos imitemur, neceſſe eſt adhibere vſum,conducibile eſt deſcēdere in certamen,& agitare cum alijs controuerſias. Vel per paſſiuum oportet legi libros, euolui authores, cognoſci plurima, haberi quos imitemur, adhiberi vſum agitari, cum alijs controuerſias.Hunc poſteriorem modum magis ars grammatica probat,illū magis autoritas. Sec⁹ in pterito. Nāq; nō ita legimus ſępe feciſſe hoc oportuit vt factū hoc oportuit.Cic.ī Verrē.Tū id factū nō oportuit,& in eundem. Apollinis ſignum ablatum certe non oportuit.Et alibi.Totam rem illi integrā ſeruatam oportuit. Non diſſimile ſane eſt illud per alterum verbū (de volo loquor)vt idem.Liberis conſultum voluimus,etiam ſi poſthumi futuri ſint. Idē.Percurram tamē breui,vt nō min⁹ hoīem ipſum, q̄ ius cōmune defenſum velitis.Quin. An incidiſſe in ſordidū nomen,nō eo contemptū hoīs quē deſtructum volebat auxiſſe.

¶Epitome capitis.cli.

ORatores nōnunq̄ propōnes & rōnes confundūt,ita vt priuſq̄ ſecundā partē ꝓpōis exequantur,prioris rōnem aſſignent.

¶Propōnes,rōneſq; interdū miſceri. Cap.cli

*Propōnes & rōnes confundi.*

NAM VBI VINCI NECESſe eſt expedit reddere,ſiue plura ſunt de quibus quæritur,facilior erit in cæteris fides,ſiue vnum,mitior pœna ſolet irrogari verecūdiæ.Miſcuit hoc loco Quīt. ꝓpōnes rōneſq; quū ſit vſitatiſſimum ſi dicere,ſiue plura ſunt de quib⁹ quærit̄,ſiue vnū.Si eñ plura,facilior erit ī cæteris fides.Sin vnū,mitior pœna ſolet irrogari verecūdiæ. Atque iterū.Firmis aūt iudicijs iamq; extra periculū poſitis,ſuaſerim & ātiquos legere(ex quib⁹ ſi aſſumant̄ ſolida ac virilis ingenij vis,deterſo rudis ſeculi ſq̄lore,tū hic noſter cultus clarus eniteſcet,& nouos quibus & ipſis multa virtus adeſt.Alius dixiſſet,ſuaſerim & ātiquos legere & nouos,ātiquos quidē, &c. nouos ꝟo &c.Cic.ī Antoniū.O te miſerꝫ ſiue illa tibi nota nō ſūt(nihil eñ boni noſti)ſiue ſūt,q apud tales viros tā īprudenter loqueris.

¶Epitome cap.clij.

QVia video verbū eſt pſonale,dicā tu videris mihi prob⁹,nō videtur mihi ꝙ ſis ꝓb⁹ & ita ī cōſimilibus.

¶Nō dicendū eſſe,videt̄ tibi ꝙ benefaciā, ſed videor tibi bene facere. Cap.clij.

*Video*

NON VIDETVR TIBI ꝙ bñ faciā & mihi nō videtur ꝙ bñ loquaris,ſicut vobis videtur ꝙ malefacim⁹,ita nobis videtur ꝙ male facitis, videt̄ tibi ꝙ ille bñ ſcribit,& mihi videtur ꝙ iſti bñ arēt Ruſtican⁹ hic ſermo eſt & agreſtis. Eruditi eñ ſic loquūt̄.Nō videor tibi bñ facere,et tu nō videris mihi bñ loqui. Sicut vobis videmur male facere, ille videtur tibi bñ ſcribere,& iſti mihi vident̄ bñ arare

¶Epitome cap.cliij.

*Mihi & tibi.*

DAtiuus mihi & tibi ſæpe ex cōſuetudine loquendi aſſumitur,ita vt nullū certū aut referat,aut demonſtret.Exempla ſunt in textu.

*Mihi & tibi ita aliqñ in orōne ponunt̄ vt ad nullū certū referatur*

¶Hic mihi gloriatur. Cap.cliiij

HIC MIHI GLORIATVR SE omnes honores ſine repulſa obtinuiſſe, & alibi idem Cicero narrans Bruto rē in q̄ ille adfuerat, inquit. Ecce tibi Pōponi⁹ nſi illđ mihi & tibi nō magis ad

me vel ad te, q̄ ad ceteros ꝑtinet: ſed eſt orõ ſumpta:
de medio qua vulgo vtimur: tu mihi ſemꝑ dormis
ille mihi aſſidue ſedet. Quum ſuper cęna eſſem⁹/ec
ce tibi oſtiũ crepuit: hic ſermo neq; ad me/neq; ad
te/neq; ad quẽq̄ refertur: ideoq; differens eſt ab illo
ſignificato: quale eſt apud Verg. Ne mihi tũ molles
libeat iacuiſſe per herbas. Neue tibi ad ſolẽ vergãt
vineta cadentem. Hic pręcipitur ad vniuerſos ſub
prima & ſecũda perſona: ibi nõ pręcipitur: nec ad
aliquem ſermo eſt.

¶Epitome capitis.cliiij.

¶Superioribus/aut paucis diebus aut triduo ſimi=
leſq; ablatiui non ſunt exponẽdi ſic: per ſuperiores
aut paucos dies: ſeu per triduum ſed intra ſuperio
res: aut paucos dies: aut intra triduum: ſignificatur
eñi per ablatiuum tempus intra quod aliqd factũ
eſt: aut fieri poteſt: aut etiam tẽpus quando: ſed tẽ=
pus q̄ diu potius in acuſatiuo ponetur.

Actũs & ablt̃is tẽ= poris. ¶Et id potiſſimũ ſi ſit cõtinuatũ & ſine intermiſſio=
ne: licet author nr̃ id nõ approbet Nã Noni⁹ Marcel
lus nõ futilis author. & obſeruatio doctiſſimorũ id
approbat. Non eñi obſtat ꝙ interdũ additur actõ
* particula integritatis & continuatiõis: vt hic iã ter=
Marcelli differentia de accuſa= tiuo et a= blatiuo tẽ= poris an ſit vera. cẽtũ totos regnabit annos. Gẽte ſub hectorea. quia
regula nota eſt. Equiualens geminis harũ ſi iungi=
tur vni Dictio: ꝑreliqua tñmodo debet haberi. Vñ
tps q̄ diu ꝑcipue cõtinuatũ in actõ ponit: aut etiã in
abltõ. tẽp⁹ qñ & intra quod ĩ ſolo abltõ niſi dicam⁹
ab hinc triẽnium, aut intra: non infra triẽnium. Ve
rũ Neſtor quoq; authorẽ noſtrũ ſequitur dicẽs. Quo
tieſcũq; (inquit Marcellus) per accuſatiuũ annos vł
dies loquimur, iuges ãnos vel dies vocam⁹ quoties
ꝑ abltm̃ interiectis aliqb⁹ annis vel dieb⁹. Fruſtra
excogitata eſt hæc dr̃ia Noni Marcelle, etſi tuã ſen=
tentiam omnes qui de hac re locuti ſunt ad noſtrã
vſq; ætatem probare videantur. Si enim per accuſa
tiuum ſignificaretur tempus cõtinuatum, nõ opor
teret, vel potius non liceret addere cõtinuos, vt Cic.
pro lege Manilia. At hercle aliquot annos cõtinu=
os ante legem Gabiniam ille popul⁹ Romanus cu
ius vſq; ad noſtrã memoriã nomẽ inuictũ in naua
libus pugnis permanſerat, magna ac multo maxi
ma parte nõ mõ vtilitatis, ſed dignitatis atq; impꝫ
Verg.i. Æne. caruit Verg. Enei.i. Hic iam tercentũ totos regnabit
annos. Itẽ Geor.iiij. Septem illum totos perhibent
ex ordine menſes fleuiſſe. Si igitur per actm̃ tem=
pus minime interruptũ ſignificaretur, non oporte=
ret addere totos neq; ex ordine, qđ ſignificat ſine in
termiſſione. Dicendũ eſt ergo ꝙ indifferẽter loqui=
mur per ablatiuũ more latino, & ꝑ actm̃ inſtar Gre
corum. Nihilq; differt ſi dicat (vt Cic. ſcripſit) q̄q̄ te Mar
ce fili annum iam audientẽ Cratippum, aut duobus
annis audiui Platonẽ. Immo etiã per abltm̃ adden=
do cõtinuis, vel totis loq poſſum⁹. Vnde in apoſtoli
cis lectionibus legitur ca. vlti. Manſit autẽ Paulus
biennio toto in ſuo cõducto diſputans. Oui. li. v. triſ=
tium. Pene decem totis aluit Penatius annis. Te=
rẽ. in adel. Sex totis menſibus olfeciſſem q̄ ille quic=
q̄ ceperat. Verum illud fortaſſe melius pręciperet,
quũ de parte nõ de toto tẽpore loquimur, nõ licere
per actm̃ loq. ſed per abltm̃, vt ſi dicas. Ego hoc an
no ad te veniã. i. aliquo tẽpore huius anni. Qđ non
recte diceres per accuſatiuũ, ad te hũc annũ veniã.

¶Per actm̃ nõ tempus continuũ, neq; item ꝑ abltm̃ Ioan. Theo.
ſignificari diſcõtinuum, tametſi plurimis exemplis
poſſum comprobare, pauca tamen que ſubijciã, cã
dido lectori ſatiſfecerint abunde. Suetonius in Au=
gu. In lectum inde trãſgreſſus, nõ amplius quã plu
rimũ quã ſeptem horas dormiebat, ac ne eas quidẽ
continuas, ſed vt in illo quidem temporis ſpatio ter
aut quater expergiſceretur. Idem in Caligu. Vixit
annis. xxix. imperauit triennio & decẽ menſibus, die
buſq; octo. Quint. inſtitu. orato. lib. v. Adulterij rea
eſt, que quum anno vidua fuiſſet, enixa eſt. Plinius
in. vij. natura. hiſto. cap. xlviij. Quintus Fabius maxi
mus ſexaginta tribus annis augur fuit. Idem libr.
xviij. ca. xxx. Varro author eſt ſic cõditũ triticũ du=
rare annis quinquaginta. Idẽ in ibi. Idem fabam a
Pyrrhi regis ætate in quodã ſpecu. Ambraciæ vſq;
ad piraticum Põpeij magni bellũ duraſſe ãnis circi
ter. cxx. Qui ſane loquendi modus apud hunc ipm
authorem longe frequentiſſimus eſt.

¶Qualiter ſit accipiendum ſuperioribus
diebus veni in Cumanum &c. Cap. cliiij.

SVPERIORIBVS DIEBVS ve=
ni in Cumanũ, & iterum. Qui his paucis Supioribꝰ diebus
diebus pontifex factus eſt. Et in futuro.
Paucis diebus eram domeſticos tabella Falſum eſt iuge tem= pus ꝑ accu ſatiuum ſi gnificari ſecus au= tem ꝑ ane= ẽredi caſũ
rios miſſuras. Et iterum. Triduo aut ad ſummum
quatriduo ꝑiturũ. Hæc Cice. & Sal. Legati triduo
nauim conſcẽdere, nõ eſt accipiendũ per ſuperio
res dies, & per paucos dies, per triduum & quatri=
duũ, ſed intra ſuperiores dies, intra paucos dies, in=
tra triduum & quatriduũ. nã illud ꝙ aliqui dicunt
tempus cõtinuatũ & ſolidũ ſignificari ꝑ actm̃, ſec⁹
per abltm̃, plane falſum eſt. Cicero eñi atq; Verg.
ſæpius actõ & qdem indifferẽter vtunt: poſteriores q̄ & pro poſtq̄.
vero pleriq; abltõ. Aliquando in huiuſmodi gene
re ſermonis omittimus poſt/ſic, intra decem dies
q̄ venit, confecit oĩe negotiũ, in paucis dieb⁹ quã
Rhodũ appulit vxorẽ duxit. i. poſtq̄ venit/poſtq̄ ap
pulit que exẽpla apud hiſtoricos ſunt plurima.

¶Epitome capitis. clv.

¶Quid eſt ſine particula diuerſitatis niſi interueni=
at dictio, aliud, aliter, aut cõparatiuũ nomẽ non re
cipit poſt ſe, q̄, ſed niſi.
¶Nõ ergo dices. Quid eſt aĩal, q̄ corp⁹, ſed niſi cor
pus &c. aut quid aliud eſt aĩal niſi &c.

¶Quid eſt aĩal niſi corpus cũ aĩa cõcretum? recte di Quid ẽ niſi & quid eſt aliud q̄ &c.
ci quid eſt aĩal, q̄ corpus non recte. ¶Cap. clv.

QVID EST ANIMAL NISI
corpus cũ aĩa cõcretũ? recte & latine
quid eſt animal, q̄ corpus cũ aĩa con=
cretũ, nõ recte nec latine. Adde aliud
vel alr̃, vel ſec⁹, & vtroq; mõ licebit di
cere. Quid eſt aliud aĩal q̄ corpus, vel niſi corp⁹ cũ
anima concretum? Cicero. Quid eſt aliud gigantũ
more bellare cum dijs, niſi naturæ repugnare? Idẽ Cic. Quint.
facit cõparatiuum, vt quid eſt meli⁹ q̄, gaudere vel
niſi gaudere? vt Quint. Nihil eſt facilius, niſi totam
cauſam omnino non agere. Præterq̄ eandem, aut Præterq̄ Præter
prope parem vim obtinet quã niſi, cuius exempla
vt facilia præmittimus, vnum illud admonentes,
vbi eſt præter, ibi locũ habere præterq̄: ad hunc mo
dum vt nullius rei ſum auarus præter laudem, vel
præter

præterquam laudis nulli places præterq̃ mihi, vel præter me.

¶Epitome capitis.clvi.

TRanſferre aliquando ſpectat ad imitationem ſic, vt quid penes eos vnde transfertur maneat.

Trāſferre.

¶De tranſferre. Cap.clvi.

QVEM morem Spartiatæ tranſtulerūt in fœminas. & alibi idem Cic. Quod niſi in amicitiam transferatur. Quæ in alios transferuntur, non ſolent remanere penes eos a quibus transferuntur. Mos autem vt vult Cicero, ita tranſfertur, vt penes priorem quoque remaneat. & in lib. primo off. Quod ab Ennio poſitum in vna retrāſferri in multas poteſt, & in eodem. Eademq; mediocritas ad omnem vſum cultumq; vitæ transferenda eſt. Lucanus in decimo. Nondum tranſlatos Romana in ſecula luxus.

Cōmitto.
*
Terentius in Ecyra. Nūq̃ iam dices commode, vt tergū meam tuā; in fidē cōmittā,
Aliqñ ſine negatione ponit. Cic. li.ij.off. Periculoſū ipi eſt tū etiā ſordidum ad famā cōmittere, vt accuſator nominetur.

¶Epitome capitis.clvij.

COmmitto ſequente vt, aut ſimili particula fere in malam partem ſumitur, ideoq; habet negationē præpoſitam.

¶Cōmitto qualiter accipiatur. Cap.clvij.

NON cōmittas, vt quum omnia tibi a nobis ſuppeditata fuerint, tu tibi defuiſſe videare. Et iterum. Non cōmittas vt dicendum ſit non putaram. Hæc Cic. Quint. quoque. Nō committam, vt illa dubia faciam defenſionis ſollicitudine. & alibi. Nihil tibi minus committendū, q̃ vt vlciſcaris hoc flagitiū, in eo præſertim q apud malignos poterit videri te permittēte feciſſe. Cic. tñ quodam loco non per vt, ſed per q̄obrem, locutus eſt dicens. Nihil tibi eſſe cōmittendū conſyderare debes, q̄ob rē eorū quos laudas, te nō ſimillimū non præbeas. Idē pollet q̄obrē, quod, vt & licebit illud tollere, & hoc ſubijcere. Ex quib⁹ exēplis datur intelligi hoc v̄bū ſequente, vt, vł ſimi dictione, ſemp accipi in malā partē, nec recte dicas fac cōmittas, vt omēs te laudēt, aut ſic. Nō cōmiſiſti vnq̃ vt laudareris, ꝓpterea ſemp habet ſecum negationē.

Quāobrē.
*
Cōmitto ſequēte vt vel ſimili dictione ſēp in malā partē accipitur.

¶Epitome cap.clviij.

¶Oriūdus participiū nō eſt, ſignificat aūt locū vñ maiores noſtri ſunt, noſq; originē traxim⁹, licet alibi orti. i. nati ſumus. Dicit aūt ortus circūſtantiā loci in quo, oriundus vero de quo.

¶Oriundus & ortus. Cap.clviij.

ORIVNDVS qđ nō habeat vim participij, credo alij dixerunt. Cuius vtendi hic modus eſt. Ego ſum ortus Romæ, oriundus a Placentia. Titus Liuius. Nati Carthagine, ſed oriundi a Syracuſis .i.a Syracuſis originē trahentes vñ fuerunt parentes, vł ſine ꝓpōne, vt idē. Alba oriundū ſacerdotium. In pſonis fere cū ꝓpōne. Idem. Longe is princeps latini noīs erat (ſi famæ credimus) ab Vlyſſe deaq; Cyre oriundus. Idem. Quid hoc ſi polluit nobilitatē iſtā veſtram, quā pleriq; oriundi ex Albanis, & Sabbinis nō genere, nec ſanguine, ſed per cooptationem in patres habetis? Nonnūq̃ per īdeclinabilia vt inde ego ſum oriūdus, vñ tu. Liui⁹ tñ (ſi recte ſcribit) ait lib. viij. Palæpolis fuit haud ꝓcul inde, vbi nunc Neapolis ſita eſt, duab⁹ vrbibus idem populus habitabat, cū ijs erant oriundi.

Oriundus
Ortu

¶Epitome cap.clix.

MEmini verbū ꝓ recurdor, regit genitiuū vł actm̄, ſignificās aūt mentionē facere, gtm̄ vł ablt̄m mediante de ꝓpōne, a qua ſignificatione videntur deriuari mentū, mens, mentio, & mentior. & forte menta.

Ioan.
Theo.
*
valla in Antoniū Raudenſē ita de hoc v̄bo dicit At ei memini. ꝑteritū eſt, ſane vero nec em̄ īficias eo, in ꝑteritaquoq; ſignificatione accipi, ſed in pſē ti, tū etiam accipit & quidē fere ſemp, ideo pene ꝓprium ē iungere tēpus pſēns cū hoc verbo memini ſimilibuſq; nec ab repterita nanq; recordamur nō pſētia, igitur ꝑterito tpe vtēdū eſt, vt memini te v̄gis fuiſſe cæſum nō cædi & quale ē illđ v̄gilianū, qđ ab hac regła rauđſis excepit, nā verſuſſſe cantando pue rū memini me condere ſoles magis licētiā poeticā oſtendit, q̄ ego nō vte rer dumta

¶Lubet in pñarum ſimul Agretio, ſimul ijs quos id ei⁹ verba iuraſſe crediderīs, palam reluctari, Sūt ſane mortaliū pleriq; animi vſq; adeo infracti, vt nunquā velint ab ipſa pſuaſione deficere, quæ ſuis mentibus paulo altius inſederit. Cæterum (ni mea me fallit opinio ſcriptorū & valde multorū & nominis in re literaria primarij fret⁹ authoritate, committā vt īpoſteꝝ nemini futurū ſit ambiguū, haud [illegible] huius ꝑceptionis noīe ab eruditionis [illegible] viris male audire. Neq; vero ſū adeo re[illegible] neſciā q̃ ſumus dicturi ad inuectiuā [illegible] denſem potius ſpectare. Dicam nihilomin⁹ [illegible] inſtituto noſtro non perinde diuerſa ſperauero. Memini (inquiūt iſti) ꝑteriti tēporis infinitiuū refugit, ne duo ꝑterita cōiungas. Atq Ver. in Geo. ita ait. Nāq; ſub Oebalie memini me turribus altis Corycíū vidiſſe ſenē. Perſi⁹. Nec in bicip iti ſomniaſſe Parnaſſo Memini. Sta. Thebaiđ. iij. Meq; ipſum memini (necdum apta doloribus ætas) fleſſe tamē gemituq; meos æquaſſe parentes. Ouidius libro. ij. de arte. Me memini iratū domine turbaſſe capillos Symmachus apud Macrobium lib. ij. Satur. ca. vij. Hos Platonis verſiculos legiſſe me memini. Ibidē. Reſpondiſſe meminerat, Iulius Firmic⁹ cap. penul. ſuæ Matheſæos. Nos frequentiſſime dixiſſe meminiſti Gelij. lib. xiij. cap. xxviij. Præterea memini quadrigarium in vndeviceſimo faciem pro factura totiuſq; corporis figura dixiſſe. Boe. proſa vltima lib. iij. Memini, inq̄, me inſcitiā meā fuiſſe confeſſū. Pli. lib. ep̄larum. i. Memini quidē te iā quædā adnotaſſe Idē lib. ij. epiſtola a fine ſeptima. Ita certe ex Quint. præceptore meo audiuiſſe memini. Idem epiſtola penultima tertij libri. Meminiſti ne te ſæpe legiſſe quantas contentiones excitarit lex tabellaria? Suetonius in Domitiano. Interfuiſſe me adoleſcentulū memini, quum a procuratore frequentiſſimoq; cōcilio inſpicere nonagenarius ſenex an circunſectus eſſet. Quint. libro nono inſti. in cap. de cōpoſitione. Vt memini quendā nō ignobilē poetam ita luſiſſe. Aſtra tenet celū, mare, claſſes, area meſſem. Idē lib. x. in capi. de modo ſcribēdi. Memini narraſſe mihi Veliū ſecūdū Cic. in oratione ꝓ. L. Cornelio Balbo Quod quidē nuper in columna ænea meminimus poſt roſtra inciſum & perſcriptum fuiſſe. Idem ꝓ Publio Sextio. In qua ciuitate meminiſſem patrem huius. M. Craſſi fortiſſimum virum ne videret victorē vnius inimicū eadē ſibi manu vitā exhauſiſſe q̃ mortē ſæpe hoſtibus obtuliſſet. Ibidē. Meminerā iudices diuinū illū virū atq; ex hiſdē, quib⁹ nos radicibus natum ad ſalutē imperij huius Caium Marium ſumma ſenectute quum prope vim iuſtorū armorum profugiſſet primo ſenile corpus paludibus occultaſſe demerſum, deinde ad infimorū ac tenuiſſimorū hominum Minturnis mīam cōfugiſſe inde nauigio perparuo quū oīs portus terraſq; fu-

geret, in oras Aphricę deſertiſſimas perueniſſe. Idē Tullius ꝓ Sexto Roſcio Amerino. Meminiſtis me ita diſtribuiſſe initio cauſam. Idē ꝓ lege Agraria. quãuis nõ eodē vtatur verbo. Hęc Luciliũ Philippũ ſępe in ſenatu cõfirmaſſe memoria teneo. Idē actione.iij. in Catili. Fuiſſe meminiſtis. & actio. tertia in Verrem. Memini me nõ ſumpſiſſe quē accuſarem, ſed recepiſſe quē defenderē. Idem in quarto Acade. Memini Anthiocum ſentētia deſtituiſſe. & in primo de legibus. Memini ſummos fuiſſe in ciuitate noſtra viros, Viderit itaq; Agretius q̃ recte hac de re præceperit, ego nimirũ ei nõ acceſſero.

¶Memini. Cap.clix.

Memini.
Memini ꝓ recordor quos caſus poſtulat.
Memini ꝓ eo qđ ē mētionem facio.

MEMINI PRO recordor, gtm̃, tum actm̃ poſtulat, vt Teren. Faciã vt meiq; & huius diei ac loci ſemper memineris. Cice. Omnia quæ curant ſenes meminerũt vadimonia cõſtituta, qui ſibi, cui ipſi debeãt. Quid iuriſconſulti, quid pontifices quid augures, qđ philoſophi ſenes q̃ multa meminerunt/ Idē verbũ pro eo quod eſt mentionē facio recuſat actm̃, poſtulatq; gtm̃, vel abltm̃ cũ præpoſitione de, vt Quinti. Neq; omnino huius rei meminit poeta ipſe. Et iterũ. De quibus multis meminerunt. Hinc videt̃ deriuari mētio, quaſi a meno p̃ſenti & geminato præterito memini. Vnde ſupinũ mentũ, ex quo mētio & mēs, q̃ oĩm recordat̃, & mētum, quia in mentione facienda, hoc eſt in loquēdo p̃cipue mēto vtimur. Nullũ em̃ animal mouet partē oris ſuperiorē, niſi Crocodilus, ſed inferiorē, ſicut & nõ mentũ. Hinc etiã mentior, qa cõtra mentē loquor. Forte & hinc venit mēta, ſed nolo eius etymologiã aliquã afferre, ne cui forte videar argutulus.

Mentio.
Meno.
Mens.
Mentum.
Mentior.
Menta.

¶Epitome capitis.clx.

Alter & Alius.

ALter de duobꝰ eſt vnus, alius de multis. Alter etiam accipitur ꝓ ſecũdo ſiue ex duobus, ſiue ex pluribus. Aliqñ etiã pro ipſis duobus. ¶Addit diſcrimē inter tertiũ cõſul, & ter, aut tertio, de quo. A. Gelliꝰ lib.x. dicit ſic. Familiari meo cuipiã literas Athenis Romã miſi. in quibus a me iam tertiũ conſul ſcriptũ fuit. Is autē ad me reſcripſit, petiuitq; vt rõnē dicerē, cur tertiũ, ac nõ tertio ſcripſiſſem. Id etiã adſcripſit, vt quid ſuper illo quoq; mihi videretur ſe facerem certiorē, tertium ne conſul. & quartum, an tertio & quarto dicendũ eſſet, quum Rome doctũ virum dicere audiſſet tertio & quarto conſul, nõ tertium quartũq;, idq; in principio libri Cęlium ſcripſiſſe & Quadrigariũ Claudiũ in libro vndeuigeſimo. Marium creatũ ſeptimo conſulem dixiſſe. Ad hæc ergo reſcripſi nihil amplius q̃ verba Marci Varronis hominis (vt opinor) quam fuit Claudius cum Cęlio doctioris, in quibus verbis vtrumq; de quo ad me ſcripſerat decideretur. Nam & Varro ſatis aperte quod dici oporteret, edocuit. Et ego aduerſus eum qui doctus dicebatur, litē meã facere abſens noluit Verba Marci Varronis in libro diſciplinarũ quinto, hæc ſunt. Aliud eſt quarto prætorem fieri, & aliud eſt quartum. Quarto quod tēpus aſſignificat, & ter ante factum. quartum autem locũ aſſignificat, & tres ante factos. Igitur Ennius recte ſcripſit. Quintus pater quartũ fit conſul. Et Põpeius timidus, q̃ in theatro ne ſcriberet conſul tertium an tertio, extremas literas nõ ſcripſit, qđ de Pompeio Varro breuiter & ſuboſcure dixit. Tiro Tullij Ciceronis libertus in epiſtola quadã enarratius ſcripſit ad hunc ferme modũ. Quũ Põpeius (inquit) ędem. Victoriæ dedicaturus foret, cuius gradus vice theatri eſſent, nomenq; eius & honores inſcriberentur, quæri cœptum eſt: vtrũ conſul tertio inſcribendũ eſſet, an tertiũ. Eam rem Põpeius exquiſitiſſime retulit ad doctiſſimos ciuitatis. Quũq; diſſentiretur: & pars tertio, alij tertiũ ſcribendũ contenderent, rogauit Cice. Põpeius, vt qđ ei rectius videretur ſcribi iuberet. Tũq; Ciceronē (inquit) iudicare de viris doctis veritũ eſſe, ne quoꝝ opinionē improbaſſet ipſos videret̃ improbare. Perſuaſit igitur Põpeio Cicero, vt neq; tertio neq; tertium ſcriberet̃: ſed ad ſecundũ vſq; t. fierent literę videlicet ter.t, vt verbo nõ perſcripto, res quidē demonſtraretur, ſed dictio tantũ ambigua verbi lateret. In Marci tamen Catonis lib.iiij. originũ ita perſcriptum eſt. Carthagineſes ſextum de fœdere decernere, id verbum ſignificat quinquies ante eos feciſſe contra fœdus, nunc ſextum.

Tertio & tertium cõſul.

¶Alter & alius. Cap.clx.

Alter de duobus.
Alius de pluribus.
✱Macrobiꝰ refellit vallę.

ALTER DE duobus dicit̃, aliꝰ de multis, notũ eſt oĩbus. licet nõ omnes recte vtãtur. Macro. de ſaturnalibus. Quum igitur aſſeruerimus quatuor in corpore fieri digeſtiones, quarũ altera pēdet ex altera, dicendũ erat, quarum alia pendet ex alia. Item in alio opere de naturalibus. Illę ꝟo inſolubiles cauſæ ſunt, q̃ mutuis inuicē nexibus vinciunt̃, & alteram altera facit, ac viciſſim de ſe naſcuntur, nũq̃ naturalis ſocietatis amplexibus ſeparãtur. Nam Ouid. de nouem picarũ tranſformatione loquens, qđ eum excuſare metri neceſſitas põt, tamē q̃ ſingulę ſingulas, ac certe certas intuerentur, intellexit, quũ inquit. Alteraq; alterius rigido concreſcere roſtro Ora videt. Suetoni. de vita Caij. Nec ceſſauit ex eo alterũ alter criminari atq; inter ſe omnes cõmittere. Neſcio an ſic accipiendũ ſit vnũ vni, & rurſus hunc illi. Pli. quoq; lib.xi. inquit de formicis. Quam ex diuerſo conuehunt, altera alterius ignara. Quare dicamus aliquãdo ſic loqui eſſe permiſſum. E diuerſo nũquã de duobus dicimus alius & alius, nec dicere aliter poſſumus. vt dubitat̃ vter excellat Salluſtius an Liuius: & alius aliũ præponit, nõ autē alter alterũ. Ratio poſtulabat, vt diceremus alius alterũ. Nam alius ad plurimos refertur, qui de duobus iudicant, alter ad vnũ de duobus, de quibus iudicat̃. Sed quia videbatur inuenuſtũ ſic loqui, maluerunt mutare alterũ in alium. Afferamus exemplũ. Salluſtij in Catil. De Cęſare & Catone loquens inquit. Genus/etas/eloquentia, prope paria fuere. magnitudo quoq; animi & gloria, ſed alia alij. Vel eſt ea ratio, quã dixit vel hæc, q̃ idem eſt alia alij, quod diuerſa diuerſo, vt alia eſt facies mea, alia eſt facies tua. i. diuerſa. Proprie igitur alter refert̃ ad vnũ, de duobus vt Hannibal in tranſitu Apennini amiſit alterum oculũ, ſiue ad vnam duarũ partium, quod ſuperius etiam ſignificaui. vbi hoc Ciceronis exemplo vſus ſum. Duplices ſimilitudines eſſe debent, vnę rerum alteræ verborũ. & quale eſt Vergilij exemplũ. Aurea mala decem miſi, cras altera mittã. Aliqñ accipitur alter ꝓ ſecũdo ex duobꝰ pluribuſve, vt vnꝰ al-

Alius aliũ

Alter vnus duoꝝ,

Alter pro ſecundo.

ter, tertius, quartus, vnæ, alteræ, tertiæ, quartæ literæ. Et hic eſt alter annus belli punici. Ego altero mēſe repudiaui vxorē.i.ſecundus annus ab origine belli punici, & ſecundo menſe a ductione vxoris. Aliqñ ꝓ ipſis duobus, vt vnus aut alter.i.vn⁹ aut duo, vn⁹ & alter.i.vnus & duo, quod etiã in aduerbijs rñdet ſemel aut iterũ.i. ſemel aut bis. Itē ſemel & iterꝝ, Ci. in Bru. ſemel, & iterũ in Philippicis. Dubitari poteſt tñ quum dicitur, iterum conſul, aut ſecunda vice, an bis conſul intelligatur, quæ dubitatio in cæteris nõ erit. Tertium enim conſul & quartum cõſul, ſic differt ab illo ter conſul & quater conſul, quod in altero ſignificatur, & tertia & quarta vice: in altero tribus & quatuor vicibus. Aliqui tamē dubitarēt, an in hanc ſignificationē vice & vicēs reperiať.

Alter pro duobus
Iterꝝ cõſul.
Tertiũ cõſul
Tertio cõſul.

Alter iterdum ponitur pro alio. Plini⁹. Tabulas plures pinxit, e qbus vnā in foro, alterā ĩ Comitijs, duas in Põpeij porticibus videmus.

¶Epitome cap.clxi.

QVisque, vnuſquiſq;, & vterq; ſolent poni eleganter in oratione poſt ſuus vel ſe, ſed ante ſubſtantiuũ ipſius ſum, ita vt diſcrepent cũ adiectiuo ſequenti expreſſo ſed concordent cũ ſubaudito, in qua re ſeruandus eſt aptus ſitus.

¶Nam vt text⁹ declarat, apte dixeris ſingulariter, dũ vterq;, aut quiſq;, aut vnuſquiſq; poniť inter ſuũ ſed eius ſubſtantiuũ, etiam ſi ſequať adiectiuũ plurale, vt in ſuũ priſtinũ vnaquæq; nidũ ĩmigrantes, ſed inepte ſi etiã ſubſtantiuũ ꝓceſſerit, vt in ſuũ priſtinũ nidũ vnaquæq; ĩmigrantes, deberet eñ ſic dici immigrans. Cauſa differentiæ eſt, quia dũ ea clauſula interiecta ſic ponitur, videť adiectiuum plurale ſequens at præcedēs ſubſtantiuũ plurale referri, ſed quando præponitur, videtur ipſa eſſe ad quam debeat adiectiuũ principaliter reſpicere. Sicut dũ dico, Quem audiſtis ſermonē non eſt meus. Sermonē videtur regi ab audiſtis. Sed dũ ſic, ſermonem quã audiſtis, nõ eſt meus a verbo eſt, itaq; prior dicitur latine, non ſecunda.

Quiſq; poſt ſuus

Vterq; eleganter ſuo ꝓnoi ĩ orõne poſtponitur.

¶Qualiter ſit dicendũ vbi ſit ſuus, aut ſui. Cap.clxi.

HIRVNDINES vere ineunte redeunt, in ſuũ priſtinũ vnaquæque nidum immigrantes. Muta illud vnaquæq; ſic, in ſuũ priſtinũ nidũ vnaquæq; ĩmigrantes: aut ſic, vnaquæq; in priſtinum nidũ ĩmigrantes, iam non erit latinũ. Item, offendi parentes, ſuo vtroq; morbo affectos, transfer illud vtrũq;, vt mõ oſtendi, iam non erit elegans. Nã ſi ita mutemus, ille numerus pluralis ĩmigrantes & affectos referũtur ad illũ ſingularem vnaquæq; & vtrũq;, qđ fieri nõ poteſt. At illo mõ ſuperiore ſecus, referť eñ numerus pluralis ad plurarē, ſic. Hirũdines vere ineũte redeant immigrãtes in nidos priſtinos, vnaquæq; in ſuũ ſupple immigrãs. Offendi parentes morbis affectos, vtrũq; ſuo, ſupple affectũ morbo. Ver. Dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in equora currunt, Quiſq; ſuum populatus iter. Et paulopoſt, pro ſe quiſque viri ſumma nituntur opum vi. In priore exemplo ſi verſus pateretur, non decuiſſet dicere qĩq; ſuum iter populatus, ſed populati. Nec in poſteriore. Pro ſe quiſq; viri ſumma nititur opum vi. Secus autem ſolet fieri, vbi abeſt ſuus opum aut ſe, vt Quintilianus, Commendo tibi ſenem, quē fecim⁹ vterq; mendicũ. Nec recte dicas, cõmendo tibi ſenē quē nos filij alleuare debemus cũ vterq; mendicũ facientes, vel ſic, quē nos vterq; captiui mendicũ fecimus. Niſi more poetico, vt apud Ouidium. Vtraq; formoſæ me iudice ſunt venerandæ. Et apđ Horatiũ. Legati magnis miſſi de rebus vterq;. qđ apud oratores non reperitur. Sicut nec illud q̃dem licet Aulus Gellius vtatur quale apud Terentium Quod pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli, quod q̃dam exponunt pro eo quod eſt plerique omnium quidã ꝓ eo quod eſt omnes.

Pleriq;

¶Epitome cap.clxij.

ELegãti⁹ poſt huiuſmodi particulã homo illiteratus eſt: ſubditur, ſed cui q̃ cui tñ, & ita in alijs caſibus.

¶Vt latine tale quid dicatur, homo illiteratus eſt, cui tamē paucos anteponas, vt idem eleganter.

Caput.clxij.

HOmo illiteratus eſt, cui tamē paucos in rerum gerendarꝫ ſcientia anteponas, latinũ eſt. Homo illiteratus ē, ſed cui paucos in rerꝫ gerēdarꝫ ſcientia ē ãteponas, etiã elegans eſt. Itē negatione, hõ quidē illiteratus, eſt quē tamē nõ poſtponas multis, latinũ eſt. vt dixi, elegans etiã ſic, homo quidem illiteratus, ſed quē multis non poſtponas. iđ dixi elegans, quia ſubĩtelligitur talis quod ĩ alio nõ fit, vt ſit homo illiteratus. ſed talis quem &c. vel ſed is pro talis, ideoq; & hoc eleganter dicetur, homo illiteratus, non tamen quem multis poſtponas.i. non tamen his quem multis poſtponas, aliquãdo nõ ſubintelligitur talis, neq; is, vt hic ager eſt me⁹ ſed cuius vſu careo.

Cui tum
Sed cui

¶Epitome cap.clxiij.

MVltifariam & nõ inepte dixeris, video te amatorem ſtudiorꝫ, quod vel quæ res vł id quod me iuuat. Cap.clij.

Quod
Quæ res.
Id quod.

¶Quod me maxime iuuat. Cap.clxiij.

VIdeo te amatorem ſtudiorũ, quod me maxime iuuat, vel quæ res me maxime iuuat vel id quod me maxime iuuat, vł amator es ſtudiorum. Itē video te quod me maxime iuuat, vel quæ res me maxime iuuat, vel id quod me maxime iuuat, amatorem ſtudiorum, quæ exempla ſibi quiſq; conquirat.

¶Epitome cap.clxiiij.

¶Aliquis, quiſquam, quiſpiam, vllus de incerto tã loquenti, q̃ audienti dicuntur, vllus tamen vix aliter q̃ cũ vix, aut negatione, aut interrogatione ponitur. Sed quidam diciť de certo & noto loquenti.

¶Vnde non dicam, quidam neſcio quis ſit, id fecit ſed aliquis.

¶Aliquis quiſquã, Cap.clxiiij.

ALiquis, quiſquam, quiſpiam, vll⁹, idē ſignificant, differuntq; a quidã, vt in alio opere quod de dialectica ꝓpediē edemus oſtendeť, Vllus tñ quodãmõ claudicat, nec fere citra negationem, quaſi citra baculũ ingredi põt, niſi interrogatiue, vt vocat me vll⁹? aut ſubiũctiue, vt ſi vll⁹ me vocat nunq̃ plane affirmatiue, ſicut illa ſuperiora.

Aliquis & quiſq̃ differunt
Vllus trib⁹ modis oratione ſolet ingredi.

¶Epitome cap.clxv.

¶Quoties vtriuſq; verbi, quorꝫ alterũ cum ſuppoſi-

to ſolet reſolui in ablatiuos in deſignatione ſequeīę poſitos.eſt vnū ſuppoſitū,elegantius pro ablatiuis vtimur nominatiuo participiali.

¶Vt elegātius dico,occupatus in re publica tibi vacare non potui,q̄ me occupato,& exiſtēs Romæ mira vidi,q̄ me exiſtente &c.Illud autem Horat. ego ad participium acti referrem.Præponitur enim laudator temporis acti ſe puero,nec ſic eſt contra hanc elegantiam.

¶Me occupato nullū tēpus ſeponere poterā nō latinæ dici,ſed aliter. Cap.clxv.

ME OCCVPATO IN adminiſtratione magiſtratus nullū tēpus ſeponere ad ſtuden dū poterant,vel me occupato in adminiſtratione magiſtratus nullū tēpus mihi reliquū erat, rariſſime latini ſic locuti ſunt.Græci frequenter. Sed hoc mō potius . Occupatus in adminiſtratione magiſtratus nullum tempus ſeponere ad ſtudia poteram,vel occupato in adminiſtratione magiſtratus nullum mihi tempus ad ſtudia reliquum erat.Dixi rariſſime non tamen nunq̄.Nam quidam ſic locuti ſunt,vt Horatius de arte poetica.Se puero cenſor caſtigatorq; minorum. Quintus Tullius ad Tyronem.Nō potes effugere huius culpæ pœnā te patrono.Marcus eſt adhibēdus pro ipſo patronus.Simile quiddā ſapit per,quale eſt apud Marcum Tulliū Quum & per meipſum egiſſem,& per Druſum ſæpe tētaſſem.Illud enim per ſignificare ſolet mediū quendam aliamq; interceſſorem. Nunc vero quis queat medius eſſe inter ſe & alium,& tamen ſic vulgo loquimur,per meipſum rogaui,per teipſum obtinuiſti.

* Ter.Iuno lucina fer opē,ſerua me obſecro. Terentius verbo opitulor vtiē quū dicit. Sin opitulor eius minas.

¶Epitome capitis.clxvi.

¶Auxiliū do& fero dicimus,& opē fero,vnde opitulor,opem do non dicimus.

¶q; dicatur auxilium do, feroq;, nō autē opem do. Cap.clxvi.

AVXILIVM DO feroq; dicimus, opē do non dicimus,ſed fero.Vnde opitulor,quod Tullianum verbum eſſe Seneca author eſt,quo tamen& Salluſtius vtitur,& Plautus,& aliĳ nōnulli.

Auxilium do& fero. Opē fero non do. Opitulor.

¶Epitome capitis.clxvĳ.

¶Audiui aut accepi,a,ex,& de patre dicim⁹.Deuia aūt ſignificat etiā quaſi de itione,ſeu de itinere.

¶Audiui a,ex & de patre meo. Cap.clxvĳ.

AVDIVI A PATRE MEO,& audiui ex patre meo,& audiui de patre meo idē ſignificare īueniet qui bonos libros euoluet.Cicero tamen præcipuę ſic locutus eſt. Similiter apud eūdem. Quæſiui te ab oſtio,ex oſtio, de oſtio, vocaui te a via, ex via, deuia,ſed hoc vltimū apd eūdē ī aliū quoq; ſenſum accipit:vt in Philippicis.Quūq; de via languerē, & mihimet diſplicerem.Et de re publica.Et quod de via feſſus eſſem,& q ad multam noctē vigilaſſem. Et de Academicis.In cumano nuper quū mecū Atticus noſter eſſet nunciatum eſt nobis a.M. Varrone veniſſe eum Roma pridie veſperi,& niſi de via feſſus eſſet,cōtinuo ad nos vēturū fuiſſe,quaſi de labore viæ.Hic enim via ſignificat iter,hoc eſt actionē ambulandi,illic locum quo ambulamus.

A,ex de,

Via.

¶Epitome capitis.clxvĳ.

SOlus & vnus more ſuperlatiuorū cōſtruūtur cū genitiuo multitudinis,aut accuſatiuo,vl ablatiuo mediante, præpoſitione, quod reliquis adiectiuis non competit. Solus. vnus.

¶Solus & vnus regunt genitiuū & ablatiuum cū præpoſitione. Cap.clxvĳ.

INTER OMNIA adiectiua quæ nō ſunt ſuperlatiua,duo fere hęc ſolus & vnus more ſuperlatiuorū regūt genitiuum vt ſolus omniū nō remittit ſibi,vt incredibilior ſit in parricidio,cæcus fuit,quum videret,hæc Quintilianus,& Plinius. Acipenſer vnus omnium ſquammis ad hos verſis contra aquas natādo meat.Similiter ablatiuum cū præpoſitione.Nam vt dicimus ex omnibus.maximus & inter omnes maximus,ita vnus & ſolus ex omnibus,vel inter omnes.Verū vnus p ſolus accipio,ideoq; fere cū illo adiectiuo omīs tm̄modo cōiungitur.Nam vnus ex fortibus,vnus ex populo,alterius ſignificationis eſt. Cū ſubſtātiuo quoq; cōiungitur,vt idē Plinius. Caluitiū vni tantū animalium homini,ſed quaſi ſubintelligitur omnium. Acipenſer

¶Epitome capitis.clxix.

ANimaduerto te.i. animo cōplector, aut cōſydero animaduerto in te. i.rite & ordinarie pcedēdo te punio,differunt ergo,quū intueor te & in te nō differāt. Animauerto tibi.i.puto. Aīaduerto te.

¶Animaduerto te,& animaduerto in te. Cap.clxix. Aīaduerto in te.

ANIMADVERTO te,& animaduerto in te differunt, quū intueor te,& intueor in te nō differāt. Aīaduerto in te eſt punio te,ſed cum hac differentia, quod punire eſt quorūcunq; ſiue, iure, ſiue iniuria. Aīaduertere eſt eius , qui in alterū habet poteſtatem ordine ac rite id eſt cum animaduerſione punire.Sed hoc propriæ refertur ad perſonas Aīaduerto pro intueor,& perſonā & rem dicimus.

¶Epitome capitis.clxx.

QVædam vocabula ſunt notiora oratoribus,vt filius,pater. homo, q̄ nat⁹,genitrix vir,q̄ poetis notiora ſunt. Inter vtroſq; aūt āmbulat hiſtoriograph⁹,ab vtroq; accipiēs.

¶Vnde ſciemus ſuum eſſe cuiq; ſtylū, ſuaq; verba. Nā caballus in oratione raro ponit,in carmine non raro.Quod in cæteris quoq; annotandum eſt.

¶Filius,natus,pater,genitor,mater,genitrix,parens. Cap.clxx. Fili⁹,pater mr̄,hō,nat⁹,genitor genitrix. Vir.

ORATORES ſepius dicūt filius q̄ natus,pater q̄ genitor , mater q̄ genitrix parens pro vtroq;,etiā ſæpe homo potius q̄ vir,quoties ita accipit ille de quo agimus,aut loquimur,quale eſt hoc.Illi deduxerūt hominē in paleſtrā.Poetæ potius ecōtrario.Hiſtorici mediā quandā viā tenēt,vt Salluſt. Eos mores atq; eam induſtriam viri cognoui.

¶Epitome capitis.clxxi.

IN primis eſt inter primos, primas, aut prima iuxta exigētiam ſubſtantiui ſubauditi, quod ſi nullū eſt,refertur ad neutrū genus, ſicut & alia adiectiua abſolute poſita.

¶Neq; magis cenſebitur vna dictio q̄ inter primos.

In primis

¶In primis potens. Cap.clxxij.

IN primis potens,ſi de maſculo loquatis,intelligitur inter primos,ſi de fœmina,inter primas,ſi de neutro,inter prima,inter primas,ſi de neutro,inter pria. Nā idē pollet in primis & inter primos vel inter primas,vel inter prima. At ſi defuerit adiectiuū,vtiq; accipietur in neutro,quale eſt illud.Vergil. In primis venerare deos. Niſi ſit tale,quale apud eundē.In primis regina quietū.Accipit in Teucros animū.In primis nō inter prias, aut āte prima accipiendū eſt,ſed īter primos. Vna eñ inter mares fœmina noīatur,ſine fœminis aliis aut inter primos,& inter primas.

Nā cōparandus

¶Epitome capitis.clxxij.

HIc non eſt cū illo cōparandus,meli⁹ de minore ad maiorē dicitur.vt Ver.cū Home. Cauſa eſt q̄a defect⁹(vt dicūt)eſt in minore,q non accedit ad quantitatē maioris,vt illi cenſeatur cōparandus.

Hic nō eſt cū illo cōparandus. Cap.clxxij.

HIC non eſt cū illo comparandus melius de minore ad maiorē dicitur,vt Verg. cū Home. Hora.cum Pindaro , non eſt cōparandus,q̄ e diuerſo ſic Home.cum Verg.Pindarus cū Horatio,nō eſt comparandus e diuerſo t̄n nonnūq̄ repitur.

Intercedo.

Intercedo mō ſignificat iteruenio cōciliandi gratia Apuleius. Dū ꝑ inope ac calamitoſo intercedere mō ℣bis & ī mediū me oppono,vt tribuni interceſſerunt

¶Epitome capitis.clxxiij.

INtercedit amicitia,i.conciliat:intercedit vir.i. mediū ſe ac cōciliationē ponit.

¶Intercedo. Cap.clxxiij.

INtercedit mihi tecum amicitia,intercedit tibi cum illo affinitas.Intercedit tibi mecū neceſſitudo, hoc eſt,amicitia,affinitas,neceſſitudo inter nos eſt media q̄dam,quæ nos cōciliat.Tribuni interceſſerunt. Cepio interceſſit.Cato interceſſit,hoc eſt, in mediū ſe verbis aut vi oppoſuit.

Amamus inter nos

¶Epitome cap.clxxiiij.

AMamus inter nos,pueri inter ſe amant,plena eſt locutio,neq; ponend⁹ ſecundus accuſatiuus,qualis eſſet,nos inter nos,ſe inter ſe. Bene habet etiā ſine ſuppoſito poni ſolet.

¶Amare inuicē,mutuo,pariter,inter ſe. Cap.clxxiiij.

AMamus nos inuicē,amatis vos mutuo, amant ſe pariter. Quum vero adhibemus præpoſitionē inter,tollimus accuſatiuū,qui regitur a verbo,ne turpe foret ſi replicaretur.ſic amamus inter nos non autē,amamus nos inter nos,amatis inter vos, amant inter ſe nō autē amatis vos inter vos,amāt ſe inter ſe.Cicero ad fratrem. Pueri valde inter ſe amant.Et de amicitia. Neque ſolum inter ſe diligent & colent,ſed etiā verebuntur.Terent. in adel. Video eos ſapere,intelligere,in loco vereri,inter ſe amare.Idē & in eadem. Quaſi non norimus inter nos.Bene habeo,bene habes,id eſt,bene valeo , bene vales.In tertia autem ꝑſona etiam ſine ſuppoſito bñ habet.i.bene res ſe habet,quod exemplū vbiq; frequens eſt.

¶Epitome cap.clxxv.

¶Facio te certiorem,non ago certiorē,& raro certū niſi metri cauſa dicimus.Dicimus tamē facio rem gratam & gratum,ludos,rem diuinā.Preterea feci iacturā,damnū,naufragiū,frequentius,q̄ paſſus ſū feci fugam.i.fugi:feci timorē,d ū aliter timuit,feci iter,non egi iter.i.iui.Feci viam.i.ſtraui:feci copiam & poteſtatem rerū mearū,non dedi.Feci lucrum,potius,q̄ acquiſiui.Vrinā feci,id eſt.minxi,oletum feci nō emiſi.i.euacuaui aluū.Fregi quoq; nauē, ꝑ fracta eſt mihi nauis dicimus,Itē accepi iniuriā,poti⁹ q̄ paſſus ſum & ita in aliis.

Facio cum diuerſis

¶Facio te certiorē. Cap.clxxv.

FAcio te certiorē,non certum. Nā Ver. Anchiſen facio certum , ideo dixit , q̄a ſyllaba breuis inter longas non poteſt collocari,in verſu heroico.Ipſa autem, orōne ſcribentes ſemꝑ certiorem dixerunt,& ſemꝑ facio,nunquam ago.Facio tibi gratū nūq̄ ago tibi gratum.Facio ludos , facio rē diuinā facio ſacrificium,facio ſolennitatē,nunquā ago,& ī multis hmōdi.Itē feci iacturā,feci dānū,feci naufragium.Vix vnquā paſſus ſum iacturā,dānū,naufragium Cice.Magna in repub. facta iactura eſt Idem.Dānum eñ illius immaturo interitu res Romanæ latinæq; literæ fecerunt.Quint.In portu naufragium fecimus.Et in cæteris quibuſdam.Feci t̄n fugam,q; ego fugi alterū,non q; alter me,feci timorē,non q; ego timui alterū ſed q; alter me.Item , feci iter,non egi iter.Aliquando etiā feci viam , feci copiam tibi rerū mearū,nunquā egi aut dedi,aut pſtiti copiā.Feci poteſtatē tibi videndi res meas domeſticas,non autē dedi,Feci lucrū , non autem acquiſiui lucrū.Honore dicto,vrinā fecit,ſtercus fecit,non autem emiſit.Simile huic eſt,quod dicimus fregit nauim fregit brachium,quaſi ipſe fregerit,id eſt,ipſe egerit,& non potius paſſus ſit.Terent.Is fregit nauim apud Andrum Cicero.Gregaleſq; eñ quū nō veniſſet in cāpum requirerent,excuſauit Veſpa.Terentius,q; eum brachiū fregiſſe diceret,alius dixiſſet,q; ei brachium fractum eſſet.Item etiam accepi moleſtiā,cladē,contumeliāve.Accepi vulnus,accepi iniuriā,accepi dedecus,ignominiāve. Nunquā autē paſſus ſum.De quo verbo cōmodius alio loco dicā,accepi voluptatē,gaudiū,lætitiā.

Frango

Feci lucrū dicim⁹,nō āt acquiſiui lucrū

¶Epitome cap.clxxvi.

QVa pietate,cuius pietatis,quæ pietas elegāter,quaſi ꝑ parentheſim inſeritur ſicut ea pietate,ei⁹ pietatis,ea pietas , pro tanta pietate tantæ pietatis,aut tanta pietas &c.

¶Qua pietate,cuius pietatis quæ pietas eſt. Cap.clxxvi

SI potuiſſet redimere oculos matris(qua pietate fuit)vicarios ſuos dediſſet,id eſt tanta pietate in matrem fuit. Idem Quintilianus,hoc ſi ſciſſes pater affirmo,promitto(cui⁹ pietatis es)nemo te anteceſſiſſet. Et alibi.Quæ tua pietas eſt Tribus enim modis vtimur per relatiuum ,totidēque per pronomen is.Primo modo ſic,ea pietas tua eſt Secundo ſic,eius pietatis es,ſed hoc rarius. Tertio ſic,ea pietate eſt,pro tāta accipitur.ideoq; & ipſo tā

ta vtilicet eo modo quo & ꝓnomine hab... ũt aliquid plus talis oratio, q̃ ſi dicas, pro tua pietate.

¶Epitome capitis.clxxvij.

*Venire in opinionẽ.*

VEnire in opinionẽ ſignificat quũ habere, tã facere opinionem. Exiſtimatio quoq; & actiue & paſſiue accipitur. Sed venire in ſuſpitionem obliuionẽ & vituperationẽ ſemper paſſiue, ſicut vt plurimũ offenſio accipitur, nã offenſa actiue dicimus. Vectatio quoq; fere paſſiue accipitur, ſicut & vector potius pro eo qui vehitur, q̃ qui vehit. Cætera autem verbalia in io a ſupinis actiuorũ deducta cõmuniter ſignificant.

¶Vector ergo cõmuniter ſignificat, ſicut & ea quę his verſiculis cõtinentur. Hoſpes, zelotipus cõuiuaq; vector, alumnus. Actum ſiue pati ſub eodem nomine ſignant. Negat id de alũno author noſter, ſed vt ſuo loco dicetur non recte.

¶Veni in opinionem. Cap.clxxvij.

*Veni ĩ opinionem.*

VENI IN opinionẽ actiue accipitur, ꝙ talem opinionem habeo aliquãdo paſſiue, quum opinio ſignificat famã: opinio inquã, quæ de me habetur ab alijs, nõ quam ego habeo de aliquo, ſicut exiſtimatio eſt opinio atq; ſententia quũ accipitur actiue, vt exiſtimatio mea, id eſt ita exiſtimo. Aliquando paſſiue, vt homo magne exiſtimationis. i. famæ & nois, ꝙ eum magni homines exiſtimãt, ita homo magnę opinionis, vt Quintil. Quod accidiſſe etiam. Portio latroni, qui primus clari nominis profeſſor fuit, traditur, vt quũ ei ſummã in ſcholijs opinionẽ obtinẽti cauſa in foro eſſet oranda, impẽſe petierit, vti ſubſellia in baſilicã trãſferrẽtur. Cice. Sermonibus familiarium peruenimus etiam nos in opinionem. Venio in ſuſpitionem ſemper paſſiue, vt idem. Quod ſi falſo Pub. Sextio veniſſes in ſuſpitionem, id eſt in ſuſpitionem tui nõ tuam. Veni in obliuionem ſemper etiam paſſiue, vt idem. Vt ſi fuerint excellentes viri, certe iam venerunt in obliuionem, hoc eſt ꝙ cæteri de illis obliti ſunt, nõ ꝙ illi de alijs, aut de ſe. Similiter venio in vituperationẽ. Idem verrinarum quarto. Vt propter eum in ſermonẽ hominum atq; in tantam vituperationẽ veniret. Offenſio etiã prope ſemper paſſiue accipitur. Ideoq; idem nõ Claudij offenſiões dicit, ſed offẽſas: ſuas vo offenſiões & alibi. In ægro corpore odioſa eſt omnis offenſio, id eſt moleſta omnis paſſio. Vectatio quoq; huic ſimile eſt, cuius rei cauſa eſt ꝙ vector quod debet ſignificare quod vehit, vt nauis, equus, vehiculum, ſignificat potius id quod vehitur, qui eſt homo. Cice. Etiam ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus a minoribus vectoribus admoneri ſolent. Quintilianus. Sic in nauim filij mei male permutatus vector imponor, non tamen vectorem accipias pro nauta. Hinc eſt ꝙ inuenimus nõnunq̃ dictum nautas & vectores. Sunt enim vectores qui precio in aliena naui vehuntur, vt idem Quintilianus. Cur in frenatis equis vector inſidet? Nõnunq̃ pro eo qui vehit vt Seneca in Hercule inſano. Tyrię per vndas vector Europe nitet. Idem in Hippolyto. Pro ſua vector timidus rapina, quũ de eodem tauro, de eademq; Europa loqueretur. Nam cætera fere quæ a ſupinis veniunt, tam actiue q̃ paſſiue accipi ſolent, vt accuſatio Marci Tullij actiue, accuſatio Verris paſſiue. donatio mariti, actiue, donatio vero bonorum, paſſiue. &c.

*Exiſtimatio. Opinio. Suſpitio. Obliuio. Vitupatio Offenſio, Vector.*

*✱Vector nõ ſignificat eũ qui vehit nõ eũ qui vehitur.*

¶Epitome capitis.clxxviij.

MAle cogitare eſt perniciem aut aliud malũ alij machinari, quaſi mala cogitare, ſicut male audire infamari, quaſi mala de ſe audire. Sed male dicere ſine caſu, & male cenſere. & ꝓnunciare, opinari, ſentire, exiſtimare, iudicare, & ſimilia, ſignificant male. i. indebite, & cũ errore ea facere. At male dico tibi, male opto, male precor, aut male imprecor, ſignificant mala & pernitioſa tibi dico, opto &c. Similiter male de te ſentio, male tu de me exiſtimas, aut iudicas, quaſi pro malo dicuntur, vt ſit error non agentis, ſed eius in quem agit.

¶Male dico, male cogito. Cap.clxxviij.

*Male & bene cum diuerſis verbis.*

MALE IVDICO, male ſentio, male pronũcio, male opinor, male cenſeo, male exiſtimo hoc male ad meipſum refertur, errorẽq; meum declarat. Male cogito ad alterũ refertur, ſignificatq; perniciem nõ errorem, vt Cice. Carthaginem diu male cogitãtem non prius vereri deſinam, q̃ exciſam, cognouero. Male cogitantem, videlicet mala in alterum perniciẽq; cogitantem, non autem ſeipſam fallẽtem. Item maledico tibi, male opto, male precor tibi, aut male imprecor. His nõnihil ſimilia ſunt. male de te ſentio, male tu de me exiſtimas, male de illo iudicamus, nõ error hic ſentiẽtis, exiſtimantis, iudicantiſq; innuitur: ſed vitium de quo iudicamus, exiſtimamus, ſentimus. Male quoq; audio, id eſt infamor crimina mea audiens, cuius contrariũ eſt maledico. Salluſt. in Cice. Reſpondeo tibi, vt ſi quã maledicendo voluptatem cepiſti, ea male audiendo amittas. Bene quoq; maxima ex parte huic ſimile eſt, vt de te bene ſentio, bene tibi precor, bene de te mereor.

*✱Male cogito ad alterũ referẽ ſignificatq; ꝑniciem nõ errorẽ*

*✱Oui. nõ tã Æneã q̃uis male cogitet odi Bene.*

*✱Celius. Et ipſe facile aſaduertere male eũ de me cogitare.*

¶Epitome capitis.clxxix.

HAbeo te loco patris. i. ea charitate qua patrẽ, ſed loco voluptatis. i. voluptuoſum. & ita in cõſimilibus. Particula autẽ in locum expetit verbũ quale eſt ſuccedo, ſubſtituo, aut ſimile. Et in patrem etiam verbũ motus, vt reuertor, redeo: non eſſe, vnde non dicam: ero tibi in patrem, ſed pater, licet Curtius in præſidem dixerit.

¶Loco patris. Cap.clxxix.

*Loco pr̃is.*

LOCO PATRIS, loco fratris, loco filij te habeo, non ita accipit, q̃ vbi illi antea erant. ibi tu nunc apud me ſis, ſed ꝙ in ea charitate, qua illi aut fuerunt, aut ſunt, aut eſſent, aut eſſe debeant, vt Chryſis Pãphilo apud Terentiũ loquitur. Si te in germani fratris loco dilexi. Cicero in Verrẽ. In parentum loco quæſtoribus ſuis prætores eſſe oportere. Illa autẽ ſententia in locũ potius q̃ in loco, requirit tale aliquod verbũ, quale eſt apud Quin. Nã quõ pugnã ineũtibus tot ſimul metus laboris doloris, poſtremo mortis ipſi⁹ exciderint niſi in eorũ locũ pietas & fortitudo & honeſti operis imago ſucceſſerit? Et alibi. Nõ perdidit filiũ quiſquis occidit Explicat a dolore patrem. quod ſibi videtur feciſſe rem maximam, & in locũ iuuenis amiſſi ſubſtituit de vanitate ſolatiũ. Ergo ita dicitur, vbi aliud erat

*Particula in locũ q̃le verbũ reqrit. In locum.*

aliud ſucceſſit, quæ diuerſa a ſuperiori ſententia eſt, loco voluptatis mihi eſt, loco honoris, loco turpitudinis .i. voluptuoſum, honorificũ, turpe. Illud autẽ in hac parte competit, vt dicamus nõ recordari me an vſq̃ reperierim, genus illud ſermonis, quo eccleſiaſtici paſſim vtũtur. Ego habeo te in patrem, tu es mihi in filiũ, accipio te in fratrem. Dicunt enĩ veteres, habeo te loco patris. Tu es mihi loco filij. Accipio te loco fratris, vel habeo te pro patre. Tu es mihi pro filio. Accipio te pro fratre, & nõnullis alijs modis. Atq; hic videtur aliquid nõ vtiq; tale eſſe, ſed perinde eſſe acſi tale foret, ideoq; expoſitiones noſtræ locũ habent. vbi tale aliquid nõ eſt (vt dixi) ſed pro tali habetur, vt in illo. Ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam, quod licet dicere, accipit loco matris, vel pro matre, ſiue pro ſua. Nõ autem ita in illo quod provero, accipi debet. ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filiũ. Licuiſſet ergo dicere .i. dixiſſent veteres. Ego illi pater, & ipſe erit mihi filius, ſed more Græcorũ, vnde hæc ſumpta ſunt, noſtris eccleſiaſticis loqui placuit. Iidem veteres qui illo modo locuti nõ ſunt, ſic tamen loquebant̃, reuertor in patrẽ, tibi redij in amicũ: ſed hic verbũ eſt ſignificans motũ. Quint. Et poſt exitũ vnici reuertor in patrem. Quintus Curtius tamen lib. v. Igitur res arci Babiloniæ Agaricẽ in pręſidem eſſe iuſſit.

Loco voluptatis.

Tu es mihi in filiũ habeo te ĩ patrem & ſimiles locutiones q̃bus vtãtur eccleſiaſtici raro reperiuntur.

In patrem Reuertor in patrem

¶Epitome capitis. clxxx.

NIhil ad te eleganter dicitur pro eo quod eſt nihil in cõparatione tui. non tamen penitus nihil, ſed valde parum.

Nihil ad te.

¶Nihil ad tuum equitatum. Cap. clxxx.

ADDIDIT ILLVD etiã equites nõ optimos miſiſſe credi Cæſar, nihil ad tuum equitatũ .i. nihil ad comparationẽ tui equitat⁹. Idẽ Cicero. Perſiũ nolo legere, hic fuit enĩ (vt noramus) omniũ fere noſtrorũ doctiſſimus. Lelium decimũ volo legere, quẽ cognouimus virum bonũ & nõ illiteratũ, ſed nihil ad Perſiũ .i. nihil in Perſij cõparatione. Quale eſt quũ ſubintelligitur pertinet, vt hoc qđ ad te hoc nihil ad te, ſup. ptinet vel potius parũ eſt, vt ſit in cõperatione Perſij parũ doctus, & in cõparatione tui equitatus ſint parũ boni equites. Terẽ. Eſtne Thais (vt fertur) forma ſſane. Sed nihil ad noſtrã hanc nõ plane nihil, ſed parum potius accipiendũ eſt.

¶Epitome capitis. clxxxi.

DIcetur memoria teneo, non memoriter, niſi Plinius ſic dicit, cõtra memoriter pronũcio & narro, nõ memoria. At cõplector & repeto memoria & memoriter, pro quorum poſteriore nõ dicimus corde tenus, aut mentetenus.

Memoria quid ſignificat.

* Cordeten⁹ & mẽte ten⁹ barbarę dictiones.

¶Magna eſt ergo authoritas Pliniana, qua ſola trahatur in ſententiã dicendi teneo memoriter. Cuius tamen ſenſus erit teneo ſic, vt memorius efferre aut pronunciare poſſem.

Memoriter teneo.

¶Memoria teneo, nõ memoriter, pronuncio memoriter &c. Cap. clxxxi.

MEMORIA teneo, nõ memoriter, pnuncio memoriter, nõ memoria. Cice. Memoria teneo, bello tarſico cũ Quĩto Octauio. Idẽ. Quin. Muti⁹ augur, Scæuola multa narrare de. C. Lelio ſocero ſuo mẽoriter & iucũde ſolebat. Cõplector tñ mẽoria & mẽoriter, repeto memoriter & memoria. Quint. Si longior cõplectenda memoria fuerit oratio proderit per partes ediſcere. Cicero. Cõplectebatur me moriter, diuidebat acute. Quintil. Memoria repeto conuictos a me, qui repræhenderant q hoc verbo vſus eſſem pepigi. Terẽtius. An cognoſcit ſigna, at memoriter? Aliud tamẽ eſt ille ablatiuus q̃ illud aduerbium. Memoria enim quid ſignificatur apparet Memoriter vero eſt qđ literatores noſtri imperiti dicunt cordetenus, & mẽtetenus. Apud Pliniũ tamen ad Romanum Lego. Tu facillime iudicabis, qui tã memoriter tenes, vt cum hac cõferre poſſis, ſi recte ſic ſcriptum eſt recte ſic dici iudicabo.

Memoria & memoriter.

¶Epitome capitis. clxxxij.

EST autem verbum afficio lati ambitus ad omnem affectionem, ſeu (vt dicunt) paſſion accommodabile, vt afficio gaudio, voluptate, triſtitia, ſpe, metu, dolore &c. Sic conficio quod eſt quaſi conſumo, vt confecit me ſitis & inedia, ſed frequẽtius in paſſiuo, cõfectus ſum egritudine, ſiti &c. Item conſequor eandem vim habet quam afficio, vt proſequor te laude, id eſt laudo, vituperio .i. vituperọ, & ita in ſimilibus.

Afficio

¶Quædam habent hic plura capita, ſed ea in quinto reperiuntur.

¶Facio tibi iniuriam. Cap. clxxxij.

FACIO tibi iniuriam, & facio tibi contumeliam. Afficio te iniuria, & afficio te contumelia. Facio tibi moleſtiam non ita libenter dixerim, vt afficio te moleſtia.

* Facio & afficio cũ diuerſis caſibus.

¶Epitome, in. iiij libri proœmium

TAmetſi diuus Hieronymus ſe fatetur cæſum, q Ciceronianus & nõ chriſtianus eſſet non continuo damnandi ſunt eloquentiæ ſtudioſi, aut elegantiæ præceptores, etiã theologi, quum eorum principes fuerint eloquentiſſimi, & ſine elegantia nullus ad theologiam niſi impudentiſſimus accedat. Neq; vero q eloquentiæ ſtuduerat aut gentiles legerat, ceſus eſt Hieronymus, nam id poſtea neq; vetuit cuiq̃, neq; omiſit, ſed q vir ad chriſtianã rẽ deſtinatus, non chriſtianus ſed Ciceronianus eſſet .i. nõ diuinis, ſed dũtaxat humanis literis inſudans. Quocirca hortat̃ vt ornatum dicendi a gentilibus tanq̃ iniuſtis poſſeſſoribus ad noſtrã cui debetur religionem tranſferamus.

¶Scio ego, emphaticos, additur ego. Qui ſibi videntur, non dicit qui ſunt, intelligitur autem cæteris, nam aliter ſanctiores locum inter plura duobus haberet etiã partitiue ſumptum, vt id eſt tanq̃, quorum ſcilicet librorum, q id eſt quia, ſtudioſior, ſubaudi aliquando q̃ par erat: & id diris expectationibus, quas euangelium anathematiſationes vocat, ſunt autem quibus quis ſibi male præcatur, niſi faciat aut verum ſit qđ dicit. Iſtorum, quaſi viliſſimorum. Et quidẽ in præterito; alij legunt imperterriti At ſi vera eſt lectio in præterito, id eſt de re præterita vtpote de iactura & naufragio, id eſt damno & peritione literarũ, aut in præterito, id eſt in eo quod alij præterierũt, & nõ accuſauerũt putantes eos pie locutos, aut ĩ præterito q ũſera ſit accuſatio poſt tãtam iacturã, mallẽ tñ legere impterriti. Naufragiũ fecerũt q plus eſt q̃ iacturã facere, nã iacturã faciũt

Naufragium facere eſt pluſq̃ iacturã facere.

*Nemo bonus artiū interp̄s ſine eloquētia.*

ne fiat naufragium, ſeruat autem quod præcepit dicēs fecerunt, potius q̄ paſſe ſunt. Sed quis id eſt qualis accuſatus. Ne in te impetū faciant, ſumpta locutio ex ſermonibus Horatij. Si tantum eloquētes, validior videtur obiectio q̄ reſponſio. Si enim diceretur. Eloquentiæ ſtudium quo imperiti a ſanctarum rerum ſcrutinio arcentur, nō eloquentium lectionē damnamus dūmodo in eis non eloquentiam, ſed bonas margaritas id eſt ſcientias inquiramus. Nō ſatis purgaret qui diceret ergo nullos gentiles legēdo immo dicerem omnes qui aliquid bonæ ſententiæ habent, ſed non propter eloquentiam obtinendam. Verum dicemus etiam eloquentiam amandam, ꝙ ea quę concipimus melius exprimimus, & expreſſa ab alijs melius intelligimus. Neq̄ tamen hic tam eloquentiā q̄ elegantiam præcipi, ſine qua nemo verus ſit theologus, quum ignoret virtutem vocabulorum. Dilutum id eſt intermiſtum, vinum autem dilutum imperiti lymphatū vocant. Ille græcus, videlicet Plato, noſter latinus, ſcilicet Cice. Cauſæ forenſes ſunt q̄ pertinent ad foꝝ iudiciale. Oīes hereſes. Id Auguſtinus in lib. de ciui. dei ſentire ex parte videtur, vbi Porphyrium taxat chriſtianę pietatis acerrimum hoſtem. Quid ſupple de hoc dices, quod ne diſſimulabit quidem id eſt manifeſte

*Mutuo. Mutuor.*

fatebitur ſe eloquentiæ ſtudioſum. I nunc figurata iuſſio aut permiſſio, qua poete & oratores frequenter vtuntur pro occulta prohibitione. Eſt autem I ſecunda perſona præſentis imperatiui ab eo. Quod dico, quia quidam credens. L. eſſe fecit Lucium. Sepe in teſtimoniū aſſumit, etiam in prologis bibliæ. Quid ipſe id eſt vir tam anxie ſanctus & doctus & verax. Nam in alijs inſpiciendum potius ex conſilio ſaluatoris quid doceant q̄ quid agant, dicūt enī & non faciunt. Eloquentiam mutuaretur id eſt mutuo acciperet. Nā mutuatur qui mutuo accipit, mutuat qui mutuo dat, vt alibi docet author ipſe. Studeo eloquentiæ potius q̄ eloquentiā dicemus. Apes q̄ formica, apes regem habēt, formicę rempublicā Vnde lepide dicit ſe ſub apum rege malle militare q̄ formicarum exercitum ducere. Nam licet formicę prudenter quidem rempu. adminiſtrent, terrena tamen dumtaxat cogerunt, ad apes ærei mellis cœleſtia dona. Cætera vti & iſta nota putem etiam mediocriter literatis imperatoribus tamen multa familiarius explananda relinquimus, quale eſt probatum iri eſſe futuri infinitiui modi pro quo diceret probanda eſſe. Nam ſenes deſperandi id eſt nulla ſpes habenda eſt de ſenum eruditione, qđ graphice in præfatione Themiſtij ſic dicit Hermolaus barbarus. Pſitacus eſt ſenex, ferulam neſcit, quāq̄ non nihil differunt, ſic legendum eſt, non differant, ne contra præceptum ſuum faciat author. De verborum ſignificatione id eſt vocabulorum, nō enim in ſequēti libro verborum, ſed nominum ſignificationes tractat, ſed verbum pro famine ſępe ponit. Hora. Verbum non amplius addam.

## ¶LAVRENTII VALLENSIS patricij Romani de latinæ linguæ elegantia benemerentis In quarti libri cōtra elegantiæ ſtudioſorum calumniatores.

### ¶Prooemium.

*Aduerſus calūniatores defenſio. Hierony. ceſſio. Defenſio lectionis ſecularīū.*

SCIO EGO NONnullos eorum præſertim qui ſibi ſanctiores ac religioſores videtur auſuros meū inſtitutū hoc laborē q̄ repręhendere, vt indignum Chriſtiano homine, vbi adhorter cæteros ad librorum ſecularium lectionum, quorū ꝙ ſtudioſior eſſet Hieronym⁹ ceſum ſe flagellis ad tribunal dei fuiſſe cōfitetur, accuſatumq̄ ꝙ Ciceronianus eſſet, & nō Chriſtianus, quaſi nō poſſet fidelis eſſe, & idem Tullianus. Eoq̄ ſpopōdiſſe, & id diris execrationibus, libros ſeculares poſtea ſe nō eſſe lecturū. Hoc crimē non magis ad præſens opus pertinet, q̄ ad meipſum, ac cæteros literatos, quoꝝ ſtudiū, ac doctrina literarū ſecularīū reprehendit. Reſpōdeamus igit iſtoꝝ accuſationi, eoſq̄ viciſſim, & quidē in præteritum quoq̄ accuſemus, quoꝝ culpa nō ex minima parte latinæ literę iacturā naufragiūq̄ fecerunt. Quid ais tu nō eſſe legēdos (authore hierony.) ſeculares libros? Qui ſunt iſti quæſo libri? omnes ne oratores, omnes hiſtorici, omnes poete, omnes philoſophi, omnes iuriſcōſulti, cæteriq̄ ſcriptores? an vnus Cicero? Si illos dicis, vt debes dicere, cur nō cæteraꝝ quoq̄ literarū ſtudioſi abs te reprehēduntur, cū quibus me aut dānare debes, aut abſolui? Sin ita non ſentis, & non ſolū Ciceronem reū facis, vide ne ſtultū Hieronymum videri velis, quē neminē ſecularīū promiſit ſe lecturū, quū de Cicerone tantū ꝓmittere deberet. At nō quid ille ꝓmiſerit (inquis) eſt intuēdū, ſed q̄s accuſatus ſit. Fuit aūt accuſatus ꝙ Ciceronianus foret. Itane? ergo miſſum faciamus Ciceronē, relinquamus, abijciamus. Quid de alijs authoribus ſentis? Quid de tot diſciplinis? Certe omnes ſeculares ſunt atq̄ adeo gentiles. i. a nō chriſtianis, nec de chriſtiana religione cōſcripte. Si legēdas ais, tibi ipſi repugnabis, qui mihi harū obijcis lectionē. Si negas, etiā atq̄ etiā cōſyderа, ne ſingularū diſciplinarū familiæ in te impetū faciāt, teq̄ omnes (nemine auxiliū ferēte) diſcerpāt. Minime inquis ita eſt. Sed quū Hieronymus ꝙ Ciceronianus eſt reprehēdit, id reprehēditur ꝙ ſtudioſus eloquentiæ eſſet. Ideoq̄ dānati atq̄ repulſi intelliguntur, qui cōparande eloquētiæ gratia lectitātur. Iā video, times inuidiā, ſed ſero times, & in eodē hęſitas luto. Si tm̄ eloquētes excludis, cur modo in vniuerſum mihi vetabas (vt ſępe facere ſoles) legendos ſecularīū libros? At poſtea accuſationē tēperaſti, & de eloquētibus dūtaxat intelligis. Ita ſi erraueris, ſane, do veniā imperitiæ, parco cupiditati feriēdi, licet laceſſitus. Cur tamē ab Hierony. diſſides, qui ſeculares non aūt eloquētes ſe nolle tāgere ꝓmiſit? Cur te neq̄ cū iudice illo vnū Ciceronē intelligis, neq̄ cum Hierony. vniuerſos ſeculares? Quid ſibi vult iſta anceps, vacillāſq̄ ſentētia? quāq̄ (dij boni) nihil ne in illis libris niſi eloquētia eſt, nō memoria tempoꝝ, gētiūq̄ hiſtoriæ, ſine quibus nemo nō puer eſt, nō multa ad mores pertinētia, nō omniū diſciplinarū tractatio? Nunqđ hęc omnia negligā, ne forte dū talia diſcere volo, eloquentiā diſcā vt venenū bibā hoc vino dilutū, malimq̄ aquā & quidē cœnoſam potare

**Accuſatus Hieronym⁹ ꝙ ciceronian⁹ foret.*

*Solius eloquētiæ dānari ſtudiā*

*Hiſtoriæ cognitio facit ne ſemper pueri ſimus.*

q̃ cũ hoc more falerna dulciſſima?Porro q̄ ſunt iſti
libri in quibus venena eloquentiæ occultatur?Certe
nullos ego ſcio nõ eloquẽtes,niſi tuos tuorũq; ſimi-
lium,quibus nec robur vllũ adeſt,nec ſplẽdor,cõtra
q; cæteroꝝ opera,ꝓ ſuavnũ quodq; portionem ꝗ̃
quandã præ ſe ferunt bene dicẽdi diligentiã.Ita aut
eloquẽtes,aut nulli libri legẽdi erũt.An ex his duo-
Platoniſ & Ciceronis laudes. bus de quibus Hierony.meminit,aut ille Græcus in
facundus fuit,aut noſter Latinus,nulli dũtaxat lati
norum in philoſophia ſecũdus,quoꝝ vterq; neſcias
præſtantior ſit philoſophus an orator?Q̃d ſi omnes
libri veterũ ita ſunt eloquẽtes,vt vel plurimũ ſapiẽ
tiæ,ita tradentes ſapientiã,vt vel plurimũ eloquen-
tiæ habeant,quinã iſti erunt,quos ob eloquentiã dã
nãdos putemus?Atq; quũ eos duos lecticaſſe ſe Hie
✻ Hieronymus fateatur,vide ne nõ tam de oratorijs Cice
an de Ciceronis oratorijs operib⁹ an de philoſophicis repꝛehenſus. ronis operibus,q̃ de philoſophicis dictũ exiſtima-
re debeas.Certe ego de philoſophicis dictum acci-
pio,vbi ſoli philoſophi nominant,q̄ꝙ Platonicus
eſſet,non ideo nõ obiectũ,quaſi ſanctæ faceret Pla-
tonem legens,ſed tantũ Ciceronianus,ꝙ homo la-
tinus magis Ciceronis ſtylum cupiebat exprimere
ſtylum inquã quali ille vtebat in quæſtionibus phi
loſophiæ,non quali in forẽſibus cauſis concionibuſ
ve,aut in ſenatu.Nõ enim orator cauſarum ciuiliũ
Hierony.ſed ſcriptor ſanctarũ diſputationum ſtu-
debat euadere.Cur non ergo credamus non minus
Platonẽ nocuiſſe ei,q̃ Ciceronẽ?cur non magis phi-
loſophos q̃ oratores?At ornatus ipſe dicendi repre
henſus eſt,nõ ſcientia.Si ita eſt,omnes ad vnum re-
præhẽduntur.Quis enim caret ornatu?Id quo tu in-
tolerabili calumnia vteris,quum non ſit facta mẽ-
tio de ornatu illa accuſatione,ſed ꝙ tãtũ Ciceronia-
nus eſſet.Nunquid tantum in Cicerone ornatus &
non philoſophia,non cætere artes,nõ(vt dixi)in Pla
tone facundia,non in cæteris,cur non omnes pari-
ter exterminamus?cur non potius Ciceronis philo-
ſophia nocuiſſe putanda Hieronymo eſt q̃ ars di-
Si ornatus rephendit oẽs repræhẽdi gentiliũ libros. cendi?Nolo hoc in loco cõparationem facere inter
philoſophiam & eloquentiam,vtra magis abeſſe
poſſit,de quo multi dixerunt oſtendentes philoſo-
phiam cum religione chriſtiana vix cohærere,om-
neſq; hereſes ex philoſophiæ fontibus profluxiſſe.
Rhetorice laus. Rhetoricam vero nihil habere niſi laudabile vt in-
uenias,vt diſponas,quaſi oſſa,& neruos orationi
des,vt ornes,hoc eſt vt carnem,coloremq; inducas.
Poſtremo vt memoriæ mandes,decenterq; pronun
cies,hoc eſt vt illi ſpiritũ,actionẽq; tribuas.Hæc ego
cuiq̃ nocere poſſe credã,niſi ei qui cætera negligat
& præſertim verã ſapientiam,atq; virtutes,vt Hie-
ronymus faciebat?Hanc ergo artem obfuturã pu-
Accuſatio Hie.ſolim tem,profecto nõ magis q̃ pingendi,fingendi,celã-
di.Et(vt de liberalibus dicam)q̃ muſices artem.Et
ſi ex his qui bene canunt,pingunt,fingũt,cæteriſq;
ex artibus multum vſus atq; ornamenti diuinis ac
cedit rebus,vt propriæ ad hanc rem neceſſe videã
tur,profecto multo plus accedet ex eloquentibus.Qua
re non fuit illa accuſatio ꝙ Ciceronianus eſſet Hie-
ronymus,ſed ꝙ non Chriſtianus,qualem ſe fal-
ſo eſſe prædicauerat,quum literas ſacras deſpiceret.
Non ſtudium huius artis ſed nimium ſtudium ſiue
huius artis,ſiue alterius,ita vt locus non relinquatur
melioribꝰ repræhenſus.Nõ cæteri,ſed ſolus Hiero-
nymus accuſatus eſt.Alioquin cæteri ſimili caſtiga
tione correpti fuiſſent.Neq; enim vnam omnibus
medicina cõuenit,& alios aliud decet,neq; ſemper
& vbiq; idem aut permittitur,aut vetatur,neq; ille
hoc alijs vetare auſus eſt,ne facerent contraq; plu-
rimos laudauit,quum ſuperiorum,tum ſuorum tẽ-
porum eloquentes.Verum quid multis agimus?
Quid Hieronymus ipſo eloquentius?quid magis Hierony. aduerſus Ruffinũ purga.
oratorium?quid(licet ipſe diſſimulare velit)benedi
cẽdi ſollicitius,ſtudioſius,obſeruantius?Quid ꝙ ne
diſſimulabat quidem?Nam obijciẽte hoc ſibi ſom-
nium Ruffino,hominem deridet,planeq; fatetur ſe
lectitare opera gentium,& lectitare debere,Idq;
cum in alijs multis locis(quãq̃ etiam ſine confeſſio-
ne palam eſt)tum vero epiſtola illa ad magnum
Oratorem.I nunc,& verere,ne aliena accuſatio tibi In particu lis.
obſit,quum illi non obfuerit ſua,& nõ audeas face
re,ꝙ ille reſciſſa pactione facere non timuit,tametſi
non deſunt,qui credãt eum puerili ætate illa perce- ✻ Permiſſio figurata.
piſſe,ſemperque poſtea memoria tenuiſſe.O ridi-
los homines,& omnis doctrinæ imperitos,qui opi-
nenẽ eũ tãtã rerũ copiã ac ſcientiã,qua nulli chriſtia
noꝝ cedit,aut tã cito potuiſſe dicere aut tãdiu nõ po
tuiſſe dediſcere,quũ & rariſſimi reperiãtur,q̃ cente-
ſimam partem ſcientiæ illius aſſequi poſſint,& nõ
minore labore(vt antiquitus dictum eſt)hæc facul-
tas retineatur q̃ paretur,& tamen quantulum inter Eloquẽtia tã difficulter retinẽt q̃ paratur.
eſt inter furari & furtum nõ reddere.Quid prodeſt
alijs furtum prohibere ne furẽtur,ſi tu furto tuo pa-
lã potiris?Si nõ debemꝰ diſcere eloquẽtiã,nec vti cer
te ſi diſcimus.Quid ꝙ libros gentiliũ ſepe in teſti-
monium aſſumit,quos ſi non liceret legere,minus
profecto legendos exhibere,& ſi nos deortaretur
a lectione gentiliũ,quod non facit,magis intuendũ
putarem,quid ipſe ageret,q̃ quid agendum alijs di
ceret,verũtamen ſemper ipſe idem,& dixit,& fecit
Nam poſtq̃ teneram illam ętatem ſaluberrimo ſa-
crarum ſcripturarum alimento pauit,in ea quam
deſpectam habuerat,ſciẽtia ſibi vires fecit,ac extra
periculũ poſitus iamque eſt ad lectionem gentiliũ
redijt,ſiue vt illinc eloquentiam mutuaretur,ſiue vt
illorum benedicta probans,male dicta repræhen-
deret,quod cęteri omnes Latini Gręcique fecerunt,
Hilarius,Ambroſius,Auguſtinus,Lactantius,Baſi
lius,Gregorius,Chryſoſtomus,alijq; plurimi,quæ
in om̃i ętate pręcioſas illas diuini eloquij gemmas,
auro,argẽtoque eloquentię veſtierunt.Neque alte-
ram propter alteram ſcientiã reliquerunt.Ac mea
quidem ſententia,ſi quis ad ſcribendum in theolo-
gia accedat,parui refert,an aliam facultatem affe-
rat,an non afferat,nihil enim fere cætera conferunt.
At qui ignarus eloquẽtię eſt,hunc indignum pror- Theologia ſolius eloquentię eget.
ſus qui de theologia loquatur exiſtimo.Et certe ſo-
li eloquentes,quales hi quos enumeraui,colũnę ec-
cleſię ſunt,etiam vt ab apoſtolis vſque repetas,in-
ter quos mihi Paulus nulla re alia eminere,q̃ elo- Paulus eloquens.
quentia videtur.Vides igitur vt in contrarium res
ipſa recidit,Non modo non reprębendendum eſt
ſtudere eloquentię,verum etiam reprębendendum
non ſtudere.Et ego ſic ago,tanq̃ eloquentię contra Elegantiæ nõ eloquẽtiæ ꝓcepta tradit.
calumniantes patrocinium pręſtem,quod eſt ma-
ius propoſito meo.Non enim de hac re,ſed de ele-
gantia linguę latinę ſcribimus,ex qua tamen gra-

dus ſit ad ipſam eloquentiam. Verum ſi quis eloquens non ſit, ita demum non erit caſtigandus, ſi talis non potuit euadere, non ſi hunc laborem effugit. Qui vero elegāter loqui neſcit, & cogitationes ſuas literis mandat, in theologia præſertim impudentiſſimus eſt, & ſi id conſulto facere ſe ait, inſaniſſimus, q̃q̃ nemo eſt qui nolit eleganter, & facundæ dicere. Quod quum ipſis non contingit, videri volunt (vt ſunt peruerſi) nolle, aut certe non debere ſic dicere. Ideoq; aiunt gentiles hoc modo locutos eſſe, nō decere eodē modo loqui chriſtianos, quaſi illi quos nominaui, more iſtorum locuti ſint, & nō more Ciceronis, cæterorumq; gentilium, qui qualiter loquātur nec cognitum iſti, nec expertum habent. Nō lingua gentilium, non grammatica, non rhetorica, nō dialectica, cæteræq; artes damnādæ ſunt (Si quidem apoſtoli lingua græca ſcripſerūt) ſed dogmata, ſed religiones, ſed falſe opiniones de actione virtutum, per quas in celum ſcandimus. Cætere autem ſcientiæ atq; artes in medio ſunt poſitæ, quibus & bene vti poſſis, & male. Quapropter conemur obſecro eo peruenire, aut ſaltem ꝓxime quo luminaria illa noſtræ religionis peruenerunt. Vides q̃ mirabili ornamento veſtes Aaron diſtinguātur, q̃ arca fœderis q̃ templū Salomonis. Per hoc mihi ſignificari eloquentia videtur, quæ (vt ait nobilis tragicus) Regina rerum eſt & perfecta ſapientia. Itaq; alij ornent domos priuatas, hi ſunt qui ſtudent iuri ciuili, canonico, medicinæ philoſophiæ, nihil ad rem diuinam cōferentes. Nos ornemus domum dei, vt in eam ingredientes, non ex ſitu ad contemptum, ſed ex maieſtate loci ad religionem concitemur. Non poſſum continere, quo minus qđ ſentio dicam. Veteres illi theologi videntur mihi velut apes quædam in longinqua etiam paſcua volitantes dulciſſima mella ceraſq; miro artificio condidiſſe. Recentes vero formicis ſimillimi, quæ proximo ſublata furto grana in latibulis ſuis abſcondunt. Vt ego (qđ ad me attinet) non modo malim apes, q̃ formica eſſe, ſed etiā ſub rege apum militare, q̃ formicarum exercitum ducere. Quæ probatum iri bonæ mentis iuuenibus (nam ſenes deſperandi ſunt) confidimus. Nunc ad inceptum redeo, quamq̃ ea quæ ſequuntur, nōnihil a ſuperioribus differant. Tractabimus enim de verborum ſignificatione, neq; de omnibus vocabulis, ſed quaſi guſtum quēdam, & eorum maxime quæ ab alijs tractata nō ſunt, nam de omnibus dicere ꝓpe infinitum eſt.

Impudētiſſimus eſt ſine elegantia thelog⁹

Apoſtoli lingua grę ca ſcripſerunt.

Ornatus rerum ſignificat elegātiā verborū.

Veteres theologi.

Recentes

Verbū.

¶Epitome capitis.clxxxiij.

Libertinus adiectiuum eſt, ſignificans hominem eius conditionis, vt aliquando fuerit ſeruus, aut ex ſerua natus, habetq; pro relatiuo ingenuum, cuius cōtrariū ſignificat. Et quia eius correlatiuū generale eſt, & generalia facile intelliguntur, recte ſine eo ponitur. Libertus vero ſubſtantiuum ad patronum certum refertur, ſignificatq; eum qui adhuc patronum habet, nec ſine eo vel adiectiuo pro eo poſito aut intellecto recte ponit̃.

¶Dicimus ergo Horatium libertum aut libertinū fuiſſe, patrem vero eius etiam libertinum, aut ſi ſciremus cuius etiam libertum, ſicut dicimus hunc libertum Cæſaris, illum Tullij, non tamen dicemus libertinum Cæſaris, quia adiectiuū eſt, vt textus declare ſignificat, oſtendens etiam quare dicantur cōſerui, & colliberti, nō coingenui, nec collibertini.

¶De libertino, & Liberto. Caput.clxxxiij.

LIBERTINVS & libertus ſola elegātiæ gratia habent differentiam, quā nec grammatici, nec iuriſperiti (quod maxime pudendum eſt) ſciunt, quam ne eorum quidem aliquem quis his temporibus merita bñ ſcribēdi laude celebrant, innocui ſcientem, ꝙ nolim videri cōtumelioſe dictum, ſed neceſſario potius, atq; honeſte. Vereor enim ne per facilitatem, qua ſemper candide quecūq; ſtudio inueſtigaſſem, cum amicis cōmunicaui, amici ipſi (ſi modo tales amici dicendi ſunt) laudem mihi præripiāt. Quod crimē longe a me ſemper abfuit, & ex omnibus quæ hoc in opere præcipimus, ꝓfiteor nihil omnino ex aliquo huius ætatis vel audiuiſſe, vel legiſſe. Itaq; ſic meā mihi ab alijs gloriam præripi moleſte fero, vt illorum a me præripi nefas puto. Nemo autem literatorum erit, quorū pauciſſimi mihi familiares nō ſunt, qui ſe hoc antea ignoraſſe, & a me vel verbo, vel ſcriptis didiciſſe neget. Igitur libertinus relatiuū eſt ingenui, libertus relatiuū eſt patroni, licet vnū, idemq; ſit & libertinus, & libertus. Per libertinū ſignificamus conditionem hominis, ſicut per ingenuum. Per libertū ſignificamus priuatum quēdam reſpectū, ſicut per patronum. Ideoq; libertinus adiectiuum eſt, ſicut ingenuus, eoq; nō ſit a libertina libertinab⁹, vt a liberta libertabus, ſed libertus, ſubſtantiuū, ſicut patronus. Illudq; ſolemus diffinire, hoc nō ſolemus, vt in iure ciuili. Libertini ſunt qui iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt, quēadmodū ecōtrario ingenui ſunt, q libera matre nati, nec poſtea ſerui facti ſunt. Significatur eñ (vt dixi) cōditio hominis per ingenuū & libertinū, vt libertinus homo, libertina mulier, libertine cōditionis, nō autē libertus homo, liberta mulier, liberte cōditionis. Hęc eñ ſignificant priuatū quēdam reſpectum ad patronū patronāve relata. i. ad eū eamve quę antea dñs, aut quę domina huius fuit, quū ſeruus ancillave eſſet, vt libertus Cæſaris, libertus Meſſalinæ, liberta Claudij liberta Agrippinæ, nō aūt libertinus Cæſaris, aut libertina. Ideoq; interrogamus, hic ingenuus eſt, an libertinus, non aūt an libertus, & quū reſponſum eſt libertinus, interrogamus cuius libertus, nō cuius libertinus? Reſpondeturq; eſt libertus meus, aut tuus, aut illius, aut Catonis, aut nullius. Atq; libertinus ſine patrono, patronave nō eſt. Libertinus poteſt eſſe q̃uis neceſſe eſt cū aliquādo habuiſſe, quo factū eſt vt dicamus colliberti colliberteq;, quēadmodū conſerui, cōſerneq;, ꝙ hi plures ſub vmbra vnius patroni ſunt, ſicut illi ſub imperio vnius domini, non aūt collibertini aut coingenui. Ad nullā eñ alterā priuatam perſonā plures horū referri poſſunt, nec alij ab alijs diſtingunt̃. Colliberti a collibertis diuiſi ſunt vt mei a tuis, & cōſerui a cōſeruis, quēadmodū conciues mei a cōciuib⁹ tuis: qui alteri ciuitatis es, cōdiſcipuli mei a tuis, & cōmilitōnes mei a tuis, quæ ſub alio vel præceptore vel duce es. Libertinis vero atq; īgenuis hoc nō cōtingit, qđ nō magis nexus mihi ſit cū īgenuis meq; vrbis, & tibi cū libertis tuæ vrbis q̃ cū alijs qbuſuis. Ideoq; nō dicunt̃ coingenui & collibertini. Et libertus collibertuſq; eſſe aliqn̄ quis de,

Libertus

Libertin⁹.

Colliberti.

* Libert⁹ eſſe qs deſinit, nō aūt libertinus.

ſinit. Libertinus eſſe nō deſinit. Deniq̨ licet poteramus altero horū nominū eſſe cōtenti, tñ diſtinguere veterib⁹ placuit priuatū reſpectū a publico, & iō libertinitas dicimus, nō libertitas. Ex ſeruo tñ, non q̄ ad priuatū dn̄m refertur, fit ſeruitus: ſed q̄ ad publicū: dicimus eñ non modo ſeruus tu⁹, ſeru⁹ me⁹ ſed etiā ſine reſpectu patroni, vt hic ſeru⁹ & homo ſeruus, quod in liberto nō fit. Cæterum cogitāti mihi vnde factū eſt, vt in tanta exemplorū copia elegantiam hanc accuratiſſime cuſtodientiū, quū tot ſint hominū millia, nunquā annotauerint, id videtur cauſæ fuiſſe, quod frequenter inueniret ſine mētione patroni libertū noiari, quo falli ſopite negligentiæ fuit. Si eñ nunquā reperiebāt liberto nō apponi patronum, tamē repiebant libertino nunquā apponi, quāq̨ ſemper adhæret liberto patronus, v⁹ nominatim, vel ſubintelligendo, vt in multis fit, q̄le eſt. Vendidi patrimoniū, ſuppletur meū, collocaſti filiam, ſuppletur tuā, publicauit opus, ſuppletur ſuum. Ita hoc loco quale eſt apud Quintilianū Licet & nihilominus amicū graue virū aut fidelē libertum lateri filij ſui adiungere videlicet ſuū. Cic. pro Sextio, quum ait. Quintū fratrē auxilio ſeruoꝵ libertorumq̨ ereptū a ferro Clodianorum, non gēnus ſeruile, libertinūq̨, nec cuiuſcunq̨ ſeruos, libertoſq̨ ſignificat, ſed ſuos ipſius. Quid attinet plura ex iure ciuili exēpla repetere, quum etiam diſtincti ſint tituli de libertis & libertinis? Quam differentiā qui ignorat omnes autē legulei ignorant (plurima & capitalia in ipſo iure ciuili peccata cōmittit. Seruius grammaticus (ſi codex fidelis eſt) pro libertino poſuit libertum in. viij. æñ. Feronia, mater nymphia Cāpaniæ quā etiam ſupradiximus, hæc etiā libertorum dea eſt, in cuius templo, raſo capite pileum accipiebant. Adijciā quod ait Suetonius in vita Claudij in ipſum Claudiū. Ignarus temporibus Appij, deinceps ali quādiu, libertinos dictos nō ipſos, qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his ꝓcreatos.

Libertinitas.
Seruus & Seruitus.
Libertum ꝓ liberti no poſuit. Seruius

¶Epitome cap. clxxxiij.

VErbalia in us & in io fere idem ſignificant differunt tamen acceſſus & acceſſio, & non nihil actus & actio, geſtus & geſtio. In io q̄q̨ quid amplius ſæpe ſignificant, vtpote r[...] & corpus, vt ſatio, oratio, poſſeſſio & ſeſſio d[...]t q̄dam in us pro perſonis, vt conuentus co[...]. Calepinus affert exemplū Ciceronis, in quo vult acceſſionem & deceſſionē pro acceſſu & deceſſu capi. Eorum neq̨ acceſſione vitā meliorē fieri, neq̨ deceſſione peiorem. Sed talis acceſſio adiectio quædam eſt & incrementum, & deceſſio ablatio, & detrimentum.

¶Inter acceſſum & acceſſionem, actum & actionē, geſtū & geſtionē q̄d interſit. Cap. clxxxiiij.

Acceſſus
Acceſſio

ACceſſus & acceſſio differunt. Si quidem acceſſus eſt additio atq̨ appropinquatio. Acceſſio autē adiectio atq̨ incremētum, quæ differētia rara eſt in conſimilib⁹ noībus. Satus enim & ſatio, idē ſunt, cultus & cultio, motus & motio, actus & actio, niſi q̄ dicimus actionē cauſarum, non actū: actum comœdiarum, nō actionē, curſus & curſio, abuſus & abuſio. Geſtus quoq̨ & geſtio non parū differunt. Nam geſtus eſt actio quædā, & quaſi pronūciatio corporis, geſtio vero adminiſtratio, & actio, quis parum in vſu eſt. Hæc autē duo de quibus dicere inſtitueram, ideo differunt, q̄ verbum vnde deſcēdūt dupliciter & regit, & ſignificat, vt accede ad ignē hunc, id eſt, adi, atque appropinqua. Et hoc calamitatibus meis pōdus acceſſit, vel ad calamitates meas, id eſt, adiūctum eſt & increuit, ita a prima ſignificatione naſcitur acceſſus, cuius contrariū eſt receſſus. A ſecunda acceſſio, vt Cicero. Acceſſionē adiunxit ædibus. id eſt, adiectionem & incremētum. Præter vſum tamen ſuperiorum Macrobius in commentarijs naturalibus dixit. Aut enim acceſſio, aut in læuam dexterā vel reflexit, aut ſurſum quis, aut deorſum mouetur, aut in orbē rotatur. Et itez. Hos ſolis portas phyſici vocauerunt, quia in vtrunque obuiante ſolſtitio vlterius ſolis inhibetur acceſſio. Acceſſus ipſe dixiſſem potius Ciceronem imitat⁹, qui. iij. de orato. lib. ita ait. vt luna acceſſu, & receſſu ſuo ſolis lumen accipiat. Nam q̄ febris acceſſio ſæpe legitur, ego pro incremēto accipio non ꝓ acceſſu, alioquin aliquando legeremus acceſſus febris, ſi idem eſſet, quod nunquam fit. Plinius lib. xxiij. Si id dandū non niſi in acceſſione ſenſerit, alij in remiſſione, illi vt ſudorem coerceant, hi quia tutius putant: acceſſionēq̨ pro contrarijs poſuit, & ſi remiſſio imminutionem ſignificat, profecto acceſſio remiſſionēq̨ ſignificat incrementum. Quia dixi nomina in us & in io a ſupinis profecta fore eiuſdem ſignificationis eſſe, hoc exceptionis addo, q̄ ea quæ poſitionem habent in io, latius ſignificare ſolēt, nec actionem modo, ſed rem etiā, ac corpus, vt aratio, poſſeſſio. Cice. in Philippicis. Hæ quondā arationes Campani & Leontini agri, populi Romani patrocinio grandiferę & fructuoſę ferebantur. i. hi agri ad arandū idonei. Idem in eiſdem. Quid poſſeſſiones datas, quid ereptas proferam? Idē de oratore. Tot locis ſeſſiones gymnaſiorum. i. tot ſedilia. Ea tamē quæ ſunt in ius ꝓ perſonis accipi ſolent. Cōuētus nō eſt conuētio, ſed homines qui in vnū locum cōuenerunt. Cōſeſſus non eſt cōſeſſio, ſed homines vno in loco cōſidentes.

Actio
Actus
Geſto
Geſtus
Accedo
Macrobi⁹ non recte dictiōe acceſſio videtur vſus.
In io
Poſſeſſio. Aratio. Seſſio.

¶Epitome cap. clxxxv.

OBſeruo eſt aut cuſtodio, & ānoto more ſpeculatoris, vnde fit obſeruatio talis ānotatio, aut venerāter, r e q̄d cōtra voluntatem faciā oīa ſeruo, vñ obſeruātia talis veneratio, q̄ obſeruādo exhibet. Licet a Leone papa ꝓ obſeruatiōne dicat. Scitis ad æternū vobis gaudiū ꝓfuturum diuinorū obſeruantiā mādatorum. Quod inſtitutū minorū poſſit obſeruatio dici, ꝓbat illud Valerij Maximi. Aut Marcello adiectio impēſe impedimēto fuit, quo minus religionibus ſuis tenor ſuaq̨ obſeruatio redderetur.

Cōuentus, Cōſeſſus

¶Inter obſeruationē & obſeruantiā Cap. clxxxv.

OBſeruatio & obſeruantia ſimili quodā modo, vt acceſſus & acceſſio differunt. obſeruo naq̨ duo ſignificat, vnū q̄d ē cuſtodio aliq̄d ocřis, animoq̨ in modū ſpeculatoris, ne nos ſilētio, tacitoq̨ ꝓtereat, vt obſerua trāſeūtes obſerua filiū obſerua dauū q̄d agat q̄d loq̄t q̄ſi cuſtodi, et ānota, et hic fit obſeruatio q̄ſi an

Obſeruatio
Obſeruantia

notatio .i. animaduerſio. itē obſeruo non ſpeculātis modo, ſed admirantis, venerantiſq́, & id tm̄ in homines, nō in res, quoties quē vel virtute, vel dignitate ſuſpicimus & colim⁹, vnde fit obſeruātia, quæ ē veneratio quædā & honoris exhibitio. Quare melius obſeruationē quā obſeruantiā hi qui noīantur fratres, ſuū inſtitutū nominarent.

¶Epitome capitis .clxxxvi.

¶Potus eſt nutrimenti cauſa, potio medicinæ, ſed vſurpatur interdū pro potu.

Potus & Potio. Potio pro potu interdū ponit̄.

¶Inter potum & potionē Cap̄. clxxxvi.

POtus & potio non differunt, niſi ob huiuſmodi cauſam. Potus em̄ vini, aquæ ſimiliūq́ dicitur, potio vero a medicis datur ægrotanti, quod Græce dicitur φαρμακον. Nonnūquā tm̄ potio ꝓ potus accipitur. Seneca de tranquillitate. Aliquando vectatio iterq́ & mutata regio vigorem dabant conuictuſq́ & liberior potio. Cic. in Tuſcu. Quid q̄ ne mente quidem recte vti poſſumus, multo cibo, & potione repleti. Et alibi. Tantum cibi & potiōis adhibēdum, vt reficiantur vires nō opprimantur.

¶Epitome capitis .clxxxvii.

Senes.

SEnes dicuntur a proprijs ānis, veteres ab anteacto tempore. Antiqui ab vtriſq́ ſed poti⁹ ab anteacto tempore.

¶Inter Senes, veteres, & antiquos. Cap̄. clxxxvii

Veteres. Antiqui * Verg. Antiquaſq́ don⁹ auiū

SEnes vocantur quātum ad priuatam ipſorum vitā, q̄ vſq́ ſenilē ætatē vixerūt. Veteres quantum ad publicum tempus q̄ alia ætate vixerunt etiam ſi ad ſenium non peruenerunt. Vnde quidam iuniores fuerunt ſeniores veteribus. Antiqui vtriq́ dicuntur, ſed magis veteres q̄ ſenes.

¶Epitome cap̄. clxxxviii.

DEfectus eſt quando quid deeſt, vbi adeſſe deberet, defectio, qua quis derelinquit per rebellionem eū cui militare deberet, culpa noxa & vitium eius, qui facit quod non deberet.

¶Inter defectū & culpā. Cap̄. clxxxviii

Defectus. Culpa

DEfectu medicorum multi pereūt, plures, tm̄ culpa medicorum. Is nāq́ defectu medici perit, cui medic⁹ præſto nō eſt. Culpa vero medici, q̄ moritur⁹ nō erat, niſi p̄ſto medicus ſibi fuiſſet, quā maiorē partē eſſe arbitror. Hæc ideo dixit, q̄ nonnulli pro culpa medicorū aiunt defectū, & vitia hominū, rerūq́ vocant defectus, quū dicere debeant vitia, vel culpas, vel mendas, & menda libri. Defectio plurimū a defectu diſſentit, quum ſit receſſio, aut militū, aut ciuitatis a dn̄o, vel a ſupiore. Eſt em̄ deficere deſiſtere, & a ductu alterius recedere, & q̄ſi rebellare, & defectio quaſi rebellio, quæ exempla paſſim reperiuntur.

Defectio. Mand.

¶Epitome capitis .clxxxix.

RVmor & fama fere idē ſunt. Quint. tm̄ diſſcernit. Vn̄ Māci. Quī. qdē authore li. v. Fama cōſenſ⁹ ciuitatis velut publicū teſtimoniū vocatur, Rumor vero ſermo ſine vllo certo authore diſperſus, cui malignitas initiū dederit, incrementū credulitas. Hæc ille, contra quē adduci poſſet ab authore noſtro Liuius.

¶Rumorem & famā idē eſſe. Cap̄. clxxxix.

RVMOR & fama idem ſunt, quorum alterum latinū, alterū e græco eſt. Ci. in Philip. Improbiſſimis rumoribus diſſipatis & non longe poſt. hoc triduo vel quatriduo triſtis a Mutina fama manarat, & ſtatī poſt. famā iſtā faſciū diſſipauerunt. Significatur aūt his duob⁹ noībus ſermo quidā in populo ſine certo authore de re aliqua recenti, ſiue bona, ſiue mala. Exēplū rumoris de re bona ponamus. Liuius lib. ij. Manat tota vrbe rumor. Fabios ad cœlū laudibus ferunt. Frequenter tm̄ fama etiā pro ſermone non rei recentis, ſed iā inueteratæ, & pro opinione quadā, vt fama eſt Athenas iā pl⁹ annorū millibus .xx. fuiſſe conditas, & ꝓ laude, & celebritate hoīs, vt fama Camilli, fama Scipionum Metellorū, Fabiorū. & eorum quoq́ qui viuunt, vt fama tua, fama mea, fama illius, pro quo nō recte dixeris tumor.

Rumor Fama.

¶Epitome cap̄. cxc.

MVrus eſt vrbis, aut caſtrorum lapide⁹ ambitus, paries qualiſcunq́ domus priuatæ. Mœnia interdū ꝓ muris, eo q̄ munimenta dicuntur. Porta eſt in muris. Ianua in pariete.

¶Videt̄ a mœnib⁹ munio ductū, mutando e in u, ſicut a pœna punio, a pœnus punicus.

¶Inter murū & parietē & mœnia, Item inter portā & ianuam. Cap̄. cxc.

MVrus & paries quid differant ſuper uacuū erat admonere, niſi his tēporibus, vt ſunt omnia deprauata; mur⁹ pro pariete a pluribus vſurparetur, q̄q̄ & apud Græcos eodē ſono pronūcietur, vtrunq́: diſtinctū tm̄ in literis, & genere. Mur⁹ eſt vrbis lapideus ambitus, q̄ Græce dicit̄ τειχος Paries vero domorū Græce τοιχος. Murus eſt etiā non vrbis, ſed vrbis ſimiliū, & munitionum, caſtrorumq́. Mœnia pro muris accipi ſolent, & pro ædificijs ipſius vrbis. Porta murorū, eſt munitionūq́, atq́ caſtrorū. Ianua parietis, atq́ domorū.

Murus Paries. Porta Ianua.

¶Epitome cap̄. cxci.

GEſta ſunt in publica adminiſtratione rerū magnarū. Acta etiā priuatarū, & familiarium, pro quibus actus repitur, vt apud Salluſtium Calī. de actib⁹ Cice. quæretur &c.

¶Inter geſta, & acta. Cap̄. cxci.

GEſta & acta hoc differunt, q̄ illa ſunt in adminiſtratione magiſtratus, & in rebus maioribus, & ad rem publicā, vel ad plurimos ſpectantibus, vt geſta Alexandri, geſta Pompeij, geſta Cæſaris. Acta vero etiam rerū priuatarum, & minorum, ac familiariū vt Cicero. An in cōmentarijs, & Chirographis ac libellis ſe vno authore platis, ac ne prolatis quidem ſed tantūmō dictis acta Cæſaris firma erūt, q̄ ille in æs incidit, quo populi iuſſa, perpetuaſq́ leges eſſe voluit, pro nihilo habebuntur? Equidem ſic exiſtimo, nihil tam eſſe in actis Cæſaris, quam leges Cæſaris. Quidam illud eiuſdē ita legunt in Sallu. Quod ſi de mea vita, atq́ actibus huic conuitiatori reſpondero inuidia gloriam conſequentur. Reor ſcribendum eſſe actis. Quod ſi ſcribi poteſt actibus (vt eſt apud Lucanū) Licet ingentis abrupit actus

Mœnia ſūt ꝓprie quę vrbē cīgūt Ver. & mœnia pandimus vrbis. Geſta Acta Iuuen. Fiet iſta palā, cupiē, & in acta referri.

minus miror cur actus apoſtolorum magis q̃ acta dicamus, idem tamen ſunt actus, & actiones.

¶Epitome capitis.cxcij.

NAtalis aut natale & pluraliter natalia ſignificant dië natiuitatis, ſed natales claritates naſcentium.

¶Natalia, natalis, & natales quid ſignificent. Cap.cxcij.

NATALIA ſignificant quod natalis, qui eſt dies natalitius, vtrũq; cõuerſum in ſubſtãtiuum ab adiectiuo, hic & hæc natalis & hoc natale, vt natalis hore tẽpus, apud Quintil. in Gladiatore. Natales vero magis conditionem ſanguinis ac familiæ, vt generoſi natales, obſcuri natales, vt idem Quintilianus in eadẽ declamatione. Cuius interiecto mari non fortunam quiſq; noſſe, non natales, non patrẽ poterat. Plinius ad Meſſium. Nonnunq̃ cãdidatus aut natales compeditores, aut an nos, aut etiã mores arguebat. Hic pro ignobilitate accipitur, illic ꝓ nobilitate.

Natalia.

Natales.

¶Epitome capitis.cxciij.

¶Præcepta & præceptiones idem ſunt, ſed inſtituta ſunt mores, inſtitutiones libri, & præceptiones quibus inſtituimur.

¶Præcepta & præceptiones ꝓ eiſdẽ accipi, inſtituta & inſtitutiones differre. Cap.cxciij.

PRÆCEPTA & pæceptiones indifferẽter vtimur pro diſciplina, inſtituta & inſtitutiones per differẽtiam. Inſtituta enĩ ſunt mores conſilio & ratione ſumpti, nam mores bonos & malos dicimus, & in morem id eſt ſimilitudinem, vt in morem leonis. In morẽ ſtagni, placideq; paludis, inquit Vergi. Inſtitutum autem bonus mos, vt faciam meo inſtituto. Licet inſtitutum nõnunq̃ ſignificet inceptũ, propoſitum, ab inſtituo, qđ eſt incipio. Inſtituta vero (vt inſtitueram dicere) boni mores ſunt cõſilio & ratione ſumpti. Quintil. Namis quamq̃ triennium nutricibus dederit, tamen iam tũ formari optimis inſtitutis mẽtem infantium iudicat. Cur autem ad literas nõ pertineat ætas quæ ad mores iam pertinet? eãdem rem appellans inſtituta & mores. Apđ Vale. Maxi. titulus eſt de inſtitutis antiquis, quaſi de moribus antiquis. Inſtitutiones ſunt præceptiones, quibus inſtituuntur & docentur homines, vt libri ab eodem Quintilia. & Lactan, multiſq; aliis authoribus inſcripti de inſtitutione oratoria, ſiue alio nomine atq; materia.

Præcepta.
Præceptio
Inſtituta.
Inſtitutio.
Mos.
In morem

✱ Inſtituta aliquando principia dicunt Plyn. hæc ſunt terũ principia & inſtituta naturæ.

¶Epitome capitis.cxciiij.

ADuocatus eſt omnis qui alteri adeſt in cauſa officij gratia, etiã ſi nihil dicat. Patronus qui agit cauſam accuſati, non accuſantis, aut qui defendit, aut qui libertum habet. Cliens interdum litigator dicitur, eſt autem aduocati.

Aduocat⁹

¶Inter aduocatũ & patronũ. Cap.cxciiij.

ADVOCATVS, & patronus ſic differunt, ꝙ illud generalius nomen eſt hoc, vt non tantum ſignificet eum q̃ qui alterius cauſam agit. Siquidem qui cu... adeſt alteri in cauſa officij gratia, aduocatus appellatur, etiã ſi nihil dicat, neq; agat, ſed qui tñ paratus ſit defendere, vt Terẽti. in Eunu. Tu abi, atq; oſtiũ obſera intus, dum ego hinc trãſcurro ad forum. Volo ego hic adeſſe nobis aduocatos in turba hac. Et Cice, quum in aliis multis libris, tum pro Cecinna. Qui ad poſſidendũ prædium cõtulit ſecũ aduocatis, quorũ, præſidio ab aduerſarij iniuria tutus eſſet, qui & ipſe venit cum aduocatis ſuis, ſed armatis ad arcendum Cecinnam a prædio. Patronus autem propriæ eſt qui agit cauſam, ſed accuſati nõ accuſantis. Quinti. Quum accuſatori ſatis ſit plerũq; verum eſſe id qđ obiecerit, patronus neget, defendat, trãſferat, accuſator p̃meditata pleraq; affert. Patronus ex inopinatis frequenter occurrit. Accuſator dat teſtem, patronus ex eo refellit. Ex quo colligĩt accuſatorem nunq̃ patronum eſſe. Verum quoniã nõ omnis lis circa accuſationẽ, & defenſionem criminũ verſatur, vt in mutuis, depoſitis, locato, & cõducto ſimilibuſq;, ea re tam actor, q̃ defenſor ſolet appellari patronus, quippe quũ vterq; nõ alterius oppugnãdæ, ſed ſuæ defendẽdæ partis gratia dicat, vt idẽ. Nec immerito quidẽ, quãq̃ in dicẽdo mediocres, hac tamẽ altercãdi præſtãtia meruerunt nomẽ patronorum. Patronus etiã dicitur reſpectu liberi, & neſcio an hic ab illo, an ille ab hoc nominatus ſit, vtrũq; tamen a patre venit. Vterq; enim ſimile quiddã patris habet, & vt dominus manumiſſione ſerui liberat eũ a miſera cõditione, ita aduocatus hominẽ obnoxiũ, poteſtate iudicum, & periculo litis opera ſua liberat, ꝓpter quod clientẽ vocamus ipſum litigatorẽ, cuius cauſam agimus, & eũ qui ſectator eſt, & ſub tutela alterius & pene famulus, quales ſunt liberti in patronos, & patrocinari tam verbo q̃ facto, eſt imbecilliorẽ protegere, a quo fit patrociniũ.

Patronus.

✱Patron⁹ ſolet tã defenſor, q̃ accuſator appellari.

Cliens.

Patrocinari.

¶Epitome capitis.cxcv.

¶Facies eſt quaſi factura & effigies corporis, vultus a volẽdo dictus eſt, eſt tamẽ vbi vtroq; vti liceat.

¶Inter faciẽ & vultũ. Cap.cxcv.

FACIES magis ad corpus, vultus ad animum refertur, atq; voluntatem, vnde deſcendit, Nam volo ſupinum habebat vultũ. Inde dicimus irato, & meſto vultu, potius q̃ facie, & cõtra, lata aut lõga facie, non vultu, a quo compoſitũ eſt ſuperficies. nõ ſane diſcrepans a ſuo ſimplici, vt facies maris, facies terre, quaſi ſuperficies. & facies hominis, quaſi primũ illud quod intuemur in hoĩe. Eſt tñ aliq̃n vbi vtroq; vti liceat, vt fedata facie, & fedato vultu, ſciſſa facie & ſciſſo vultu, cõuerſa facie, & cõuerſo vultu quæ exempla ſunt plurima.

Facies.
Vultus.

Sup̃ficies.

¶Epitome capitis.cxcvi.

ORdo eſt digeſtio & rerum in ſuo loco collocatio. Series autem rerum quadam continuata progreſſio, a conſerendo dicta.

Ordo.

¶Inter ſeriẽ & ordinẽ. Cap.cxcvi.

SERIES ab ordine in ſignificatione differt. Nam ordo eſt digeſtio, & in ſuo loco cuiuſq; rei collocatio, veluti in acie fit vbi pedites, vbi ale æquitum, vbi leuiter armati: vbi ſagittarij: vbi fundibolarij, vbi cæteri ex vtilitate rei diſtribuuntur, & in argumẽtatione, vbi ponenda ſunt firmiſſima argumenta, vbi infirmiora, vbi medioeria. Vnde in ciuitatibus, & Romæ præſertim ordines ſunt, Ordo conſularis prætorius, ſenatorius, equeſtris, adeo vt ordo

quoq; pro ipſis hominibus accipiatur illius conditionis. Cicero in hoc ordine, pro ſenatu, aut pro æquitibus Romanis frequentiſſimæ dixit. Idē q̄ quodam loco ait, qui apud omnes ordines eſſet gratioſus, id eſt apud omnium ordinum homines. Series. Series eſt rerum quędam continuata progreſſio, vt in ſerie orationis, id eſt continuato contextu. Quintilia. Quod non niſi in contextu orationis, ſerieq; cō tingit. Verg. Ductęq; ab origine gentis fortia facta patrum ſerios longiſſima rerum. Statius. Longa retro ſeries.

¶Epitome capitis, cxcvij.

DEcus eſt honorificentia ex bene geſtis orta. Dedecus aūt cōtrarium. Vnde decoro & dedecoro penulti. bre. Dedecor eſt decens pulchritudo ex decentia proueniens. Decorq; eſt ipſum honeſtum ac decens, qđ Græci τὸ πρέπον vocant, eſtq; tam in verbis, q̄ in rebus. Vnde decoro verbum media longa.

¶Quid ſit decus dedecuſq;. Cap. cxcvij.

Decus. Dedecus. Dedecoro.

DECVS eſt illa (vt ſi dixeris) honorificētia ex bene geſtis rebus. Vnde decora militiæ, honores, laudes, honeſtamēta militi in bello cōparata, cuius contrarium eſt dedecus propriæ ignominia quædam, aut ignominie genus, & infamis turpitudo. Vnde dedecoro. Cicero inquit de quodam. Magiſtratum ipſum dedecorabat id eſt turpificabat, & contumelia, atq; ignominia ipſum afficiebat. Trāſfertur etiam ad animum. Quippe decus pro honeſto, dedecus pro inhoneſto accipitur, vt idē. Sequetur decus, atq; honeſtatem. Quintil. Satis dedecoris atq; flagitij caſtra ceperunt. Decor eſt quaſi pulchritudo quædam ex decentia rerum, perſonarumq; in locis tēporibuſq;, ſiue in agendo, ſiue in loquendo. Transfertur quoq; ad virtutes, ... decorum non tam ipſum honeſtū, q̄ quod hominibus ex cōmuni opinione honeſtum videtur, & pulchrū & approbabile, vnde verbum decoro media breui a decus venit media longa, nam decoro.

Decor. Decoro. *Decoro media longa & media breui.

¶Epitome capitis. cxcviij.

Iocus. Ludus.

IOcus eſt fere in vbo. Ludus in facto, ſed non vbiq; ſic accipiuntur, quia confunduntur ſæpe ſicut iocari & ludere. Ludere autem eſt interdū verſiculis ſcribere, vt in opuſculis & rebus leuibus. Alludere eſt ad aliud latenter referre ſententiam. Ludus præterea periculum & ſpem ſibi proponit, ſed luſus & luſio merā voluptatem. Eſt ad hoc ſcholas ſac gymnaſium, vnde ludimagiſter dictus, & ludus armorum, & ludi gladiatorum, quos potius q̄ ludum dicemus, & ludos apollinares, circenſes ſeculares, & ſimiles dicimus, ſpectacula publica quæ olim in deorum fiebant honorem.

¶Inter locum & ludū. Cap. cxcviij.

IOCVS & ludus quid ſignificent, tū ex Cicerone de Oratore, tū ex Quintiliano de ridiculis colligi poteſt, vt ſit locus in verbo, ludus ī facto. Sed vtrū q; tamen patitur exceptionem, vt Iuuenalis. Quoties voluit fortuna iocari; videlicet nō de verbo intellexit, ſed de facto. Oui. Hos ignara iocos tribuit natura puellis. Materia ludunt vberiore viri. Mille fac eſſe iocos, turpe eſt neſcire puellā Ludere, ludēdo ſæpe paratur amor. Iocos p ludos & ipſe poſuit. loca quoq; pro iocos nōnū q̄ legimus. Cice. ad Atticū lib. xiij. Itaq; ioca tua plena facetiarum. E diuerſo ludus pro iocus. Horatius. Præterea ne ſic vt qui iocularia ridens percurrā, quā q̄ ridentē dicere verū Quid vetat? vt pueris olim dāt cruſtula blandi Doctores, elemēta velint vt diſcere prima. Sed tn̄ amoto quæramus ſeria ludo. Plinius ad Valeriū. Quū alij diuinum me ab alijs rapinis meis meæq; auaritiæ occurſum per ludū acceptum dictitant: hinc ludere pro iocari frequenter inuenit. Cice. de natura deorū. Quū vero deos nihil agere, nihil curare cōfirmat, membriſq; humanis eſſe preditos, aut eorū membrorū nullū vſum habere, ludere videt. Plinius ad Valeriū. Quum alij diuum me, alij rapinis meis meæq; auaritiæ occurſum per ludū acceptū dictitant. Pli. Idem ad Fabiū. Iuſtum ludere me putat, ſerio, peto, Ludere dixit p iocari, & ſe nō ioco agere, ſed ſerio. Quæ duo cōtraria eſſe Quinti. author eſt, inquiēs. Iocū vero accipimus, quod eſt cōtrarium ſerio. Idem in eodē loco inquit. Ludere nūq̄ velimus, qđ non tam pro eo quod eſt iocari puto dixiſſe, q̄ pro eo qđ eſt ſcurriliter & leuiter loqui, vel deludere alterū, ſiue eludere. Nā compoſita a ludo ad verbū quoq; orationēq; pertinent, nō modo ad actionē, vt in eodem opere. Cicero. Sed & vos ab illo illudemini, & ipſi illum viciſſim eludetis. Ludere etiā dicitur verſibus ſcribere, ſed nō fere niſi in opuſculis, qualia ſunt epigrāmata, & hæc opuſcula dicūtur luſus, & hoc ita ſentire ſummos authores annotaui. Alludere eſt quū aliud dicimus, & ad aliud latenter refertur ſentētia, vt Vergi. Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis. Dū eñ narrat ludos Æneæ alludit ad Auguſti victoriā, qua cōtra Antoniū in ijs locis potitus eſt. Ludus item differt a luſu, ſiue a luſiōe. Ludus enim tum periculum, tum ſpem ſibi propoſitū habet. Luſus nihil præter merā voluptatem. Itaq; qui pila, qui trocho, qui teſſeris, qui etiam quocunq; genere talorum delectationis gratia ludunt, luſum potius, q̄ ludum exercent. Cice. Ex multis luſionibus nobis ſenibus talos relinquant & teſſeras. De voluptate videlicet ſenili locutus eſt, nō de ſpe lucri, cuius ſpei gratia plerūq; ludunt, ideoq; ludunt talarium dicimus, nō luſum, & ludū aleæ, qui etiam lege prohibetur. Quidam etiam hunc luſum vocant, vt Suetonius lib. iiij. Ac ne ex luſu quidem aleæ compendium ſpernens. Dicimus etiam ludū ſcholam ipſam, vbi & periculum & ſpes eſt, & certe labor atq; vapulatio, vt Dionyſius tyrannus regno eiectus, factus eſt ludimagiſter. Et Camillus ludimagiſtrum diſcipulus hoſtibus prodentem, eiſdē pueris in vrbem vſq; cedendum præbuit. Eſt igitur ludus literarius tum aliarum quarumdam artium, tum ſchola grammaticæ, quam triuialem ſcientiā dicimus, quod in triuijs & compitis docetur. Hoc ideo admonui, q quidam imperiti triuialem ſcientiam appellant grammaticam, rhetoricam, dialecticam, quadriuialem alias quatuor liberalium artium; Ludus igitur (vt dicebamus) eſt aliarum quoq; artium, ſicut muſice, vt apud Terentium de fidicina, quæ quotidie dicebat in ludo. De grammaticæ ſchola (vt mea fert opinio) magis q̄ rhe-

Iocus. Serium.

Alludere.

Ludus. Luſus. Luſio.

*Ludus locus vbi aliqua ars docetur.

Triuialis ſcientia.

torice intelligit Cice. de orato. quũ inquit. Hoc in ludo non præcipitur, facies enim cauſæ ad pueros deferuntur. Et ſtatim poſt. Hæc eſt in ludo cauſarũ fere formula, nã vt inquit Quinti. Rhetores ſuas partes omiſerunt, & grãmatici alienas occupauerunt. Si quidẽ grãmatici Latini etiam rhetoricã docent, Quod indicant ipſius quoq; Ciceronis verba, quum pueros, non iuuenes nominat. Eſt & ludus armorũ qui idem (vt ſentio) gladiatorius dicitur, vbi diſcũt gladiatores. Quinti. Quod me diu pyratę in carcere retẽtum, quia diuitem illis promiſeram patrem, in ludum vendiderunt, tanq̃ decepti. Et iterum. Et inter debita noxe ma‹nci›pia cõtemptiſſimus Tyro gladiator, vt nouiſſimæ perderem calamitatis mee innocẽtiam diſcebam quotidie ſcelus. Ludos tamẽ gladiatorios frequentius, q̃ ludum dicim⁹, quoties vnum plura ve paria gladiatorum ad ſpectaculũ pugnatura producuntur. Quæ res munus gladiatorium appellatur, quia populo tam munus donatur q̃ & qui donat, munerarius, & qui familiã gladiatorũ habet, gladiatoreſq; domi in diſciplinã & (vt dixi) in ludo exercet, ac poſtea vẽdit laniſta. Vocantur autẽ ludi gladiatorũ, ſicut ludi apollinares, ludi circẽſes, ludi ſeculares. Nam ſpectacula publica vtiq; in honorem deorum ludos antiqui vocabant, vt non abſurdum ſit ſolẽnitatem in natali die ſanctorum, preſertim cum apparatu illo & pompa ludos vocari. Nam quo alio nomine vocemus illam ſpectaculi exhibitionem, qualis fit in multis Italiæ ciuitatibus, & (vt audio) in multis alĳs prouincĳs? Hæc de ludo & ludis hactenus. De luſu quoq; aliquod afferatur exemplũ Quintiliani. Nec me offenderit luſus in pueris, eſt & hoc ſignum alacritatis. Et iterũ paulopoſt. Sunt etiam nõnulli acuẽdis puerorum ingenĳs, non inutiles luſus.

Lud⁹ gladiatorius.

Munus. Munerarius, Laniſta. Apollinares &c.

Luſus.

¶Epitome capitis. cxcix.

Libertas in loquẽdo accipitur in bonũ, licentia fere in malum. Similiter libere & licenter agere differunt. Scolaſtici aũt cõmeatum petere debent, non licentiãdum ludere volunt.

¶Libertas in loquendo agendo ve quid ſit & quid licentia. Caput. cxcix.

LIBERTAS in loquẽdo accipitur in bonum, quum quis non timide (quod ſeruile eſt) ſed ingenue & libere, hoc eſt vt liberum hominem decet, loquitur. Licentia vero in malum quando hac libertate vtitur vſq; ad temeritatem & procacitatem, vnde Quintilianus. Et quæ in alĳs (inquit) libertas eſt, in alĳs licentia vocatur. In agendo ſimili quoq; modo, vt libere fecit libere ægit. i. digna libero hoie. Cice. ſępe de libere dictis, aut factis loquitur & de licẽtia gladiatorũ queritur. Quint. Porro qui cõfeſſum defendit, nõ abſolutionẽ ſceleris petit, ſed licẽtiam. Terent. Deteriores omnes ſumus licentia. Eſt aũt hui⁹ nominis ſignificatio, impunita quædã facultas agẽdi quicqd velis, de facto loquor, nã de verbo non dixi qđ dubitationẽ nõ habet. ideo hoc mõ dico, quod videtur vocari poſſe in dubiũ de facto. Siquidem Salluſti. in Iugurtha ita ait. Romam legatos ire iubet, agendarũ rerũ & quocũq; modo cõponendi licentiam illis permittit, q̃ neſcio an in malũ accipi debeat, quaſi, vt male & cũ dãno atq; dedecore regis poſſint cõponere. Quale eſt Quint. An exiſtimas hanc legatis dari peccãdi licentiam, vt quæcũq; ſcelera in eo officio cõmiſerint, cum his omnibus hac vna lege decidant? An etiam in bonum vt ſolent dicere iuriſcõſulti, data eſt mihi licentia eundi, redeundiq;, qualiter etiã plerıq; eccleſiaſticorũ ſcriptorũ locuti ſunt.

Libertas Licentia. * Libertas ſemp in bonam partẽ, licẽtia in malam capiẽ.

Licẽtia nõ ſemper in malã partẽ accipi.

¶Epitome capitis. cc.

INdulgentia eſt obſequens pmiſſio, & conceſſio atq; (vt Quint. dicit) mollis educatio. Venia autẽ remiſſio culpæ, ſed quaſi p indulgentia & gratia ſeu beneficio accipitur. Potius autẽ dicemus, facio tibi poteſtatẽ eundi, q̃ do licentiã. Pœnitere eſt interdũ pudere & parũ videri.

¶Inter indulgentiã & veniam. Cap. cc.

INdulgentiam vulgo non accipiũt pro venia, vt indulgentiã tibi deus tribuat, vel de⁹ tibi indulgeat, quod quis neget dici non latine? Indulgere enim eſt concedere, & (vt ſic dicã) obſequenter delicateq; tribuere, cuius rei admoneri certe debuerant illo trito verſu, neſcio cuius, ſed certe īter minutos authores latiniſſimi, & quo mille ãnis nemo carmen ſcripſit elegantius. Indulgere gulæ noli quæ vẽtris amica eſt. Nunquid in gulã nequaquã miſericordes iubemur eſſe? antequã peccauit ãte committãt, vt illa peccet? Quin. Mollis illa educatio quã indulgentiã vocamus neruos oẽs & mentis & corporis frãgit. Nõ ergo indulgentia p venia accipiẽda eſt. Eſt eñ venia remiſſio culpę, vt idẽ. Peccaui, & veniã peto, & errare hoĩs eſt, & ignoſcere patris. Meli⁹ q̃ ecõtrario veniã pro indulgentia accipiunt. vt Ver. i. æñ. Orantes veniã, & tẽplũ clamore petebã. & Cic. p Archia. Dabitis mihi hãc veniã, id eſt, indulgebitis, cõcedetiſq; mihi hoc, ſi forte peccauero. Nã apđ hunc vix vnq̃ indulgẽtia repitur. Teren. Da pater veniã, ſine te exorem. Hæc duo p vtroq; poſuit. i. da veniã, & ſine vt hoc etiã ſi improbũ ſit, abs te impetrẽ, & cũ venia tua dixero, hoc eſt ſi quid erro. tñ cũ pace tua, & (vt iſti loquuntur) cũ licẽtia tua dixero. Frequenter legim⁹, facio tibi poteſtatẽ eundi & redeũdi, quẽ in modũ mallẽ ego dicere, q̃ do tibi licẽtiã. Porro dare poteſtatẽ plus eſt, q̃ facere poteſtatem. Eſt enim dare poteſtatem, rem alteri⁹ arbitrio committere. Ex hoc veniam dare, admoneor vt dicam de pœnitere, quod nonnũq̃ pro pudere, ſiue tædere accipitur. vt Liuius libro. i. Nec me eorũ ſentẽtiæ eſſe pœnitet. Cic. de ſeneẽtute. Nũ igiẽ ſi ad cẽteſimũ vixiſſet ãnũ, ſenectutis ſuæ eũ pœniteret? Ver. Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellũ. Quod qui exponunt pro parũ videatur, mihi non pbantur.

Indulgentia. Theologorum lapſ⁹

Venia.

Venia pro indulgẽtia nõnũq̃ accipitur.

Facere poteſtatem Dare poteſtatem. Pœnitere

¶Epitome cap. cci.

AMbitio in animo eſt, ambitus in actu, quem comitatur id vitiũ, quæ Symonia dicit, ſed ea potius in ſpiritualib⁹ eſt. Quicquid autẽ ãbitus facit, ambitio facere cogit

¶Inter ambitũ & ambitionem. Cap. cci.

AMBITIO in animo eſt, ambitus in actu. Nam qui præter modũ cupit, aut honores, aut laudẽ ãbitione peccat. Qui vero dilargiẽ pecuniã ſuã, aut ppſo mu‑

Ambitus Ambitio.

neribus ludiſq; blanditur, aut cæteris artib⁹ quæ le-gitimæ non ſunt, ad publicos honores tēdit ābitum cōmitti, cui ſimilis eſt quam hodie Symoniā vocāt a Symone mago, niſi ꝙ hanc tm̄ in reb⁹ ſacris vo lunt eē. Ambitus ab ambio venit, ſiue ꝙ is qui non ſuæ vͦtuti cōfidit, nō recte gradit̄, ſed ꝑ circuitū, ſiue ꝙ Romani q̄ honores peterent, ſingulos circūibāt ſ ñeſantes rogātes q;, vt ſe in ſuffragijs adiuuarent, ſi ue ꝙ q̄ ꝓ adipiſcendis honoribus ſolliciti ſunt, quū rogant, exordio quodā longiore, & verborū circū-itu vtuntur. Hæc oīa quæ ambitus facit, ambitio fa cere cōpellit, a qua ambitioſi dicūtur. nō ab ambi-tu. Nōnūq̄ ambitus ꝓ effectu ambitionis accipitur apud Quint. ſiue ꝓ ſpe quadā fauoris, & quaſi ca-ptatione miſericordiæ, vt ſi iuuenis innocentiſſim⁹ iudices vti vellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis, po terat allegare vobis amiſſam eū oculis cogitatio-nū omniū temeritatem. Ab hoc etiā ambitioſus di citur, vt apud eundem libro ſexto. Non ſum ambi tioſus in malis. nec lachrymarū augere cauſas vo-lo, vtinā q; eſſet ratio minuendi. Ouid. lib. ij. de pon tō. Sed tamē hoc factis adiunge prioribus vnum. Pro noſtris, vt ſis ambitioſa malis.

*Ambitioſ⁹*

¶ Epitome capitis. ccij.

Vicus eſt regio vrbis, aut oppidi, aut etiam ī agro frequentes villæ & domus, quæ tamē in ſuburbio ſunt ſuburbana dicuntur. Caſtel lū eſt diminutiuum caſtri. Caſtra aūt ſunt vbi mili tes tentoria fixerunt. Oppidū de qualibet vrbe di-ci pōt, præterq̄ de Roma, q̄ tm̄ vrbs. Vicinia ē mul-titudo vicinorū, aut locus, vicinitas ipſa propīqtas

¶ Vicus quid ſignificet. Cap. ccij.

VICVS pars vrbis, diuiſa eſt enim vrbs in vicos, quaſi in membra minora, ſicut Suburra, Carine, eſquiliæ vici Romæ (vt opinor) erāt. Nam regiones citra viginti fuerant hodieq; tm̄ tredecim ſeruant nomina. Vi-ci autem & olim & nūc vltra mille. Extra vrbē vͦo frequentes villæ, ac frequen-tes dom⁹ inſtar vici vr-bani vicus vocātur, ſi mō ſuburbanæ nō ſint. Tunc nāq; ſuburbana dicuntur, plurali quidem numero, nam ſinguiari ſignificat ꝑdiū in ſuburbanis, vt ſu-burbanum meū, & ſuburbana mea, ſi plura ſunt, q̄ le ē in ſimilibus, vt fuit in Cumano, in Tuſculano. i. in fundo meo, Cumano, & ꝑdio meo Tuſculano, eramus in Formiano tuo, & Pōpeiano Varronis. i. in villa tua & Varronis. Cæterū vt ad rē redeamus Hic vicus paganus fere muris caret. Nā ſi haberet muros caſtelli nomē accipet, qd̄ a caſtrū deſcendit. Quo ſignificatur loc⁹ muris munitus. Et (vt Seruius ait) vrbs. In plurali vͦo notū eſt appellari locum, in quo milites tentoria fixerunt, q̄q̄ varius mos eſt ca ſtramentandi. Veteres ſolebant illa foſſa, valloque circundare, & alijs pro natura loci munitionibus. Oppidum omnis vrbs eſt, præter Romā, quæ pecu liari nomine vrbs vocari cœpta, fecit, vt cæteræ vr-bes oppida vocarentur, quia ipſa oppidum ampli us non eſt. Vnde dicatur vrbs & oppidū tum alij dixere, tum parum animi de ethymologia diſpu-tare, quæ plerunq; fallax eſt, & in primis (niſi fideli fundamento nitatur) friuola. Vicinia autem non tā homines qui eundem incolunt vicum ſignificat, q̄ qui prope domum tuam habitant. Vicinitas aūt

**Vicus In vrbe ſi unt vici cō nexis & co hærentib⁹ ædificijs.*

*Suburba na.*

*Caſtellum Caſtrum Caſtra*

*Oppidum vrbs Roma * Etymo logia ple*

non homines, ſed propinquitatē, proprie quidem vicinorū, abuſiue vero etiam cæterarū rerum. Non nunquā continens pro contento, vt laudanda, vel potius amanda vicinitas.

*tū q; fallax & friuola eſt vicinia, vicinitas*

¶ Epitome cap. cciij.

Commentaria ſeu cōmentarij ſunt libri capi-ta rerum cōplectentes, aut rem cōpendioſe explanantes. Accipitur etiā cōmentarius ꝓ hoīe. Commentū vero eſt ipſa compendioſa exco-gitatio & fictio.

¶ Cōmentaria quid ſint. Cap. cciij.

Commentarij nomē quid ſignificet, ter-tio Declamationū libro Seneca decla-rat, quum dicit. Sine cōmentario nunq̄ dixit, ſed commentario contentus erat, in quo nudē res ponuntur. & Cicero in Bruto. Non eſt oratio. ſed capita rerum & orationis cōmenta-rium Paulo plenius. & Quintilianus. Plerunque autē multa agentibus accidit. vt maxime neceſſa-ria & vtique initia ſcribant, cætera quæ domo affe rant cogitatione cōplectantur. ſubitis ex tempore occurrant, quod feciſſe M. Tullium in ſuis cōmen-tarijs apparet. Sed feruntur & aliorum quoq; & in-uenti forte, vt eos dicturus quiſque cōpoſuerat, vt in libros digeſti & cauſarum quæ ſunt actæ a Ser-uio Sulpitio. cuius tres orationes exſtant. Sed hi de quibus loquor cōmentarij, ita ſunt exacti, vt ab ipſo nihil in memoriā poſteritatis videātur eſſe cōpoſi-ti. Per hæc Quintilia. verba colligitur, non modo id quod dicebam, ſimulq; in plurali hoc nomen eſſe generis maſculini, quum in ſingulari ſit neutri, de q̄ mox etiā dicā, verūetiam & cōmentarios idem eſſe quod libros, quod Cicero confirmat tum. iij. li-bros, de finib⁹ dicēs. Tum ꝑe quum tantū librorꝫ ha beas, quos hic tandē requiris cōmentarios? quoſnā in quā Ariſtotelicos? Tum. ij. de orato. Tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legendos dedit, ex libro primo forte euenit &c. Ac ſtatim poſt. Vbi ſunt hi fundi Brute, quos tibi pater publicis cōmē-tarijs conſignatos reliquit, ꝙ niſi puberē te iam ha-beret, quartū librum cōpoſuiſſet, & ſe in balneis lo cutum cum filio ſcriptū reliquiſſet. Ecce eandem rem tribus vocabulis Cic. declarauit, libellis, libris & cōmentarijs, quare ita ſentio, omnes cōmenta-rios libros eſſe, ſed non cōtinuo ſ libros cōmentari os. Nāq; vbi res ſunt late diffuſeq; explicatæ, & nō breuius q̄ poterant tractatæ, libri tantum ſunt, nō cōmentarij. Vnde Cæſaris cōmentarij, in quib⁹ ad exequendam hiſtoriā alijs videtur ſubieciſſe mate-riam, qui ſi fuerint ſinguli, cōmentarium vel cōmē tari⁹, vel liber dicetur. Liuius libro. xlviij. Quæri iuſ-ſit ab eo, quem de his rebus cōmentariū a patre ac cepiſſet. Quum reſpondiſſet accepiſſe ſe nihil prius nec potius viſum eſſet. q̄ regis ipſius de ſingulis re ſponſa accipere librū popoſcerunt. Si plures prim⁹ & ſecundus cōmentarius. non primum & ſecūdū cōmentarium, vt Hirtius ſiue Oppius qui acceſſio-nem adiecit Cæſaris cōmentarijs ait. Proxim⁹ ali-terve cōmentarius, nūq; cōmentarium, ita mihi an-notaſſe in magnis autoribus videor. Quidam tm̄ a-liter faciunt, vtique in alia ſignificatione, quæ eſt (vt ſentio) expoſitio, & interpretatio authorum, vtroq; genere

*Cōmenta-rij*

*Dicim⁹ tā ī maſculi no gñe cō mentarius q̄ ī neutro cōmenta riū.*

*Cōmētarij ſiue etiam cōmētaria vocantur expōnes ſi ueti nterp-tationes autorꝫ q̄ in ijs mul-ta cōmini-ſcantur*

genere promiſcue vſ̃tes, vt Aulus Gellius. Eſt adeo Probi grammatici cõmentarius ſatis curioſe fact⁹ Et iterum. Nonnulli grammatici qui cõmentaria in Vergilium cõpoſuerũt. Et iterum quoq̧. Noſter Scaurus in primo cõmentariorũ, quos in Gorgiã Platonis cõpoſuit, ſcriptum reliquit. Boetius. Quod in his cõmentarĳs diligentius expediuimus, q̃ a nobis in eiuſdẽ Ciceronis topica ſcripti ſunt. Et iterum Quo aũt mõ de his dialecticis locis diſputetur, in his cõmentarĳs, quos in Ariſto. topica a nobis trãſlata conſcripſimus, expeditũ eſt. Quidã etiam talia huiuſmodi opera cõmentũ vocauerunt, vt Nigidi⁹ Donatus, Priſcianus, alĳq̧ nonnulli. Seruius cõmẽtarium commentarioſq̧ pro homine accipere videtur quum ĩquit in.vĳ.æñ. Dixit quidã commẽtarius, cõnexa legendum, & in Geor.i. Superfluo mouent quæſtionem cõmentarĳ.

Cõmentũ.

¶Epitome cap.cciiĳ.

Cœnaculũ eſt proprie locus cœnãdi in parte ſuperiore domus, accipitur tñ pro quocũ q̧ loco altiore pauperib⁹ locari ſolito. Cœnatio vero locus eſt ad cœnandũ in imo ſitus.

¶Cœnaculũ & cœnatio in quo differunt. Cap̃.cciiĳ.

Cœnaculũ
Cœnatio

Cœnaculum locus ad cœnãdum in loco ſuperiori. Cœnatio locus ad cœnandũ, ſed in imo potius. Iuue. Et algentem rapiat cœnatio ſolem, veruntamen cœnaculum non tam pro loco cœnãdi, q̃ ꝓ parte dom⁹ ſuperiore accipitur, quæ frequenter hoſpitibus habitanda locari ſolet, q totam domũ conducere nõ poſſunt, & parte inferiore. ſiue illa taberna, ſiue officina ſit non habent opus. cuius rei profertem exẽpla, niſi abunde Varro ſufficeret dicens. Vbi cœnabant cœnaculum vocitabãt. Poſtq̃ in ſuperiore parte cœnitare cœperunt, ſuperioris domus vniuerſa cœnacula dicta, poſtq̃ vbi cœnabant plura facere cœperunt.

¶Epitome cap.ccv.

Epulæ
Epulum

Epulæ ſunt cibi vulgares. & vt dicimus, quotidiani in vſum noſtrũ cõparati. Epulũ ſolennis cibus, publicis cõuiuĳs, aut parentalibus aptus. Dapes aũt ſunt aut cibi deorũ, aut nñi in ſacrificĳs eorum

¶Inter epulas & epulũ dapeſq̧. Cap̃.ccv.

Sypõtin⁹ cõtra Vallã dicitur dapes nõ deorum dũtaxat eẽ epulas ſed largiores & opiparos apparatus. Martia. Fugerit an menſam phœbi cœnãq̧ Thyeſte. Ignoro, fugim⁹ nos ligurine tuam. illa q̃ dẽ lauta ẽ

Epulæ ſunt cibi & miniſterio hominum & in noſtrum vſum cõparati. epulũ ſolenniores quędam epulę & prope publicum conuiuium in propatulo numeroſis ciuibus exhibitum, ſiue in dedicationem templi alicuius, ſiue in honorem deorum, vel in magnificentiæ oſtentationem, ſiue in funere magni alicuius viri. cui ſimile eſt quod hoc tempore fit, quũ publice paſcimus pauperes præſertim in moribus propinquorum, quod vel idem eſt pene quod parentare, ſi Hieronymo credimus, qui ita in tertio lib. in Hieremiã inquit. Mos autẽ & in gentib⁹ ferre cibos & ꝑparare conuiuiũ, quod Græci περίδειπνα vocãt, & a nobis vulgo appellantur parentalia, eo q̧ parentibus iuſta celebrentur. Dapes volunt eſſe, vel deoꝶ vel noſtras in ſacrificĳs deorum.

¶Epitome cap.ccvi.

¶Seges eſt proprie vnde panis fit. ſed nondum demeſſa, vſurpatur autem pro humo ipſa. Fruges vo quicquid ex fructu terræ in alimoniã vertimus ¶Vnde vina & poma inter fruges non inter ſegetes numerantur. vt patet in Liuio, qui Gallos dulcedine frugum maxime vini dixit captos, & arborẽ frugiferam.

¶Seges & fruges quid differant. Cap̃.ccvi.

Seges eſt eorum ſeminum ex quibus conficitur panis nondum demeſſa, nonnunquam contentum pro continente vſurpãtes, ipſam humum ad accipienda ipſa ſemina ſubactam ſegetem vocamus, vt Vergili⁹. Illa ſeges demum votis reſpondet auari Agricolæ: bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit. Fruges vero quicq̃d ex fructu terræ in alimoniam vertimus. Liui⁹. Eam gentem traditur fama dulcedine frugum, maxime vini. noua tum voluptate captam. Idẽ. Non arbore frugifera, non ſatis in ſpem relictis. Plini⁹. Indicem dedit de arboribus frugiferis

dapibuſq̧ inſtructa ſuperbis. Sed nihil omnino te recitante placet

Seges pro humo
Fruges
Plin. Segetes q̃ inter quieuere fundunt roſã odorationem.

¶Epitome capitis.ccvĳ.

Sementis proprie eſt ſatio ſeu ſeminatio. Meſſis aũt ipſa meſſio, aut ſeges iã matura. Accipitur tamen ſementis etiam pro ſemine, & tempore ſerendi. ¶Vnde Mancinellus. Sementis pro ſatione & pro ſemine libro primo faſto. apud Ouidium legitur. Ait enĩ. Villice da requiem terræ ſemente peracta. Da requiem terrã qui coluere viris. Et paulo inferius. Vos date perpetuos teneris ſemẽtibus auctus. Ne noua ꝑ gelidas terra ſit vſta niues. Columella vero lib.ĳ.c.x. ſementẽ pro ipſo ſerendi tempore poſuit. Ait enim ſic de lente. Sationes eius duas ſeruamus, alteram maturam per mediam ſementẽ, ſeriorem alteram menſe Februario.

¶Inter ſementem & meſſem quæ differetia ſit. Cap̃.ccvĳ.

Sementis eſt ſatio, ſiue vt ſic dicam ſeminatio. Liuius. Campani ſementẽ facere poſſent. Miror quare quum in alĳs locis apud Hieronymum plurimis, tum in Geneſeos principio ſementis pro ſemine poſitũ eſt, Meſſis tum ipſa meſſio eſt, tum ſeges iam matura. Cic. de ora. Qualem ſementẽ feceris, ita metes.

Sementis.
*
Pli. Sunt q ꝑperent atq̧ ita ꝓnũcient ſeſtinatam ſementem ſæpe decipe ſeroti nã ſemper Meſſis

¶Epitome cap.ccviĳ.

Malleolus eſt pars ſarmenti formã mallei habens, & plantationi apta, ſarmentũ autẽ totum quod ex vite reſecatur, aut eradicatũ quod areſactum tam ſarmentũ, q̃ malleolus vocari ſolet.

¶Differunt ergo vt pars & totum, ſed ad cõbuſtionẽ reſeruata materies, nunc malleolus, nunc ſarmẽtum, appellata reperitur.

¶Malleolus a ſarmento quo diſtet. Cap̃.ccviĳ.

Malleolus

Malleolus a ſarmento ſic diſtat, vt pars a toto. Eſt enim malleolus (vt placet Columelle) in modũ mallei roſtra habens, aptus plantationi. Quando autem areſacta ſarmenta ſunt cum malleolis igni reſeruata indifferẽter vocantur. Nã & Hannibalem legimus ſarmenta cornibus boũ allegaſſe, atq̧ incendiſſe, vt hoſtes falleret, & nonnullis ciuibus Romanis, q̧ domos haberẽt plenas malleolorum, ad Capitolĳ, vel vrbis incendia fraudi fuit.

¶Epitome cap.ccix.

HErba dici ſolet, quæ terræ adhæret, & hyeme demoritur. Frutex inter herbã & arborem media perẽnis quidem eſt, ſed ad iuſtam menſurã arboris nõ accedit aut nõdũ, acceſſit nã ſoboles quoq; arborũ & plantula frutex dici ſolet.

¶Arbor a frutice quomõ differat. Cap.ccix.

Frutex

ARBOR A frutice ita differt, vt frutex ab herba. Eſt enim frutex qui ad iuxtã magnitudinẽ arboris nõ aſſurgit, ſtatura ſimilis eſt & multis herbis, ſed nõ demoritur, neq; areſcit vt herba, ſed perennis eſt. Inter frutices eſt ſoboles quoq; illa arborum & plantula. Ab hac fruticari verbum. quaſi fruticẽ renaſci ex arbore. Marcus Tullius ad Atticũ. Exciſa eſt enim arbor, non euulſa. Itaq; q̃ fruticetur, vides. Nã illud quod ſæpe legimus fruticari pilum, tranſlatum eſt.

Fruticor.

¶Epitome capitis.ccx.

ACini, baccę, poma & nuces, arborũ ſunt fructus quibus veſcimur, ſed acini minutiores denſius naſcentes. Baccæ etiã minutiores, ſed diſperſius & rarius naſcentes. Poma vero maiores ſunt arborũ fructus, & corticem mollem habentes vt mala, & pira, & pruna. Nuces vero quęcũq; principalem fructum ceu nucleum teſta, aut cortice duriori concludunt.

¶Vnde caſtaneæ, amigdalę, iuglandes &c. nuces ſunt. pruna vero, ceraſa ſeu ceraſia, ſiue perſica, & ſimilia, licet nucleum teſta concludant, poma. Glans autem & quicunq; alius fructus ſylueſter in numerum predictorum nõ venit. Sunt autem baccæ etiã gemmę dictę ꝙ baccarum inſtar ſint, at Baccę Bacchi ſacerdotes.

¶Inter acinos & baccas quid interſit. Cap.ccx.

Acini. Baccæ. ※Bacca ſignificat minutiores arborũ fructus.

ACINOS INTER & baccas hoc intereſſe puto, ꝙ acini inter fructus minutiores arborum fruticũve denſius naſcũtur, baccę vero diſperſius & rarius. Inter acinos eñ numerãtur vuæ grana Hederę grana, ſambuci grana, ebuli grana, malipunici grana. addo etiã morũ, & quicquid his eſt ſimile. Inter baccas vero fructus lauri, fructus oliuę, corni, loti, quã fabã ſyriacam vocant myrti lentiſci. ſimiliũq;. Supra hæc autẽ poma dicuntur dũtaxat quibus veſcimur. Ceraſum vero, vel (vt Seruio placet) Ceraſiũ, & prunũ, & meſpilũ, poma nõ acini neq; baccæ nominantur. Glans in numerũ iſtorum nõ venit. Sylueſtris eñ & paſtio pecorum eſt. Caſtanea in nuces refertur. Vnde Verg. Caſtaneaſq; nuces, ſicut pinus, corylus, ſiue a loco auellana, amigdalus, iuglans, & ſi qua ſunt his ſimilia, nõ poma dicuntur, ſed nuces. Nõnunq̃ acini & baccæ indifferenter ponũtur, vt Vergi. Sanguineis ebuli baccis minioq; rubentem.

Pomum. Ceraſum. Glans.

¶Epitome capitis.ccxi.

CRepitus ſonitus eſt violentus ex impulſu reſultans. vnde fit crepitare, quod eſt cũ vocis eruptione, & ſonitu immani.i.feroci & modico repræhendere. Specialiter autẽ crepitus eſt qui natibus editur ſonitus. Strepitus vero fit ex corporum cõtactu, ex colliſione rerũ, & multarũ vocũ cõfuſione, ſed modica. Proprie autẽ eſt ambulantiũ pedum, manuũq; aliquid pertractãtium ſonus, vnde ad fortunæ pompã transfertur, ꝙ diuitũ comitatus ſtrepitũ emittit. Fremitus autẽ eſt vehemens hmõi ſonitus vel fluctuũ maris, & populi obmurmurantis, aut etiã hominis excandeſcentis, & quaſi vocem prę iracundia immutantis. At ſtridor & acrior & quaſi ſibilans colliſio, vt dentium cõcuſſorum.

¶Inter crepitum/ſtrepitũ/fremitum/ſtridoremq; differentia. Cap.ccxi.

CREPITVS SONITVS eſt violẽtus ex impulſu reſultans. vnde increpare eſt cũ eruptione vocis & immani ſonitu reprǽhẽdere. Cymbala tympana quoq; crepitant. Vnde fit crepitaculũ. Tubę quoq; & cornua, ſimiliaq; crepant ſiue crepitant. Crepitus quoq; ſpeciali vocabulo quid ſignificet, malo me tacente minus notũ eſſe, q̃ me dicente nimis. Strepitus fit ex corporũ tactu, ſiue colliſione rerum, & multarum vocũ in vnũ cõfuſione, ſi modo nõ ſit immodicus, tũc eñ dicitur fremitus, vt ex alto mari ſonus fluctuũ, & in populo murmur. vocatur etiam fremitus, q̃q̃ & indignantis & excãdeſcẽtis, & quaſi humanam vocẽ prę iracũdia mutantis vox oratioq; fremitus dicitur. Stridor eſt acrior, & quaſi ſibilans colliſio. Strepitus tamen ꝑprie pedũ ambulantiũ, manuũq; aliquid pertractãtiũ ſonus eſt. Appellatur etiã faſtus, & põpa diuitiarũ, quaſi a ſtrepitu comitantiũ, vt apud. M. Fabiũ. Hic quum me euocaſſet ſubito trepidũ, totoq; fortunę ſuæ ſtrepitu circunſtetiſſet.

Crepitus. Crepito. Crepitaculum. Strepitus. Fremitus. Stidor. Strepitus; Strepitus ꝑ põpa.

¶Epitome capitis.ccxij.

OFficiũ eſt virtutis actio ꝓ loco, pro tẽpore, & ꝓ rerũ dignitate, quaſi id munus ad qđ exhibendũ quiſq; effectum eſt: vnde magiſtratuum & honeſtorũ opificium etiam vocamus officium. quinetiã beneficia, atq; obſequia debita facta officia vocamus.

¶Officium quid ſit. Cap.ccxij.

OFFICIVM eſt virtutis actio, qđ Græci καθηκον vocant, vel vt latius explicẽ pro loco, pro tẽpore, pro rerũ dignitate, ſimilibuſq;. Inde illud eſt qđ dicitř a multis. In familia bñ inſtituta oẽs in officio ſunt.i.oẽs agũt qđ debẽt, & miſſi ſunt legatis obuiã ciues officij gratia. Et circũſtabant. Senatores Cæſarẽ ſedẽtẽ in aurea ſella officij gratia quẽ legatis Cæſari vel exhibere debemus. Nihil eñ tam nos decet q̃ merenti vel honorem exhibere, vel opẽ ferre. Quo factũ eſt etiã vt officia ſignificẽt beneficia, ſiue obſequia. Vñ illud Ciceronis. Odioſum ſane genus hoim eſt officia exprobrantiũ, q̃ meminiſſe debet is in quẽ collata ſunt, nõ cõmemorare q cõtulit & illud Quintil. Duxit me ſimilis ętas, euicerunt officia, cœpit fides, amãtẽ odiſſe nõ potuit. Magiſtratus quoq; officiũ dicitř, ſiue quia honoris cã factus eſt, ſiue opis populo ferẽdæ, ſiue quia ius ſuũ cuiq;, & qđ cuiq; debet reddat. Ceterę autẽ artes quæ mõ honeſte ſint: ſuã actionẽ officiũ vocant, vt officiũ grãmatici, officiũ medici, officium architecti.

Officium ※Cice.lib. iiij.de finib. quod rõne actũ ſit id officiũ appellamus. Officiũ ꝑ beneficio vł obſequio.

¶Epitome capitis.ccxiij.

¶Hiſtrio eſt, q perſonatus in ſcœna voce, & corporis geſtu fabulas agit. Mimus qui vel intra, vel extra ſcœnam geſticulationes quaſdam exercet, imitatur quoq; mores hominũ ac naturas: præſertim obſcœne.

et tam homines q̃ poemata mimos vocamꝰ, a mimeome quod eſt imitor.

¶Inter hiſtrionẽ et mimum. Cap.ccxiij.

HISTRIO qui perſonatꝰ in ſcœna tragœdias agit, comœdiaſq́ voce, & corporis geſtu. Mimꝰ qui vel intra, vel extra ſcœnã geſticulationes quaſdã, exercet: imitaturq́ mores hoĩm, ac naturas præſertim obſcœne. Nã mimorũ ſcriptores res obſcænas vt amoris tractant. Primum e Tuſco quodã homine tractum nomen eſſe Titus Liuius ac Valerius Maximus authores ſunt. Alterum e Græco venit απο του μιμεομαι. Mimi tam homines, q̃ poemata vocantur.

Mimi etiã poemata dñr ſine reuerẽtia laſciuia imitãtia. Oui. Scribere ſi fas ẽ imitãtes turpia mimos.

¶Epitome capitis. ccxiiij.

ACtor dicitur qui agit cauſam, & orator, aut geſtum vultus & corporis, vt comœdꝰ tragœdus, ac mimus omnis. Actio enim eſt tã ipſa pronũciatio, q̃ oratio quæ habetur, & q̃ oratio ſcripta. Actus aũt ſunt fabularũ quæ aguntur partes. Author vero cõis gñis, ſine verbi origine (nam neq́ ab augeo latino, neq́ ab αυξανω verbo græco deducitur) dicitur quaſi factor & rei geſtor, vt qui bellum gerit, aut pacem facit, aut aliud opus eius author dicitur, ſicut & is cuius nomine, & authoritate alij rem gerunt, hoc eſt homo in quo eſt ius poteſtas, ac dignitas. Quinetiam pupillorũ authores dicuntur, qui eorum res adminiſtrant. Præterea duces militum authores vocabantur, vnde authorare quaſi obligare: & ſubijcere. Et inde authoramentũ quod eſt quaſi obligatio nexuſq́, vel quaſi ſtipẽdiũ quoddã ac pretiũ laboris. Auctio vero eſt vẽditio in publico, ac loco celebri. Vñ auctionari ſic publice quaſi ſub haſta vẽdere, ſupellectilia præſertim.

Mancinel.

¶Hæc ex Valla. Addit Mancinellus ex Calderino dicẽs. Referã hic qđ Domitiꝰ in ep̄la Sapphus poetice ſcripſit. Aſſerit enim ꝙ authorare eſt eligere in militiam, mileſq́ authoratus ab imperatore operã præſtat, receptus ſcilicet in iura militaria & in imperatoris fidem. Inde ex authorare diminuere eſt. Et authoramentum ſignificat illam adſcriptionẽ ſimpliciter, non autẽ ſtipendium. Authorat ergo imperator militem, quum eum ſcribit. Nã quicquid deinceps agit miles authoratus, ad imperatorem refertur, cui victoriã parat. Hæc, & plura ille. Seneca præterea epiſtola. i. li. xviij. ſic ait. Multum autem a fortuna petendũ eſt. Deinde ſperãde opes authoramẽta ſunt ſeruitiũ. Vbi quidẽ methaphoricos locutus eſt. hec Mancinellus.

Authorare.
Exauthorare,

¶Actor & author qualiter differant. Cap. ccxiiij.

Actor.
Actio.

ACTOR & author in differẽt ꝙ actor dicitur orator, qui agit cauſam, quiq́ geſtum vultus, & corporis agit. Vnde tum ipſa pronunciatio, tũ oratio quæ habetur, tum oratio ſcripta actio appellata eſt. Item Comœdus & Tragœdus. i. hiſtrio qui agit geſtus in ſcœna, & quod huic generi ſimillimum eſt, qui agit Atellanas, & mimus omnis actor vocari poteſt, & partes comœdiæ actus dicũtur. Nã Comicus Tragicuſq́ poeta ipſe eſt comœdiarum tragœdiarumq́ conditor, Author autẽ eſt (vt ſic dicam) factor. Nam factor in vſu non eſt, niſi in quibuſdã e græco tranſlatis. Et illud quotidianũ. Credo in vnum deum patrem omnipotentem factorem celi & terre græce eſt ποιητην hoc eſt poetam. At nos poetas cæteroſq́ operum cõditores authores vocamus. & illũ q fecit aliquod opus: q egit bellũ: q egit pacẽ, author ẽ op̄is: author eſt belli: author eſt pacis nũq̃ actor eſt. Quidã originẽ eiꝰ e greco repetũt αυξανω: ſed a latino q̃q́ facilꝰ formari põt niſi ꝙ nullũ latinũ in or a ſup̄io deſcẽdẽs eſt cõis gñeris: vt author. Nã cũ eſt ab augeo (ſi modo vnq̃ reperit) auctor & autrix facit: vt Seruio placet in Vergiliũ ſcribẽti. Idẽ ſuper Donati artem ita ait. Quæritur author vtrum per ſe, an de verbo oriatur Sed ſciendum eſt ꝙ a ſe naſcitur. Nam illud quod eſt augeo, non nos ſeducat, quinde veniat. Aliud eſt enim augere, aliud authorem eſſe. Ego vero a Seruio non omnino diſſentio, quũ huius vocis non videatur mihi origo eſſe, nec augeo, nec αυξανω, & in auditum eſt ſignificationis illius hic & hæc author eſſe. Nonnunquã aliud (quantũ ego ſentio) ſignificat, q̃ duo. Vnum quod dixi, & alterũ quod eſt huic ſimile, hominem in quo eſt vis poteſtas & dignitas Vnde authoritas dicta eſt, vt apud Liuium dicitur. Decreuerunt enim, vt quũ populus regem iuſſiſſet id ſic ratum eſſet, ſi patres authores fierent, hoc eſt, authoritatem (vt aiunt) ſuam & decretũ interponã ratũ haberent, atque ratificarent, ſiue comprobant Et alibi. Maiores noſtri nullam ne priuatam quidẽ rem agere fœminas ſine authore voluerunt. In manu eſſe parentũ, fratrum, virorũq́, & authores pupilli vocantur, in quorum adminiſtratiõe infirma ætas reſq́ eius ſunt. Ideoq́ filios regunt pupillos ſub authoribus fuiſſe legimus. Vnde Paulus iuriſconſultus. Etiam ſi non interrogatus tutor, author fiat, valet authoritas eius, quum ſe probare dicit id quod agitur, hoc eſt, eum authorem fieri. Et Pomponius. Et in pluribus datis tutoribus vnius authoritas ſufficiat, tametſi tutor authoretur. Quare authores ſententiæ alicuiuſq́, conſilij vocantur hi, quorũ ſententiam conſiliumq́ ſecuti ſumus, & duces militum authores vocantur. Vnde authorare. Liuius libro quadrageſimoſexto. Signo dato ſuo impreſſas tabellas miſit, vero pignore velut authoratum ſibi proditorem ratus eſt, id eſt, obligatum & ſubiectũ. Et Valeriꝰ Maximus libro. iiij. Authorato ſocijs officio. Sueto. lib. iij. De legendo vel authorando milite, ac legionum & auxiliorum deſcriptione ex quo fit authoramentũ vel quaſi obligatio nexuſq́, vel quaſi ſtipendiũ quoddã, vel quaſi pretium cuiuſdã militiæ ac pugnæ actioniſq́, vt Quint. Nec difficilẽ ſane ſub illo præſertim authoramẽto habuiſſet miſſionem, ſed noluit gladiator viuere. Sueto. Munus gladiatorium dedit, rudiarijſq́ quibuſdam reuocatis authoramento centenum miliũ. Cicero. Quorũ ipſa merces authoramentũ ſeruitutis eſt. Sene. li. vij epi. Nullũ ſine authoramẽto malum eſt. Auaritia pecuniam promittit. Luxuria varias voluptates. Ambitio purpuram, & plauſum, & ex hoc potentiam, & quicquid potẽtia poteſt, mercede te vitia ſollicitãt. Deniq́ author nihil habere cõe cũ augeo neq́ cũ αυξανω actio probat, Quæ eſt venditio quædã in publico ac loco celebri, & hinc auctionari publice fere ſub haſta vendere, nõ eaq́ ad eſũ ſpectãt, ſed q ad ſupellectilẽ, et atq; ad alios vſus, nec fere niſi quæ penes aliũ in vſu fuerunt. Differt igitur auctꝰ

Actus.
Author.
Factor in vſu nõ eſt niſi in quibuſdam e greco trãſlatis.

Authoritas

Authorare

Authoramentum

Auctio

Auctus
Hauſtus

ab hauſtu, quia diuerſam originẽ ſortita ſunt. Auctꝰ enim eſt incrementum ab augeo deſcendens, vt & hauſtus ab haurio.

¶Epitome capitis. ccxv. patet.

¶Pupillus quid differat ab orphano. Cap. ccxv.

Pupillus. Orphanꝰ. *Filiꝰ parẽtibꝰ priuatus græcũ nomen eſt

PVPILLVS eſt q caret quidẽ patre, ſed tãtiſper dum eſt in ætate cui adhibetur tutor. Orphanus qui caret patre præſidioq́ paterno, & q ſummopere deſyderat illius opẽ quũ ſine eo male habeat. Græcũ tñ nomen eſt non ſane a veteribus vſitatum.

¶Epitome capitis. ccxvi.

TRiclinium eſt cõclaue diſcubitoriũ, a tribus inclinatorijs ſeu lectis dictũ. Cõclaue aũt omnis locus ſecretior cõcluſus, veluti qđ cõptorium vocant. aulam noſtri atrium vocãt. vetuſti aulam pro olla vſurpabant.

¶Aula tamẽ a græcis pro tota regia ponitur, nõ ſolũ pro ea parte quam ſolã, hoc eſt atrium vocant.

Tricliniũ.

¶Tricliniũ quid ſit. Cap. ccxvi.

TRICLINIVM a tribus toris, menſiſve appellatũ eſt. Ibi eñi comedebant præcipue in cõuiuium accepti, quum res ipſa poſtularet tres toros menſaſve extrui. Qui autẽ hic miniſterio præerat, architriclinũ vocãt. Quintil. quidẽ tricliniũ vocat, qđ Cice. cõclaue. Nam de eodẽ cõuiuij loco, vbi Simonides artẽ memoriæ tradit inueniſſe ille, ſic ait. Vix eo limẽ egreſſo, tricliniũ illud ſupra cõuiuas corruit Hic ſic. Hoc interim ſpacio cõclaue illud dicit concidiſſe, eſt igitur tricliniũ coclaue diſcubitoriũ. Nam cõclaue generalius eſt, qđ eſt etiam pars quædã in penatibus remotior, in qua vel viri colloqui, vel mulieres cõfabulari ſolẽt. Aulã autem qđ græcum eſt, noſtri ſemper transferũt atrium. Nam aulã pro olla Plauto, vetuſtiſſimiſq́ dicendum relinquamus.

Architriclinus. Tricliniũ a nr̃is conclaue appellatur. *Gelliꝰ ex Maſſurij autoritate demõſtrat thꝰ & cereos ligna q́s q́ penori aſcribi poſſe nos ṽo aromata caſeũ carnes ſalitas & alia eſculenta dabimus ſeruãda.

¶Epitome capitis. ccxvij.

PEnus omnia quæ domi recondita ad victũ priuatũ pertinẽt cõtinet, quoꝝ repoſitoriũ penariũ dicitur. Cõmeatus vero omnia quę ad publicũ victũ ſpectant, ſed præcipue annonam, & quicquid annone vicem habet. Annona autem ſi tantũ frumẽtaria eſt, oportet macellũ etiã vbi frumentũ venditur apud Ciceronẽ ſignificare.

¶Meminerimus autẽ ꝙ reperiatur hic penus & hæc penus hoc penus penoris, & hoc penu indeclinabile. Macellũ autem proprie ſignificat locum vbi obſonia venduntur.

Cõclaue. Aula. Hora. Amoue ꝑ ſit portet frumenta penuſq́. Penarium Cõmeatus Terẽ. ſeu. Priꝰ ad tenerũ oẽm cõgerebã dãculum.

¶De penus & cõmeatus. Cap. ccxvij.

PENV ea omnia cõtineri dicuntur quæ ad victũ pertinent, ſed priuatũ, modo domi recondita ac repoſita ſunt. Nã locus vbi iſta reponuntur Varrone teſte penariũ appellatur, quæ vero ad victum publicum ſpectant, ſicut alio loco dixi, cõmeatus vocatur. Sed ex paucioribus cõſtat vt ſumus diligẽtiores pro re priuata, q̃ pro publica. Fere nihil aliud continet cõmeatus q̃ annonam, & quicquid annone vicem habere poteſt, q̃q̃ vt iterum dixi, etiam priuatorum cõmeatus eſt, nec annonam tantum frumentariã, Cicerone dicente lib. ij. de diuinatione. Aut ſi Epicuri de voluptate liberoſus eſſet, putarem annonã in macello cariorem fore. Neſcio tamẽ an macellum non tãtum pro loco vbi caro venditur accipiatur, ſed vbi & annona.

Annona. Macellũ.

¶Epitome capitis. ccxviij.

CEruix poſterior pars colli eſt, iugulus anterior, collũ totũ illud inter caput & humeros & quia in ceruice ſunt nerui, qui ſuperbis rigeſcunt, ideo dure ceruicis hominem rebellem, ac ſuperbum vocamus, Et quia in iugulo ſunt venæ q̃bus leſis vita exhalatur, ideo iugulare & iugulum petere interficere, & mortem inferre dicimus.

¶Ceruix iugulus, & collũ qd ſint. Cap. ccxviij.

CERVIX poſterior pars colli vnde origo eſt omnibus neruis. Iugulus anterior, vnde vox, habituſq́ procedit. Collũ omnes partes in ſolidũ cõplectitur. Et quoniam nerui qui corpus erectũ rigidũq́ faciunt in ceruice ſunt collocati, dicimus hominem dure ceruicis, quaſi indomabilem more ferocium, boum, vel qui ceruice effecta & rigida contumaciã quandã & rigorẽ mentis præ ſe fert, tanq̃ nemini caput inclinare velit, tali nomine vocatur quaſi duri capitis, dureq́ mentis. Ceruices etiam dicimus pro ceruice, immo ſingulari numero neminẽ ante Hortenſium dixiſſe Quinti. eſt author. Similiter qm̃ in iugulo mortifera ſtatim plaga eſt præ cæteris membris, eadẽq́ pars vulneri obnoxia, ad quã mucro inter arma ipſa facile ſubit, a veteribus dicebatẽ petere iugulũ, ferire iugulũ, pro eo qđ eſt petere mortẽ, inferre mortẽ. Quin. Inituruſq́ forenſiũ certaminũ pugnã, iam in ſcholã victoriã ſpectet, & iugulus petere, & ferire vitalia, aut tueri ſciat. Cice. in Verrinis. Sua cõfeſſione inducatur, ac iuguletur neceſſe eſt.

Ceruix. Iugulus. Collum. Hõ duræ ceruicis.

*Antiq vtꝰ Quinti. ait ceruiceſ dicebant, primuſq́ Hortẽſius ceruicẽ dixit. Cice. in vatiniũ. In ſtato collo tumidiæ ceruicibꝰ in tuliſti. Caſto. Si caput autcer uices dolẽt e alotio cal do lauito. Ambr. de diua agne Quõ poſſũ ad iniuriã ſũmi dei ceruices meas lapidibus inclinare.

¶Epitome capitis. ccxix.

SInus in cõplexu eſt brachiorum, gremiũ vero ſemorũ, vtrũq́ autem ad aliud transfertur.

¶Nõ ergo tenet nutrix infantẽ ſtantẽ ſuper ſinum, ſed ſuper gremiũ, nec admouet lactãtem ad gremiũ, ſed ad ſinum. Eſt aũt ſinus oculorũ. Eſt prę terea ſinũ priori lõga vas, de quo in Bucco. Sinum lactis & hęc te liba priape quotãnis. Expectare ſatẽ.

¶Inter ſinũ & gremiũ. Cap. ccxix.

SINVS eſt intra pectoris brachiorũq́ cõplexum, inde ſinus veſtiũ, quales erãt tunice Romanoꝝ, & modo quorũdam religioſoꝝ ſupra cincturã laxitas illa veſtis, quæ cingulũ operit. Littora quoq́ curua & quaſi brachijs mare amplectẽtia ſinus vocamus. Gremium eſt inter cõplexum fœmorum fœminum ve, quo in complexu mulieres concipiunt, & per tranſlationem gremium terræ appellamus, quum ſemen ſuſcipit, conceptumq́ retinet, quaſi viuentem ferum poſtea paritura. Quare quum lactãtur infantes, ad ſinum admouentur, pueri vero iam facti a ſedentibus matribus, vtiq́ quum illis blandiuntur, ad gremium excipi ſolent, vt Vergi. de Cupidine ſub imagine pueri Aſcanij. Hęret, & interdum gremio fouet inſcia Dido. Quinetiam matres, nutriceſve quum ſuper genua collocant infantem, aut extremis veſtibus repoſitum & ad vterum vſq́ ſublatum geſtant, in gremio magis q̃ in ſinu tenere, aut geſtare dicuntur, vt idem de eodem. Et fatũ

Ceruices. Iugulũ petere. Iugulare. Sinus.

gremio dea tollit in altos Idaliæ lucos.

¶Epitome capitis.ccxx.

SOcius ſocio dicitur,quia inter ſe pares ſunt comes comiti nunquã,aut perꝗ raro dicitur. Nã,comes minor eſt duce eo.ſ,cui comitatũ præbet,ſaltem ſub ea ratione qua comes , quanuis alioqui maior eſſe poſſit,cõmilitones autem pares ſunt ſub duce militantes.Repitur aũt comes ꝓſocio,ſed attendendũ etiã dũ per metaphorã loquimur,vt comitẽ dicamus rem ſubſequentẽ,& minorẽ,vt intẽperantiam ebrietatis non ediuerſo. In rebus tñ perſona carentibus poti⁹ magiſtrũ aut magiſtrã,patrem aut matrẽ,materiem,aut materiam caput aut fontem dicim⁹,ꝗ ducem, quod perſonis conuenit,Eſt præterea comes in quibuſcũꝗ rebus ſocius fere arduis & ſerĳs ac fortunæ ſubiectis. Sodalis aũt fere in voluptuoſis & ad cõuiuiũ pertinẽtib⁹.Cæteꝝ comis homo benign⁹ ẽ,& facilis ꝗ alĳ non grauate inſeruit

Soci⁹ Comes.

¶Sociũ ſocio dici,comitẽ comiti raro. Cap.ccxx.

SOcius ſocio dicitur,comes comiti raro dicitur. Nãꝗ ſocius eſt par,comes vero minor,ꝗppe,qui ſequitur,& ducẽ habet vt Ci. Non comitẽ ſe inquit,ſed ducẽ ꝓbuit.Et alibi.Neꝗ eñ princeps tũc ad ſalutem eſſe potuiſſẽ,ſi eſſe alĳ comites noluiſſent. Ideoꝗ duces in bello quoties milites alloquũt,cõciliandæ bñuolentiæ gratia,nõ fere appellãt comites,ſed ſocios,cõicantes quodãmõ ipſorũ dignitatẽ cũ illis,vt ediuerſo,quum eoſdẽ cõmilitones vocãt, cõicantes eoꝝ conditionem ac ſortẽ cum ipſis.Neꝗ eñ dux cõmilito eſt militũ,ſed milites inter ſe cõmilitões vt apd Vg.Æneas comites ſuos cõſolãs ait O ſocĳ,& author ipſe ſua ꝑſona loquẽs de Achimenide,inquit,Comes infelicis Vlyſſis.,Et iterũ.Vno graditur comitatus Achate. Neꝗ recte dixeris de Vlyſſe & Ænea,hunc eſſe comitẽ Achate,illũ comitẽ Achimenidis.Idẽ tñ ait.Arma deoſꝗ parant comites.Et iterũ,Sacra ſuoſꝗ tibi cõmẽdat Troia penates.Hos cape fatoꝝ comites.Nunquid dĳ erant comites Troianorũ atꝗ Æneæ,an duces? Certe dĳ penates comites erant confeſſione,tũ Æneæ,tũ ipſorum quoꝗ deoꝝ.Nã primo lib.Æneas ait. Victos qui ex hoſte penates Claſſe veho mecũ:& in.iĳ. dĳ aiunt.Nos te Dardania incenſa tuaꝗ arma ſecuti. Nos tumidum ſub te parmenſi claſſibus equor ſub te.i.duce te,& te ſecuti ſumus.i.tui comites fuimus. Idem de Græcis quoꝗ dicendũ eſt & de eorũ deis. Idẽ etiam de Sybilla & de Ænea,ꝗꝗ modo hic modo illa dux erat aut comes,tñ quia ſequebaẽ Æneæ voluntatẽ Sybilla,& quaſi miniſtrã ſe præbebat,comes erat.Quia vero ducebat præmonſtrans iter,& declarans ea quæ ille ignorabat , dux eadẽ dicitur, tametſi aliquando comitem pro ſocio dicimus,vt Cicero in rhe.de illo viatore,qui quũ ante lucẽ ſurrexiſſet,comitẽ ſuũ inquit inclamauit ſemel & ſæpius quũ de eodẽ antea dixiſſet,in itinere quidẽ proficiſcentẽ ad mercatũ quẽdã,& ſecũ aliquantũ nũmorũ ferentem eſt comitatus.i.ſecut⁹.Quare peccauit, tum Priſc.ad Iulianũ ſcribens.Tibi ergo hoc opus deuoueo oĩs eloquentiæ ꝓſul,vt mihi ( quantũcũꝗ deus annuerit)ſuſcepti laboris gloriã,te comite, quaſi ſole quodã dilucidius creſcat.Quid magis abſurdũ,ꝗ quẽ dicas tuũ ſolem eundẽ appellare comitẽ tuũ hoc ipſo quod ſol eſt?Tũ ille (parco nomini ſacroſancti viri)qui dixit.Ebrietas eſt comes libidinis & intemperantię,ſuperbia eſt comes odĳ, diuitiæ ſunt comites ſuperbiæ.Nã potius dicendũ erat. Libido & intẽperantia comes eſt ebrietatis.Sequiẽ eñ libido & intẽperantia,ebrietas antecedit, odiũ comes ſuperbiæ eſt.ſuperbia comes diuitiarũ.Cice. Eſt gloria comes virtutis.Gloria eñ ſequitur honeſtatẽ,ſicut vmbra corp⁹.In eodẽ opere nuper a quodã perdocto viro illud,iracundiã laudant, comitẽ fortitudinis eſſe dicunt emendatũ ſic erat , comitẽ fortitudinis,vt ſciremus veꝝ eſſe quod ait Quintil. Dũ librarioꝝ inſcitiã inſectari volunt,ſuã confitentur.Idẽ Cicero alio loco.Cupiditas dicendi pacis eſt comes,otĳꝗ ſocia.Siquidẽ pacẽ ſequitur dicendi cupiditas .Quid ergo ſi hæc comes eſt,illa duxerit?Dicemuſꝗ pax eſt dux cupiditatis dicendi,& ebrietas dux libidinis & intẽperantiæ.Non eſt hic ſermo ꝗdẽ vſitat⁹,ſed potius per alia verba,quorũ tria nũc in mentẽ veniunt,magiſter magiſtrave,pater materve,materies materiave,ebrietas magiſtra ẽ libidinis & intẽperantiæ.Superbia eſt mater odĳ.Diuitiæ ſunt materia ſuperbiæ.Quibus tribus fere indifferenter,vti poſſumus.In perſonis vero magis conuenit dux,aut in his rebus , quæ perſonæ ſunt ſiles, qualis eſt fortuna,quæ dea fingitur.Cicero non ſemel dixit,fortunã non ducẽ, ſed comitẽ fuiſſe quibuſdã imperatoribus.Eſt propterea,vt eo redeã vñ egreſſus ſũ,alia differentia inter comitẽ & ſocium, ꝗ comes eſt,qui vtcũꝗ ſequitur alterius ductũ , ſocius plerũꝗ in negocĳs ſerĳſꝗ rebus,& fortunæ arbitrio ſubiectis,vt Cæſar in cõmentarĳs.Itaꝗ Androſthenes pretor in Theſſalia quũ ſe victoriæ Põpeĳ comitẽ eſſe mallet,ꝗ ſociũ Cæſaris in rebus aduerſis omnẽ ex agris multitudinẽ ſeruorũ ac liberorum in oppidũ coegit. Verũ huiuſmodi differentia apertior eſt inter ſociũ & ſodalẽ.Eſt eñ proprie ſodalis in rebus leuiorib⁹, ac ſæpe voluptuoſis.Quit. Quo tandẽ patereris animo,ſi delicatus adoleſcẽs præſertim ſplendidis opibus,vel ex ætate mores,vel ex fortuna traxiſſẽ,& tẽpeſtiua conuiuia.& peruigiles iocos,aduocata ſodaliũ turba,ſolutus atꝗ affluens agerẽ?M. Tullius.Epulabar modice cũ ſodalibus.Sodalitates eñ me quæſtore ſunt inſtitutæ.Idẽ alibi.Ego ſanctũ Laterenſẽ,& ipſum gratioſum dico,& habuiſſe in petitiõe multos cupidos ſui gratioſos.quos tu ſi ſodales vocas,officioſam amicitiã nomine inquinas vitioſo.Cuius autẽ ſodales , inqt, ſũt qui eiuſdẽ collegĳ ſunt.quos Græci σνσσιτονσ vocant.A quo nõ ſane diſcordat apud Marcũ Tullium Antonius,qui Norbanũ quæſtorẽ ſuũ appellat ſodalẽ.Comis eſt benignus homo & facilis,ꝗ alĳs non grauate inſeruit.

Comes ꝓ ſocio

Priſciani lapſus

Magiſter Magiſtra. Mater Materie Materia.

Alia dña inter comitẽ & ſociũ

Sodalis

Comis.

¶Epitome capitis.ccxxi.

POmpa eſt ſolennis quidã apparatus & oſtẽtatio tã in proſperis,vt in triũphis,ꝗ in aduerſis,vt in funeribus.Spectaculũ vero eſt,quicquid ſpectaẽ,aut ipſa ſpectatio,aut loc⁹ vñ ſpectaẽ Quocirca oĩs pompa ſpectaculũ eſt,ſed nõ oĩe ſpectaculum pompa.

¶Pompa & ſpectaculũ Cap.ccxxi

Pompa. Spectaculum.

POMPA omnis ſpectaculũ eſt, ſed nõ contra. Pompa quidẽ in proſperis eſt, & in aduerſis, qualis eſt in triumpho & in funere, quaſi quidam ſolennis apparatus & oſtentatio. Cice. Sed iam c̃ pompa in veram aciem deſcendamus. Vergi. Ad delubra iuuat ſolennes ducere pompas. Quintilianus. Quid em̃ ſi reſpondere iubeas orbitatẽ, cur in exequñs totos egerat cẽſus, quid ſibi velit ille funebriũ longus ordo pomparũ? Spectaculũ vero eſt nunc illud quod ſpectatur, vt. Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane. Nũc ipſa ſpectatio, vt acerbũ ſpectaculum, nunc locus vnde ſpectatur, vt ſedebat in ſpectaculis, & de ſpectaculis excitatus eſt.

* Cice. O graue acerbumq́ ſpectaculum. Spectaculũ aliqñ dr̃ loc⁹ vñ ſpectat̃. Suet. de ſpectaculo excitat⁹ deſcẽdit.

¶Epitome capitis. ccxxñ.

SEruius autẽ dicit q̃ iuuentus eſt multitudo iuuenum, ſicut pubes pubeſcentiũ. Iuuenta v̾o iuuenilis ætas, at iuuentas dea ipſa, author noſter dicit iuuentutem etiam frequentiam iuuenum, innuens iuuenilẽ quoq́ ætatem ſignificare, ſicut ibi. Ad deum qui letificat iuuentutem meam.

Senecta. Iuuenta. Iuuentus. Senectus. Senium.

¶Senecta & ſenectus. Iuuenta & iuuentus. Cap̃. ccxxñ.

SENECTA EST ſenilis ætas, iuuẽta autem iuuenilis, & (vt quibuſdam placet) dea ipſa melioris ætatis & iuuẽtutis. At ſenectus idem quod Senecta. Iuuentus vero etiam frequentia iuuenum, non ſolum ætas, ſenium quoq́ ꝑ ſenectute accipitur.

Seruius Sulpitius. Licitũ eſt tibi credo ꝑ tua dignitate ex hac iuuentute generũ eligere.

¶Epitome capitis. ccxxiñ.

ABſtinentia iuſtitia eſt, qua ab alienis nos abſtinemus. Continentia vero & tẽperantia & modeſtia, qua nos ab illicitis & voluptuoſis cõtinemus. Confunduntur autẽ interdum, quia qui ab alienis abſtinet, appetitum ſuũ ſæpe cõtinet & cohibet. Vnde generalior eſt continentia.

Abſtineo. Contineo.

¶Hanc autem differentiam oſtendũt partes cõponentes. Abſtineo enim cõponitur ab abs & teneo, contineo a con & teneo, Continemus ergo quod intra nos eſt, ne defluat, abſtinemus ab eo quod extra nos, ne ad nos perueniat.

¶Inter continentiam & abſtinentiam differentia. Cap̃. ccxxiñ.

Cõtinẽtia. Abſtinẽtia

CONTINENTIA & abſtinẽtia ita differũt, q̃ abſtinentia iuſtitia eſt, cõtinentia vero illa, quæ inter v̾tutes quarta numeratur, quę eadẽ dicit̃ tẽperantia & modeſtia. Eſt em̃ hęc quum a voluptatibus nos cõtinemus Abſtinentia quũ abſtinemus ab alienis, nulli vim afferentes, nihil cuipiã eripientes. Cic. Si in vna voluptate continuent, in alia ſe effuderit. Rurſus. Quod beneficiũ eſt, q̃ te abſtinueris a nefario ſcelere? Nõnunq̃ tamen indifferenter, vt apud Valeri. Maxi. titulus eſt de abſtinentia e cõtinentia, vbi exẽpla iſtarum virtutũ ꝓmiſcua ſunt, vt tñ ſentio cõtinẽtię poteris dare nomen abſtinẽtię, potiusq̃ e diuerſo. Illud enim ſpecialius videtur, hoc generalius. Quẽadmodum temperantia putat̃ ſub iuſtitia eſſe, vel ab ea nõ poſſe ſeparari, illa vero ſine hac frequenter eſt. Quare recte continentia vocatur abſtinentia.

¶Epitome capitis. ccxxiiñ.

PEcus pecudis ac pecoris aĩal eſt qđ ſub imperio eſt hominũ, & pabulo terrę paſcit̃, vt bos (qui taurũ & vaccã & caſtratos ſignificat) equus/caballus/aſinus. Nõ autẽ onager qui eſt aſinus agreſtis, nec laliſio onagri pullus. Item mulus, hinnulus, camelus, bubalus, ceruus, quorũ congregatio armentũ dicitur ꝓprie, licet Verg. pecoris cuſtodẽ armentariũ dixerit. Nã armenta quidã ab arando quaſi aramenta deducũt. Quidã ab armis, eo q̃ maiores ſint armentis armi. nã gregẽ ouium, caprarũ, porcorũ, ſimiliũq́ (minorũ quidẽ aĩaliũ) dicimus, licet gregẽ etiã de armentis ſaltẽ cũ epitheto dicere liceat, pro quo interdũ pecus pecoris reperitur, quinetiã ꝓ ſola oue. Pręter pecora ſunt feræ. i. aĩalia ſylueſtria, & cicures. i. ex ſylueſtribus mãſuefacta. Nã cicurare manſuefacere eſt, & cicur mãſuefactum. Sũt autẽ qui pecus dicãt quicquid humana effigię caret. Sed pecudẽ fere pro oue legimus.

¶Sunt qui feras velint proprie dũtaxat eas dici quę ferociunt, improprie autem omnes quadrupedes Pręter pecudes.

* Pec⁹ de quacunq́ aĩali ꝑter hoĩem dicitur. Vergi. lib. iiñ. Geor. de apibus loquẽs Et pecudũ cuſtodia ſolers. Luci. de piſcibus. Pręter ea gen⁹ humanũ m̃ſtęq́ natantes. Squammigere pecudes.

¶Pecus pecudis, & pecus pecoris. Cap̃. ccxxiiñ.

Pecus.

PECVS pecudis, & pecus pecoris, proprie nihil differunt. Significaturq́ hoc nõie aĩal, quod ſub imperio hoĩm ex pabulo terrę paſcitur, vt bos, qui taurũ vaccãq́ comprẽhẽdit ꝑter ſuũ ꝓpriũ ſignificatũ, equus, caballuſve qui aſinariã potius operam exercet. Aſinus nõ autẽ Onager nec Laliſio Mulus qui proprie generatus eſt ex aſino & equa. Nã Hinnulus dicit̃ qui patre equo, matre aſina genitus eſt, quẽ quidã Burdonẽ noĩant. Camelus quoq́. Nã non tantũ paſcit̃ ſub magiſtro, verũetiã in quibuſdã locis inter armenta, & eius ſignificatio non modo ad marẽ fœminãq́ pertinet, vt paſſer, vt aquila, ſed cũ genere fœminino nõnunq̃ iũgi inuenitur, vt camelos feras, quale eſt bos, vt apud Vergi. Ille meas errare boues vt cernis. Qđ ideo minus mirũ eſt, q̃ Lupus etiã apud Varro. & Enniũ, & Fabium pictorẽ in gñe fœminino reperit̃, ſiue hic lupus lupã quoq́ ſignificat. Huic ſimile eſt Bubulus, cæterũq́ & ipſi cameli, & cætera q̃ enumeraui, armẽta faciunt, licet quidã tñ velint eſſe boum, quaſi ab arando aramẽta dicta: deinde ſublata tertia litera, armẽta. Prætere a ouis, q̃ marẽ fœminãq́ ſignificat. Capra cũ qua caper, ſiue hircus. Porcus, cũ quo porca intelligit̃, vnde fiunt greges, vt grex ouiũ, grex caprar̃, grex porcor̃. Ouid. Meta. iiñ. Mille greges illi totidẽq́ armenta per herbas Paſcebant. Ver. iiñ. Geor. Hac ſatis armentis, ſuperat pars altera curæ. Lanigeros agitare greges, hirtaſq́ capellas. Idẽ tñ de ceruis. i. Æneí. dixit. Hos tota armenta ſequunt̃ a tergo, vt minus mirandũ ſit, ſi de bobus gregẽ dixit, ibi. Aut aliquã in magno ſequitur grege, tamen ad diſtinctionem adiunxit magno, ſicut Hora. adiecit mugientiũ in Epodis. Aut in reducta valle mugientiũ proſpectat errãtes greges, quaſi grex ſit generalius nomẽ, armentũ vero ſpecialius, & illud ſine appoſito de minutis pecoribus intelligat̃, cũ appoſitio etiam poſſit ad maiora transferri, vt Cice. in Philip. Fudit apothecas, cecidit greges armentorũ. Hæc omnia pecudes, & pecora dixeris, quorum

Bos. Mulus. Hinnulus. Burdo. Camelus.

* Laliſiones Onagror̃ pulli dicũt. martialis. Dũ tenerẽ onager ſolaq́ laliſio matre paſcit̃, hoc infans ſed breue nomen habet.

Lupus. Bubalus. armenta. Ouis. Caper. Porcus. Greges.

exempla tot ſunt, quoties hoc vocabulũ repimus. Verũtñ pecus pecoris nõnũq̃ reperitur ꝑ multitudine pecudũ, ſiue pecorũ, ſed gregalium, poti⁹, q̃ armẽtaliũ vt Ver. Dic mihi Damœta, cuiũ pecus, an Melibœi? Infelix o ſemp ouis pecus. Et alibi. Caprigenũq; pecus nullo cuſtode per herbã. Oui. meta. li. xiiij. Hoc pec⁹ oẽ meũ eſt, multę ſtabulãtur in antris. Multas ſylua tegit, multæ quoq; vallib⁹ errant. Nec (ſi forte roges) poſſim tibi dicere quot ſũt Pauperis eſt numerare pecus, de laudib⁹ harũ. Nil mihi crediderís, præſens potes ipſa videre. Vt vix circũeant diſtentũ cruribus vber. Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni. Sunt quoq; par aliis ætas in ouilib⁹ hœdi. Cur dixit multæ & harũ, quũ nullũ genus antea noĩaſſet, niſi ꝗ intellexit oues & capras, quas poſtea noĩatur. Cic. in Verrem. Noĩat iſte cerũ, quem magiſtrũ pecoris eẽ diceret. Ver. tñ Geor. iij. ait. Paſcitur, itq; pecus lõga in deſerta ſine vllis Hoſpitiis, tantũ capi iacet, oĩa ſecũ. Armẽtarius apher agit. Armẽtariũ pecoris dixit. Nõnũq̃ pecus pecoris ſignificat ouẽ, nec ſolũ vulgo, vbi hęc aĩalia pecora dicũtur, verũetiã apud graues authores, quorũ eſt Plin. q lib. viij. inquit. Eſt in Hiſpania, ſed maxime Corſica, nõ diſſimile pecori gen⁹, muſinaliũ caprino villo, q̃ pecoris velleri ꝓpius quorũ e gñe & ouibus natos Priſci vmbros vocauerunt, infirmiſſimũ pecoris caput, & nõ longe poſt Suis fœtus ſacrificio die quinto purus eſt, pecoris, die ſexto: boũ, trigeſimo. Quint. Cur in vſum veſtiũ ſæpe pecori lanæ detrahuntur? Præter pecudes aũt cæteræ quadrupedes feræ ſunt, licet proprie videantur feræ dici, quæ feritatem habent, vt leones, vrſi, pardi, lupi, vulpes. Harũ quæcũq; mãſuefactæ ſunt Cicures vocantur. qualis canis, qui nec pecus nec fera eſt, licet ſit natura ipſa non tñ fera, ſed etiam ferus, qualis elephas, ſiue (quod vſitati⁹ eſt) elephant⁹ ad bella domitus aliogn, fera natura, de quo noĩe idẽ quod de Camelo fortaſſe dici põt. qđ & coĩs generis ſit, & armẽtũ faciat. Quidã ſuũ domeſticũ tñ cicurem vocãt. Ego poti⁹ aprũ dixerim, q ex fero cicuris eſt factus, nec aprũ mõ, ſed etiã onagrum, ceruum, capreolũ, damã, capream leonẽ quoq;, deniq; quicqd cicurari põt. Cicurare eñ (vt Varro ait) eſt mãſuefacere. Quod eñ a fera diſcretum eſt, id dicitur cicur. Et ideo dictũ cicur ingeniũ obtineo. i. mãſuetum. Innatũ a cico cicur videt. Cicũ dicebant mẽbranam tenuem quæ eſt in malo punico diſcrimen. Hæc Varronis verba confirmat Cicero, vbi ait. Nam aliæ ſunt feræ, aliæ cicures, aliæ natantes, aliæ volucres.

Pecus pecoris

Armentarius

Pecus pecoris.

Feræ

Cicures.

Elephas. Camelus. Cicurare Cicur Cicum

¶Epitome cap. ccxxv.

¶Collis eſt paruus mons, ſeu mõtis nõ ardua pars. Iugũ eſt ipſa arduitas montis, ſub vertice tamẽ parũ ꝓcliuis, & prona, ſicut in collo hoĩs. Cliu⁹ autem mollis & plan⁹ ẽ in monte, aut colle ſitus. Promontoriũ eſt mons in mare prominens.

### Collis, Iugum, Cliuus, & promontoriũ Cap. ccxxv.

Collis. Iugum

COLLIS eſt (vt ita dicam) monticulus ſiue per ſe, & a monte ſeparatus, ſiue ps montis. Iugũ (vt ita etiam dicã) ipſa arduitas montis, & ꝓcliuis, ac ꝓna ſupinitas, cui ſimilis eſt in colle cliu⁹, tñ mollis magis & clemẽs, vt cliuus Capitolinus, & cliuus qui ducit ad Ianiculum, cliuus mõtis Auẽtini, quos oẽs ſcimus eſſe in vrbe Roma colles, vnde quidã vocãt eã vrbẽ ſepticoĩẽ. Et antiquitus fiebãt feſta q̃dam ſeptimontalia. Liuius. Itaq; quũ per Caſſilinũ euadere nõ poſſet, petẽdũq; mõtes, & iugũ Caligule ſuperandũ. Et alibi. Quantũ in altitudinẽ egrediebantur, magis magiſq; ſylueſtria, & pleraq; inuia loca excipiebant. Vt vero iugis appropinquabant (quod rarum aliis locis eſſet) adeo omnia contecta nebula, vt haud ſecus q̃ nocturnę itinere impedirentur. Promõtorium mõs eſt in mare prominens, vt Pliñ. lib. xxvi. Promontoria aperiant mari, & rerũ natura agitur in planũ. Liuius li. xxxiij. Aut aperiẽtibus claſſem promõtoriis. Idem in. xlv. Adiũctaq; inſula Euboea, & excurrente in altum velut promõtorio. Attica terra ſita.

Cliuus. Septimontalia.

Promõtorium.

¶Epitome capitis. ccxxvi.

OFficina eſt vbi opera ipſa fiunt. Taberna vbi opera cæteręq; merces venditantur. ¶Illa eñ ab efficiendo dicitẽ, hæc a tabulis, in quibus res venales exponũtẽ. Sunt aũt quibuſdã tabernis & opificibus ꝓpria nomina, vt caupone, & cauponi, argẽtarie & argẽtarius Quẽ campſorẽ ſeu bancariũ vulgus vocat. Atqui græce trapeſites & colybiſtes ſeu colyuiſtes. Nã b græce fere vt u profertẽ, dicitẽ a nobis nũmularius, ſeu mẽſarius dici poteſt. Nã colyuiſtes. i. nũmularius trapeſas id eſt menſas habet.

### ¶Officina & taberna. Cap. ccxxxvi.

Officina. Taberna.

OFFICINA eſt vbi opera fiunt. Taberna vbi opera ipſa cæteręq; merces venduntẽ. Officina eſt ſtatuarii, fuſoris, flatoris, ſellatoris, excuſſoris, vitrearii, pictoris, ſutoris, fabri, q multiplex eſt, lignari⁹, & hic non vnius generis. Ferrarius, nec hic ſimplex lapidarius qui eſt & ipſe in multas diuiditẽ ſpecies. Taberna vocatur lanaria, vinaria, olearia, & mille huiuſmodi, vnde opifices & tabernarii vocantur. Cice. pro Lu. Flacco Opifices & tabernarios, atq; omnẽ illã fecem ciuitatis quid eſt negotii cõcitare? Nec negauerim aliquãdo vnum eũdemq; locum officinã & tabernam eſſe, vt ſutrina in qua calcei & fiunt, & vendũtur. Quędã igitur artificia ſunt opificũ, cætera quæſtas & opere dicũtur. Sed quędã huiuſmodi habẽt ſuum nomen, vt hæc ipſa ſutrina ſutoris, & lignarii proprie fabrica, aurificis aurificina, cauponis caupona, tamẽ & eum qui vinũ venditat, cauponem vocamus. Quidã malunt dicere cauponam pro loco. Argẽtarii argentaria qđ nomen quidam pro artificio, & argentarium pro artifice, qui idẽ eſt aurifex accipiunt, atq; ita eſt in Hieremia Titus aũt Liuius. Cice. Quinti. cæteraq; omnis antiquitas pro his accipit qui vulgo campſores dicunẽ nõ illos dico minutos qui nummularii & menſarii a nobis κολλυβισταὶ a græcis dicũtur, qui idem trapeſite vocari poſſent. Nã colyuiſte trapezas habent Sed Plautus in Curgulione trapezitam & argentarium pro eodem accipit.

* Hieronymus de paulo primo heremita. Hũc locũ egyptiorũ literę ferũt furtiuę monetæ officinã fuiſſe ea tẽpeſtate q̃ Cleopẽtra iũ⁹ eſt Antonius.

*Vn⁹ idẽ q; loc⁹ nõ nunq̃ officina & taberna eſt.

Caupona. Argẽtari⁹.

Colybiſtes Trapezites.

¶Epitome capitis. ccxxvij.

AVis eſt quæcunq; pennis prædita, oua parit, præter veſpertilionẽ. Volucris omnis quæ volat vt etiam veſpæ, muſcæ, culices &c.

¶Inter auẽ & volucrem. Cap.ccxxvij.

Auis.

AVIS EST quæ oua parit, pẽniſq; eſt prædita, præter vnũ veſpertilionem, qui vtroq; caret, quatuorq; pedes habet, & feminus eſt. Volucris eſt quæcũq; volat, nec auis ſolũ, ſed illę beſtiolæ quoq; minutiores, vt apes, veſpa, culex, muſca, tabanus, locuſta, cicada, ſiquidem Quinti. Apes volucres vocat. Et Pli. non ſemel hoc ſignificat, vnde & Cupido volucer dicitur.

Volucris.

¶Epitome capitis.ccxxviij.

INdoles eſt inolita atq; ingenita generoſitas, ac virtus in quacũq; ætate, ſed in puero eſt quaſi futuræ virtutis iudiciũ, in aliis etiã præſentis.

¶Indoles quid ſit. Cap.ccxxviij.

Indoles.

INDOLES EST nõ ſolũ in pueris & adoleſcẽtibus ſignificatio futuræ virtutis vt apud Quint. In primis annis laudarẽt indoles. Cice. vt enĩ adoleſcentibus bona indole præditis ſapientes ſenes delectãtur. Et Valerius titulũ de indole fecit, nõ tantũ puerorũ, adoleſcentũq; exẽpla repetens, ſed etiã in viris, & quidẽ præſentis virtutis, vt idẽ Cicero de offi. In quibus eſt virtutis indoles cõmouetur. Idẽ pro Celio. Si quis iudices hoc robore animi, atq; hac indole virtutis, & cõtinẽtiæ fuit. Liuius de Lauinia iam matre, & poſt mortẽ Æneæ res adminiſtrante inquit. Tanta in ea virtutis indoles fuit. Lucanus, Indole ſi dignũ latia, ſi ſanguine priſco Robur ineſt animis, indole quaſi generoſitate quadam virtutis, atq; animi. Liuius ad malã quoq; partẽ, & ad muta atq; inanimata trãſfert, loquẽs de Hãnibale ſic. Cũ hac indole virtutum ac vitiorũ triẽnio ſub haſdrubale imperator meruit Et alibi. Sicut in frugibus pecudibuſq; nõ tñ ſemina ad ſeruandam indolem valent, quantum terræ proprietas, coliq; ſub quo aluntur generoſius in ſua quicquid ſede gignitur inſitũ alienæ terræ, in id qđ aliter natura vertente ſe degenerat.

¶Epitome capitis.ccxxix.

¶Concio eſt multitudo populi ad audienda quæ in rempublicam ſunt cõgregati, quæ græce eccleſia dicitur aut oratio ipſa.

Mancinel.

¶Addit Mancinellus etiam locum ſignificare, verba eius ſunt Aul. Gellius libro.xvij.ca.vij. ſcribit cõcionem tria ſignificare locum, ſuggeſtumq; vnde verba fiunt. Item cœtum populi adſiſtentis. Item orationem ipſam quæ ad populum diceretur. Hæc ille. Errant ergo qui eccleſiam pro templo ſumunt. Item qui eius ſecundam corripiunt, quum græce ita habeat, quod apud nos in e longam vertitur.

¶Concio quid ſit. Cap.ccxxix.

Concio. *Li. lib, i. vocato ad cõciliũ populo ſummiſſis faſcibus in concionẽ oſtẽdit Cice. in le. cõcio, q̃

CONCIO EST POPVLI multitudo congregata, vel ex magiſtratꝰ iuſſu, vel ex publici ſacerdotis, vł ſua interdũ authoritate, & ſpõte propria ad audiẽdum oratonem concionantem in bonum publicũ, cuius etiam oratio vocatur concio. In priore ſignificato eſt græce ſynagogia quam nos pro latina voce habemus, multiq; eccleſiam neſcio quo iure ędes ſacras appellant, quum cœtum hominum (vt dixi) ſignificet, non loca.

¶Epitome capitis.ccxxx.

LEges ſunt aut principis, aut liberi populi. Iura aut generalia ſunt. Nam & ius gentium, & ius ciuile, & ius naturale dicitur, nõ tamẽ quod omnia animalia natura docuit, nã ſoli homines iure viuunt. Qui legẽ fert, orator dicitur, qui multo præſtãtior eſt q̃ iuriſcõſultus, qui legẽ interpretatur, neq; omnia quæ vim legis habent, leges dicẽtur, vt a iuriſperitis, ſed literarum imperitis dici ſolent.

ex impitiſſimis conſtat iudicare ſolet, falle. Itaq; cõciõ aduocata hmõi orõné habuit. Cice. Dolobella Legi cõcione tuã, nihil illa ſapientius.

¶Aliud leges eſſe, aliud iura. Cap.ccxxx.

Eccleſia. Leges.

LEGES, iuraq; ſcriptum ſæpe inuenimus, ex quo datur intelligi aliud eſſe leges, aliud iura. Sunt igitur leges aut principis, aut liberi populi, quę a rege conduntur, alterius cõſenſum nõ requirũt, quæ ad populũ ferũtur, quæq; ſine eius iuſſu ferenda non ſunt, quia rogari .i. interrogari populus de his ſolet rogationes etiã dicunt. Iura aũt magis generalia ſunt, ſiquidẽ & ius gentiũ eſt, & ius ciuile. Nã ius naturæ dicere, ꝙ omnia animalia natura docuit, ridiculũ eſt. Appetitũ coeundi, atq; adeo nocendi imbecilliori animali, ſpoliandi, occidendi, quis ius eſſe dixerit? Ideoq; M. Tul. in libris offi. de iure naturali ſilentiũ egit, inter ſolos homines ius eſſe ſignificans idq; gentium eſſe, vel ciuile. In rhetoricis tamen ius naturale ſtatuit, ſed qđ in homines tantũ modo cadat, cuius ſpecies ſex eſſe voluit, religionem, pietatẽ, gratiã, vindicationem, obſeruantiam, veritatẽ. Sed hæc hactenus. Ius ciuile dicimus tam leges, q̃ plebiſcita, ſenatuſconſulta, decreta principũ, reſpõſa prudentum, qđ vltimum velut interpretatio eſt ſuperiorum, qđ qui profitentur, iuriſcõſulti nominãtur. Qui vero legẽ fert ad populum, fere orator eſt, aut præſidio oratoris indigens, vt appareat quanto præſtantior eſt orator q̃ iuriſcõſultus, quũ hic ſit quaſi illius ſcribat, at ille pręceptor, hic pedagogus, ille dux, hic ducis legatus atq; aſſecla. Quid dicam de iuriſperitis, hoc præſertim tẽpore, qui quũ maximo ab illis conſultis interuallo diſtent, ſe literatorũ arcem tenere arbitrantur, quorum quãta ſit eruditio, vel hic colligi cõiectura poteſt, ꝙ quoties Pauli, Vlpiani, aliorumq; teſtimoniũ aſſumunt, legẽ nominant, quũ lõge ſit aliud legẽ eſſe, & habere vim legis, quodq; deformatus eſt, vnã legẽ in plures leges partiunt. Verbi gratia, ad legẽ aquiliã quoties Scęuola, quoties Papinianus quis alius ve loquitur etiã ſi bina verba, & quidẽ a ſuperioribus dependentia, toties nouã legem appellant, non ab aquilo legiſlatore vnã legẽ, ſed ab infinitis interptibus legũ, infinitas leges eſſe iudicãtes, etiã titulũ de verborũ ſignificatione nõ legem, immo leges appellãt, quo quid abſurdius?

Rogatiões Iura.

Iuris naturalis ſpẽs. Ius ciuilie.

Orator. Iuriſcõſultus.

¶Epitome capitis.ccxxxi.

Aceruus.

¶Aceruus eſt rerum minutarum, vt frumẽti congeries. Strues lignorum, ſtrages cadauerum pſtratorum, ſarcina vtenſilium, vnde ſarcinulas colligere eſt migrare more militari.

¶Aceruus, ſtrues, ſtrages, ſarcina quid ſit. Cap.ccxxxi.

Plautus, in Pſeu. Quibus cũctis mõtes maximi aceruũ frumẽti ſunt domi.

ACERVVS minutarũ pprie rerũ eſt cõgeries, vt frumẽti, vt leguminis, vt ſalis. Interdũ etiã aliquãto maiorũ vt aceruus ſcutorũ, apud Verg. & fere generale ad omnia eſt. Strues autẽ pprie lignorũ

Strues.

Strages. Sarcina.

Strages vero cadauerũ interfectorũ vno in loco, ac propriemactiũ multitudo, ſiue humanorũ, ſiue mutorum. Sarcina vtenſiliũ & eorꝫ quæ ad cultũ, ad ornatum, & ad cæterũ vſum pertinẽt (vt ſic dicã) faſcis quẽ quis in itinere faciẽdo cõportare poſſit. Siquidẽ milites quũ caſtra mouere volũt, ſarcinulas colligere dicũt, & q̃ in aliã domũ immigrãt ſarcinas ſuas cõponere. Res enim noſtræ domi ciſtis capſiſq; cõpoſitas etiam ſarcinas vocamus, vt apud Quin. iacent relictę ſine herede ſarcinę.

¶Epitome capitis.ccxxxij.

MInisteriũ proprie eſt miniſtri opera, ſed pro omni opera vſurpatũ, in plurali ſignificat miniſtros, ſicut & ſeruitia ſeruos. Myſterium aũt res eſt myſtica.i. archana, perſonis diuinis dumtaxat cognita.

¶Inter miniſterium & myſterium differentia. Cap.ccxxxij.

Miniſteriũ

MINISTERIVM miniſtri ꝑprie eſt opera, ſed ꝓ omni operatione quoq; accipiũ, vt de rege latino Vergil. Meſtuſq; refugit fœda miniſteria Myſterium vero Græcũ μυστηριον arcana quædã res, & ꝑprie diuinis viris, ſacerdotibuſq; tãtũmodo cognita. Illud prius in numero plurali ſolet accipi ꝓ miniſtris ſicut ſeruitia ꝓ ſeruis. Nã ſeruitiũ, aut ſeruitus ipſa, aut ſeruitutis actio eſt, vt Dauus apđ Ter. Ego Pãphile hoc tibi ꝓ ſeruitio debeo, conari manibus & pedibus, noctesq;, & dies capitis periculũ adire dũ ꝓſim tibi. Afferamus etiã in aliis exẽpla. Salu. Interea ſeruitia repudiabat quorũ in initio ad eũ magnæ copiæ cõcurrerũt, quia opibus cõiurationis fretus ſimul alienũ ſuis rationibus exiſtimãs videri cauſam ciuiũ cũ ſeruis fugitiuis cõmunicaſſe. Qui ſæpe ꝓ miniſtris miniſteria dixit, vt ibi Nõ torſit miniſteria cæci, & officia ꝓ officialibus, & obſequia exhibẽtibus. Paulus iuriſcõſultus teſte Labeone ait. Vrbica miniſteria dicimus, quæ extra vrbem miniſtrare nobis cõſueuerunt. Vlpiañ. deniq; cõcubinam, filios naturales alũnos cõſtituit generali appellatione cõtineri, & ſi qua alia ſunt hmõi miniſteria. Liuius lib. iiij. Frumento nãq; ex Hetruria priuata Pecunia per hoſpitum, clientũq; miniſteria coempto.

Myſteriũ. Seruitia. *Miniſteria pro miniſtris. Miniſteria.

¶Epitome capitis.ccxxxiij.

SCurra riſum ab audiẽtibus etiã ſine dignitate perſonarũ captat. Paraſitus omnia ad aſſentationem ventris gratia & facit, & dicit.

¶Inter ſcurrã & paraſitũ, Cap.cxxxiij.

Scurra. Paraſitus.

SCVRRA eſt, qui riſum ab audientibus captat, non ſalua dignitate perſone. Paraſitus, qui omnia ad voluptatẽ eius loquitur, in cuius cõtubernio eſt, omnia aſſentatur omnia illius facta ſimul ac dicta laudat, nihil repugnat, nihil facere recuſat ventris gratia, in quo ſummũ bonum conſtituit, quorum magna copia in principum domibus eſt.

¶Epitome capitis.ccxxxiiij.

Bucces. Buccæ.

BVcca & buccæ in ſignificando nõ differunt, niſi vt muſa & muſæ, oratores tamẽ frequẽtiꝰ in ſingulari loquuntur, eſt autem bucca maxillarum ac oris pars quæ vento inflari ſolet. Gena membrana oculum tegens. Mala inter genã & buccam rotundum illud in formã mali. Maxilla vero interior pars oris molares cõtinens, quorũ occultiſſimus genuinus dicitur. Genuinũ aũt rodere eſt occulte per inuidiam mordere atq; detrahere.

¶Buccam & buccas ꝓ eodem accipi. Cap.ccxxxiiij.

BVCCAM & buccas pro eodem accepimus, oratores frequentius in ſingulari, vnde illud vſitatũ, dicam quicquid in buccam venerit id eſt in os, ſed non in labra, vt vulgus exiſtimat Quintiliano ꝓbante, qui ait. Ore enĩ magis q̃ labris loquendũ eſt Sed vulgus errat, atq; fallitur, quum legit buccam & duas buccas in illis accipiens vnum os, in his accipiens, duo labra. Verum ego, oſtendi, os ipſam cõcauitatem eſſe, vnde vox prodit, non oram labrorũ Etenim Iuuena. quum ait, bucca foculũ excitat, nõ de extremitate oris, ſed de interiori parte dixit, quæ inflari ſolet, ventũq; concipere, & iterum de tubicinibus loquẽs. Notęq; per oppida buccę. De illa deformi vtrinq; inflatione intellexit tubã inflantium, non de labris, quæ latent quum tuba canit. Nam & Horatius quoq; quũ inquit. Quin. Iuppiter ambas iratus buccas inflet. Nõ de labris locutus eſt, q̃ inflari non poſſunt. Qđ Plau. apertius docet in Penulo. Neſcias vtrũ maiores buccæ, an mãmæ ſient. Quid aũt buccæ ſignificent ex Plinio audiamus, ſimulq; quid malę ſint quid genę quid ciliũ. Hæc enim eodem loco trãctat is, præterq̃ ꝙ alibi dicit buccarum ſinus, & iterũ buccarũ immanitas. Ita lib. xi. ait. Sequar autem ipſius ordinem, ſeriemq; libri, quibus fragilia operimẽta, iis oculi duri, omnia talia, & piſces, & inſecta nõ habent genas, nec integũt oculos omnibus mẽbrana vitri modo trãſlucida obtẽditur pauloq; poſt. Sed quadrupedibus in ſuperiore tm̃ gena, volucribus inferiore. Ac paulopoſt. Grauiores alituũ inferiore gena cõniuent. At quadrupedes q̃ oua pariũt, vt teſtudines, crocodili, inferiore tm̃ ſine vlla nictatione ꝑpter præduros oculos. Extremę ambitũ, genæ ſuperioris antiqui ciliũ vocauerũt, vnde & ſupercilia, hoc vulnere aliquo diductũ nõ coaleſcit in paucis humani corporis mẽbris, infra oculos malæ homini tm̃, quas priſci genas vocabãt, xij. tabularũ interdicto radi a fœminis eas vetãte, pudoris hæc ſedes, ibi, maxime oſtendit pudor, infra eas hilaritatẽ riſumq; indicãtes buccæ, & altior homini tm̃ (quem noui mores ſubdole irriſioni dicauere) naſus, nõ alii animaliũ nares eminẽt, auibus, ſerpẽtibꝰ, piſcibus, foramina tãtum ad olfactus ſine naribus: & hinc nomina ſimonũ, ſilonũ, ſeptimo menſe genitis ſæpe numero foramina auriũ, & narium defuerunt, labra a quibus bronchi labeones dicti. Ex his Plinii verbis apparet etiã eã in vultu partem vocari buccas, q̃ vẽto inflari ſolet, genã membranã illam quaſi veſtẽ qua oculus tegitur, quũ cõniuet. i. aperit, & clauditur, hoc eſt enim cõniuere. Malã vero illud inter genam & buccam (quaſi rotundum in ſpeciẽ mali) nam vtrunq; horum vocabulorum primã lõgam habet. Malus vero mala malum, primã breuem cuius interior pars, quæ oris hiatum efficit, vbi molares affixi ſunt Maxilla dicitur, nomen diminutiuum nõ re, ſed voce. Malam quoq; genam dici Plinius idẽ fatetur. Ideoq; dens ille intimus & ipſi ge-

Os interiorem partẽ ſignificat. Os. Buccæ. Gena. Mala. Maxilla. Genuinus.

næ affixus, genuinus dicitur, qui quia maxime latet ea re factum eſt iam tritum vetuſtate prouerbium. Genuino rodere dente id eſt latenter per inuidiã carpere famam alterius (vt ille teſtatur). Nam veteres tantum membranam illam oculi genam appellabant, quam a poſterioribus vetuſtatem quibuſdam ſeruata reperimus, nec poetis modo, vt draconis genæ pro oculis cõtinens pro contento. & Sene. in tragœdia de edipo loquens, inquit. Et per irati ſibi genas parentis, etiam continens pro contẽto. Verum. oratoribus quoq;, vt Quintilianus de cæco loquens. Illa perpetua nocte clauſæ genæ non cuſtodierunt.

¶Epitome capitis. ccxxxv.

¶Paſtio licet proprie ſignificet actum paſcendi, tamen frequentius accipitur pro alimento pecudum paſtus pro alimento hominum. Pabulum pro alimento pecudum & etiam brutorum potiſſimum herbaceo, & qui paſcendo abſumitur. Eſca omniũ edentium, vnde ineſcare per eſcam capere more aucupum. Paſci proprie beſtiarum eſt, veſci hominũ, ſed veſci ablatiuum regit, nec idem proprie ſunt paſcor & paſco. ¶Paſcor tamen dupliciter accipitur, ſcilicet paſſiue, & ſic eſt longe aliud, vt leo paſcitur a domitore carnibus ouinis. & deponentaliter, & ſic fere pro eodem accipitur, vt ouis paſcit & depaſcitur herbam. De his tamen vltimis dictis eſt lima Mancinelli talis. Paſco neutrum, & paſcor deponens, idem ſignificare ipſe oſtendam & vtrũq; regere accuſatiuum. Ouid. i. lib. faſto. F tuit ouis pratum id eſt comedit. Vergi. libro iiĳ. Æneid. Et miſeros morſu depaſcitur artus id eſt comeſt vorat. Legimus item paſcor & paſco ſine accuſatiuo in eadẽ ſignificatione. Teſtis Maro lib. iiĳ. Geor. Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca. Cætera paſcũtur virides armẽta per herbas Saltibus in vacuis paſcant & plena ſcdm flumina. Patet igitur idem eſſe paſco & paſcor, & vtrũq; regere accuſatiuum. Vtrũq; etiã ſine accuſatiuo legi. Quandoq; tamẽ idem diuerſa. Nam vt dicimus herba paſcit illũ. Cadauer paſcit aues. Tuo corpore paſcis volucres &c. Ego paſco vitulos &c. ita nõ dicimus herba paſcitur illum. Cadauer paſcitur aues, tuo corpore paſceris volucres &c. Luca. li. iiĳ. Et nobile corpus Paſcit oues. Ver. lib. iiĳ. Æneid. Et vulſis paſcũt radicibus herbæ. Naſo in Ibi. Æreas volucres corpore paſce tuo. Verg. in Buc. Pierides vitulam lectori paſcite veſtro. Præterea paſcor nõ ſolũ regit accuſatiuũ, ſed ablatiuũ quoq;. Vergi lib. iiĳ. Geor. Paſcuntur vero ſyluas. Et in Buc. Frõdibus hirſutis & carice paſtus acuta. Itẽ. Dũq; thymo paſcentur apes dũ rore cicadæ. Et in illo. iiĳ. Georgi. Frondibus & victu paſcuntur ſimplicis herbæ.

¶Veſcor tum ablatiuo, tũ accuſatiuo iunctum legimus. Tibul. lib. ĳ. Vera cano, ſic vſq; ſacras innoxia laurus Veſcar, & æternum ſit mihi virginitas. Manilius lib. v. Tectiq; auro iam veſcimur aurũ. Ver. Viſceribus miſerorũ & ſanguine veſcitur atro. Veſcor præterea nõ ſolũ ad cibos refert̃, ſed ad alia quoq;, ſicut vtor. Hinc Tibullus ait Laurus veſcar. Et poeta ſi veſcitur aura. Hor. itẽ lib. ĳ. carminũ. Quicunq; terræ munere veſcimur. Addamus vlterius veſci brutorum etiã nõ ſolũ hominũ eſſe. Pli. enĩ lib. ix. ca. v. ſic ait. Nũc principatus Scaro dat̃, qui ſolus piſciũ dicit̃ ruminare, herbiſq; veſci nõ aliĳs piſcibus.

In eſce.

Mancinel

Maro.

Paſtio.

¶Paſtio, paſtus, pabulũ, eſca, paſco, paſcor, & veſcor. Cap. ccxxxv.

PASTIO videtur ſignificare cibũ, ſed tamẽ potius ad alimẽta, pecudum pertinet: quæ paſci dicimus, q̃q̃ ſuapte natura ſignificabat ipſam actionẽ paſcendi, nũc frequẽtius cibum. Paſtus homini competit. Varronis liber de re ruſtica indicẽ habet, de villaticis paſtionibus, videlicet quæ ad bruta pertinent. Cice. Tuſcu. lib. v. Cum oblectatione ſolertię, qui eſt vnus ſuauiſſimus paſtus animorũ. Pabulum eſt pecudum quidẽ, & tamen aliorum quoq; brutorum, q̃tũq; ego ſentio, magis cibus herbaceus, fœniceuſq;, ac paleaceus, vel ſtramenticius ſimiliũq;, q̃ ex ſeminibus. A paſco enim & hoc deſcẽdit ſicut paſtio. Eſcam antiqui accipiebant etiam qđ dabatur auibus piſcibuſve ad decipiendum, nõ ſolum pro cibariĳs humanis aliorum q; animaliũ. Quomodo autẽ paſco neutrum. & paſcor, deponẽs idem ſignificẽt. Priſcianus viderit, qui hoc ſibi perſuaſit. Eſt enim paſcor comedo & voro, ſemperq; regit accuſatiuum, illud vero ſine accuſatiuo, vt paſcentes ſeruabit Tityrus hædos. Proprie paſcere beſtiarũ eſt, ſicut veſci hominum, niſi q hoc regit ablatiuũ, & aliquando potũ quoq; cõplectitur, vt Anacharſis apud Ciceronem. Carne, caſeo, lacte, veſcor, pro quo ſignificato non recte dicam carnem, caſeum, lac paſcor. Aliud eſt ergo paſcor, & aliud veſcor.

Paſtus.

Pabulum. Eſca.

Paſco. Veſcor.

* Sipõtino valla refragat̃ qui ita dicit Paſci proprie beſtiarũ eſt Veſci hominum & in vtroq; pot⁹ cõphẽdit, qđ Valla negauit Martial. Vẽit & epoto ſarmata paſtus equi.

¶Epitome capitis. ccxxxvi.

INcola in alieno habitat loco publico, inquillinus ĩ alieno priuato conductitio videlicet, vñ q in patria ſua conducit, inquillinus eſt, qui alibi incola, ſi in loco, nã ſi ad locũ accola diceretur etiã ſi proprius ſit.

¶Inter incolã & inquilinũ, itẽ inter incolã & accolam. Cap. ccxxxvi.

INCOLA qui in alteri⁹ regione habitat, & in aliena ciuitate, atq; rep. Inquilinus qui in alieno priuato, ꝓprie tñ in cõducto, ſiue in vrbe, ſiue ruri. Cice. de offi. Peregrini & incole officiũ eſt, nihil præter ſuũ negotiũ agere, nec eſſe ĩ aliena rep. curioſum idẽ in Philippi. Quæ in villa iſta ante dicebãtur, quæ literis mãdabant̃, iura populi Romani monumẽta maiorꝝ omnis ſapiẽtiæ ratio omniſq; doctrina. At vero te inquilino, nõ domino perſonabũt oĩa vocibus ebriorũ, hoc eſt in quo incola differt ab inquilino. Rurſus incola ita differt ab accola quia incola q in loco, accola qui ad locũ habitat, ideoq; quicunq; iuxta aquas ſunt, accole dicunt̃, nec refert in ſuo, an ĩ alieno, vt accola Vulturni, accola padi, accola rhodani. At qui in mõtibus domos vrbeſq; poſitas habent incolæ dicunt̃, qui iuxta mõtis accolæ, nec immerito legẽdũ illud in Pſal. ciiĳ. Et iacob incola fuit in terra Chan, non aũt accola, cũ quos vox etiã grę ca conſentit παρωικησεν licet multis aliĳs in locis apud Hier. quoq; hoc vocabulũ reperitur ſic poſitũ.

Incola. Inquilinus

Accola.

* Liu. li. i. Paſtor accola ei⁹ loci noĩe cac⁹ ferox virib⁹. Verg. Amniſq; vadoſi. Accora vulturni.

¶Epitome capitis. ccxxxvĳ.

CAmpus eſt locus planus capiẽs ampliter, vt in vrbe plateæ, & areæ grandes, nã anguſtiores dicunt̃ areæ. Ager eſt in circuitu vrbis territoriũ, & id dũtaxat ĩ ſingulari. In vtroq; aũt nũero

dicitur qui a nobis in rure colitur. Aruũ aũt dicitur quod frumento ſeritur:loquendo vero ſingulariter oĩa cõplector q̃ in territorio ſunt.

Campus ¶Cãpus, area & ager. Cap̃.ccxxxvij.

Campus eſt planicies terræ ãpla & grãdis, ideoq; ſpatioſæ plateæ areæve, capi nomẽ acceperunt. Vnde Romæ cãpus Martius nã locus huiuſmodi anguſtior vocatur area, Ager vero tũ circuniectũ ipſi vrbi territoriũ, vt ager cãpanus, ager Leontinus, ager faliſc⁹, tũ locus in rure quẽ colimus, ſiue arando ſiue conſerendo. Nã qui inſeritur frumẽtis, aruũ nomĩatur. Verum in hoc ſecũdo ſignificato habet pluralẽ numerũ, vt omnes agros ciuiũ depopulatus eſt, in priore nõ habet, duntaxat, dũ loquimur de ſingulariũ vrbium territorijs, non eñ dicas recte ſic, Antonius dedit militibus ſuis agros cãpanos & Leontinos, nã hoc peracto non cõplector nemora, ſaltus, paſcua, deſertos mõtes. Sed ſic potius. dedit militibus ſuis agros Cãpanum & Leontinũ .i. agrum Cãpanũ & Leontinũ, quo quidẽ modo oĩa complector q̃ in territorio illo ſunt. Ager etiã ... mina, lac⁹ cæteraq; omnia includit

Area, Ager. Aruum.

¶Epitome capitis.ccxxxviij.

Sylua eſt generale nomen, luc⁹ ſpeciale. eſt eñ ſylua in cedua, manu conſita religionis gratia, & numini dicata. Saltus eſt ſylua inuia pecudibus & feris ad æſtiuationem ac hyemationẽ apta. Nemus voluptatis cauſa cõparatum amœnitatis plenum eſt.

¶Sylua & lucus ſaltuſq; vt differant Cap̃.ccxxxviij.

Sylua & lucus, ſaltuſq; ſic differunt, q; ſylua generalius nomen eſt, præterea ſolet eſſe cedua. Lucus nequaquã ceduus eſt, quin potius manu conſitus religioſuſq; atq; vel alicui deo, vel alicuius hominis cinerib⁹ cõſecratus. Ideoq; aut circa delubra numinum, aut circa ſepulchra virorũ poſitus eſt. Saltus vero ſylua inuia, nec tranſeuntibus peruia, in quo paſci atq; æſtiuare pecudes ſolent, aut ſi locus aerq; patiatur hyemare. Nemora aũt voluptatis cauſa cõparata ſunt & plena amœnitatis.

Sylua Lucus Saltus Nemus

¶Epitome cap̃.ccxxxix. patet.

¶Inter fęmur, & fęmen, ac coxam. Caput.ccxxxix.

Fœmora partẽ illã exteriorẽ ſignificat, Fęmina partem interiorẽ molliorẽq; quæ ſe contingunt, vel fęmora partem anteriorẽ, fęmina poſteriorem. Liuius libro.xxij. Quoſdã & iacentes viuos ſuc ciſis fęminibus, poplitibuſq; inuenerunt a quo cõficitur nomẽ fęmoralia ſiue fęminalia. (Vtroq; eñ modo ſcriptum reperio) pro braccis, dicitur tamẽ nominatiu⁹ fęmen non reperiri. Coxa pars ſupra fœmora vertebrumq; ipſum, quoties vitiatum eſt aũt os illud quod in vertebro voluitur fractum, coxa vitiata, fractave dicitur.

Fœmora Fœmina. fęmoralia Fœmialia. coxa Fęmen noſatiuus raro repit

¶Epitome cap̃.ccxl.

¶Crimen eſt delictum, aut ipſa criminatio, flagitiũ proprie crimen in libidine flagris dignum, ſed p alijs etiam leuioribus accipitur.

¶Crimen et flagitium Cap̃.ccxl.

Crimen non modo pro delicto, ſed pro ipſa etiam criminatione. Cicero in Philippicis. Hæreditatẽ mihi negaſti obueniſſe, vtinam hoc tuũ verũ crimen eſſet. Flagitiũ proprie in libidie quaſi flagris dignum crimen, ſed pro cæteris quoq; peccatis accipitur, nec tantũ turpibus, verũ his etiã quæ per negligentiam, imprudentiã, obliuionemq; cõmittuntur, vt idẽ in Bruto. Tantã ne fuiſſe obliuionẽ inqt, in ſcripto præſertim, vt ne legens quidẽ ſenſerit quãtum flagitij admiſiſſet, id eſt erroris.

crimẽ. Flagitium

¶Epitome cap̃.ccxli.

Vectigal eſt ꝓuentus tã ex priuato, q̃ ex publico, idq; ex omni pᷣdio, fœn⁹ aũt ex ſolo ipſo, nã naturalis fructus terræ proprie fœnũ eſt, ſed ad vſurã & ſine labore acq̃ſitũ trãſfertu ¶Vnde fœnũ, quaſi fœnus terrę naſcitur ſpõte.

¶Vectigal & fœnus. Cap̃.ccxli.

Vectigal non ſolum ex publico, verũetiã ex priuato capitur, vt in Paradoxis Cic. Ex meo tenui vectigali capio ego ducẽta, Et iterũ. Non intelligunt hoĩes quantum vectigal parſimonia eſt. Paulus. Caſæ arundinis, vel pali cõpendium ſi in eodẽ fundo vectigal eſſe conſueuit ad fructuariũ pertinet. Ex oĩni tñ pᷣdio vectigal eſt. Fœnus vero ex ſolo ipſo, nã dicitur naturalis fructus terræ fœnũ. Poſtea autẽ ad vſurã tranſlatum, quaſi pecunia per ſe fructũ producat ſicut terra.

Vectigal * Cic.lib. ij.offi. vtbona valetudo voluptatiaq̃po naturvires celeritati. externorũ aũt vt gl̃a diuitijs vt vectigalia vrbana ruſticis ędib⁹ &c. Fœnus

¶Epitome cap̃.ccxlij.

¶Luctus eſt dolor, qui extrinſecus proditur, aut habitus lugubris.

¶Luctus. Cap̃.ccxlij.

Luctus eſt dolor, qui exterius proditur vultu ipſo, atq; aſpectu, ſæpe ille ipſe habitus vultus atq; veſtis luctus eſt. Vnde ſecundo bello punico poſt cladem illam Cannenſem cenſuerũt patres cõſcripti, ne fœminæ vltra trigita dies in luctu eſſent, nõ videlicet ne eſſet in dolore (nõ eñ impare dolori poſſumus) ſed in illo lugubri habitu. Et matronæ Iunium Brutum anno luxere, tantoq; tẽpore item P. Valerium.

Luctus.

¶Epitome capitis.ccxliij.

¶Otium vacatio ẽ a labore præſertim publico, aut ſtadiũ literarũ, quod vacationẽ deſyderat.

¶Otium. Cap̃.ccxliij.

Otium vacatio a labore, quod notum eſt, cuius contrarium eſt negotiũ, ſed quia ijs qui ſtudijs operã dãt, neceſſe ẽ vt non negotioſi ſint, factũ eſt, vt otiũ ꝓ literario ſtudio accipiat. Quint. Inquirendo ſcribendoq; talia ſolemur otium noſtrũ. Nõ deſyderat otium ſolatiũ, ſed labor. Ergo ꝓ labore ſtudij otium accepit. Cicero. Quid dulcius otio literato, id eſt, ſtudio, & (vt ita loquar) negotioſo otio? Tale quid habet apud Græcos σχολή.

Otiũ Otium p ſtudio .i.e tario

¶Epitome cap̃.ccxliiij.

¶Amor eſt dilectio vehemens in quocũq;. Charitas tantũ in hoĩe. eſt etiã caritas annone præſertim penuria, quã inepti cariſtiã vocant. Penuria tñ oĩm rerum carentia & difficultas acquirendi eſt. Caritas autẽ rerum quæ care, id eſt, non vili emuntur.

¶Sunt qui priore ſignificato per ch,ſcribant a charitatibus.i.gratiis.ſed charitates primã corripit,charitas aũt ſeu caritas eandẽ producit,vnde plus vſus q̃ rationis eſt per ch ſcribere.

¶Inter amorẽ,charitatẽ,penuriamq́ꝫ. Cap̃.ccxliiij.

Amor
Charitas

AMor genus eſt,charitas ſpecies.Illud ad omnia pertinens,hoc aũt ad hoĩes. Demũ & quidẽ pro dignitate,ac qualitate perſonarꝫ,maxima quidẽ charitas debetur parentibꝰ,proxima filijs,& deinceps reliquis.Caritatẽ etiã ꝑ penuria accipimꝰ,ſed frumenti quidẽ & annone caritatẽ dicimꝰ. Penuriã vero vini,aquæ,pabuli,pecuniæ,virorũ,cæterarũq́ꝫ huiuſmõi rerũ vel penuria eſt (vt ſic dicã) carentia omniũ rerꝫ.Caritas vero quæ contraria eſt vilitati ideoq́ꝫ Plinius iunior ait,acceſſiſſe agris ſuburbãis caritatẽ,& Quintilianꝰ quũ ait,itaq́ꝫ caritas annone rerũ frumenti,cædes ac direptio pecorũ,idẽ eſt ac ſi dixiſſet caritas annone penuria frumenti.

Penuria
Caritas.

Epitome capitis.ccxlv.patet.

¶Bellũ,præliũ,pugna,certamen. Cap̃.ccxlv.

Bellũ
Præliũ
Pugna
Certamen

BEllũ eſt tũ ipſa pugna,tũ totũ tẽpus q̃ in militia ſumus,quã illiterati guerrã vocant.Prçliũ ipm tm̃modo armorũ certamen. Nã & pugna certamenq́ꝫ etiã citra arma fit:interdũ ſit etiã nudis verbis.

Verg. exẽplũ de bello & ꝑlio ponit.
Infantem fugiẽs media inter ꝑlia belli.

¶Epitome cap̃.ccxlvi.

SEditio a ſeorſũ ſedendo aut eundo dicta eſt.quũ populo ſecũ diſcordante,res ad manũ vocatur.Factio eſt diuiſio ciuiũ in diuerſa ſtudia vt textꝰ latius declarat.Dũ ſcilicet ꝑ ſe q̃ſq́ꝫ facit

¶Seditio & factio. Cap̃.ccxlvi.

Seditio.
Factio

SEditio vel a ſeorſũ ſedendo vel (vt Ciceroni placet)a ſeorſum eundo dicta tunc eſt,quũ populo ſecũ diſcordante res ad manum vocatur,qualẽ ciuitatis ſtatum. Verg,deſcribit dicens.Ac veluti magno in populo quũ ſæpe coorta eſt Seditio,ſæuitq́ꝫ animis ignobile vulgus,Iãq́ꝫ faces & ſaxa volant,furor arma miniſtrat.Siĺr dicĩ ſeditio in exercitu,in claſſe,in ſchola,& ſi quid eſt tale.Factio eſt diuiſio ciuiũ in diuerſa ſtudia,quũ aliq ſe principes ac primanos in ciuicate efficere conantur,inter quos emulatio eſt q &factioſi dicuntur,ꝑ ſe quiſq́ꝫ q̃ maximã poteſt ciuiũ multitudinẽ(qui clientes vocantur)ad ſe trahens,ſibiq́ꝫ quouis pacto ꝑ fas nefaſq́ꝫ concilians,quæ peſtis inteſtina cunctas ciuitates duntaxat Italiæ infecit.

Sallu.
Inter bonos amicitia iter malos factio.

¶Epitome capitis.ccxlvij.

¶Copia eſt facultas atq́ꝫ poteſtas,petitq́ꝫ v̾bũ facio apud oratores,apud poetas etiã do,ſine quo fere abundantiã ſignificat.etiã in plurali,in quo tñ peculiariter ꝑ militũ multitudine accipitur,ꝑ qua licet rarius etiã in ſingulari repitur. Nunq̃ aũt ꝑ exemplo,ſeu exẽplari apud doctos legitur.

¶Copia. Cap̃.ccxlvij.

Copia

COPIA facultas,poteſtaſq́ꝫ eſt vt faciam tibi copiam inſpiciendi libros meos,ideſt,dabo tibi facultatem,vel faciam tibi poteſtatem.Vt enim alio loco dixi,ſemꝑ iunctũ eſt cũ hoc verbo facio dũtaxat apud oratores. Nã poetæ cũ alijs v̾bis,& ꝑcipue cum do,vt Verg.Affari extremum miſeræ data copia matri.Et iterꝫ. Poſtq̃ introgreſſi & corã data copia fandi.Sine his autẽ duobus verbis copia plerũq́ꝫ ꝑ abũdãtia accipiẽ,vñ dicta ẽ copia orationis & copia pecuniarꝫ & copia frumenti.In plurali quoq́ꝫ ꝑ eodẽ ſignificato,vt noui copias tuas,omiũ rerꝫ copias habeo.Peculiariter tñ appellamꝰ militũ multitudinẽ,vt copiæ Põpeij,copię cęſaris copię aduerſariorꝫ,ꝑ q̃ imꝑiti dicũt gẽtes aduerſariorꝫ,gẽtes noſtræ,& in hoc etiã ſignificato nõ nunquã in ſingulari,vt Põpe.ad Domitiũ,Neq́ꝫ ſolus cũ iſta copia tantã multitudinẽ ſubſtinere poteris.Idẽ ad eundẽ,Etiã atq́ꝫ etiã hortor,vt cũ omi copia q̃primũ ad me venias. Salluſt. Poſtremo ex oĩ copia Catilinę,neq́ꝫ in ꝑlio,neq́ꝫ in fuga quiſq̃ ciuis ingenuus captus eſt.Ver.in.ij.æñ.Et quæ ſit me circũ copia luſtro

Copias in plurali multitudinẽ dicimꝰ,ꝑ quo latinæ linguæ parꝫ piti gẽtes v ur pant.

¶Epitome cap̃.ccxlviij.

ELogiũ eſt teſtificatio de aliquo,ſiue honoris ſiue vitupationis gr̃a. Interdũ etiã teſtificatio ſimplicis ſententiæ.

¶Elogium. Cap̃.ccxlviij

Elogium

ELogium eſt teſtificatio de aliquo,ſiue vitupationis,ſiue honoris cauſa. Vitupationis,vt Quinti.Non eſt iudices,ꝙ putetis iõ nullũ adiectũ ad exhæredationẽ iuuenis elogiũ,quia de ſcelere conſtaret.Et alibi.Si exhæredatũ a ſe filiũ pater teſtatꝰ fuerit elogio,ꝑpterea ꝙ is meretricẽ amaret.Multi ſunt huiuſmodi exẽpla apud iuriſcõſultos,ſed vnũ ſuffecerit Modeſtini,vbi huiꝰ noĩs(niſi ab altero adiecta ſit)interꝑtatio repitur,euiꝰ hæc verba ſunt. Deſertorem auditũ ad ſuũ ducẽ cũ elogio.i.cũ vituperatione mittat.Honoris cauſa,vt M.Tul.In quod elogium plurimæ conſentiunt gentes,virꝫ eſſe ciuitatis primariũ &c.& iterũ.Quid elogia ſepulchrorũ? Quæ qualia ſint Suetonius in Claudij vita oſtendit dicens.Nec contentus elogio tumulo eius verſibꝰ a ſe cõpoſitis inſculpſiſſe,vitæ etiã memoriã ꝑſa oratione cõpoſuit.Sene.in declamationibꝰ. Deceſſit negociator teſtamento omniũ bonorũ reliquit formoſam vxorẽ hæredẽ,& adiecit elogiũ,quia pudicã comperi.Pro ſimplici autẽ ſentẽtiæ ſuæ teſtificatione.Cic.Solonis quidẽ ſapientis elogiũ eſt,quo ſe negat velle ſuam mortẽ dolore amicorũ & lachrymis vacare.

Elogium interdũ ponitur ꝑ ſimplici ſententiæ teſtificatione

¶Epitome cap̃.ccxlix.

¶Condictio eſt denunciatio.vel actio in ꝑſonã quã actor intendit.ſibi oportere.Conditio vero,fortunæ qualitas eſt ac ſors. Itẽ optio atq́ꝫ electio,quõ cum v̾bo offero,aut fero,vel pono ferme ponitur,& ab eo cui placet conditio,fere reſpondetur,accipio cõditionẽ,Item,offero electionẽ,& do optionẽ pluriũ rerũ dicimꝰ.Offerimꝰ aũt conditionẽ vnius rei.

¶Condictio & conditio. Cap̃.ccxlix.

Cõdictio

COndictio a cõdico naſcitur,cõditio a cõdo,Illđ rariꝰ eſt qđ ita Iuſtin.(ſi credimꝰ hoĩem Græcũ Ro.iura potuiſſe ꝑſcribere)diffinit,Cõdicere ẽ denũciare priſca li

gua, nunc vero abuſiue dicimus cõdictionẽ actionẽ in perſonã, quã actor intẽdit ſibi dari oportere. Nulla enim hoc tẽpore eo nomine denũciatio fit, ergo cõdictio erit vel hæc actio, vel illa denũciatio. Conditio vero multi his tẽporibus male (vt pleraqꝫ) vſurpant, accipiẽtes pro mẽtis qualitate. Veluti illud, hic eſt homo manſuetę, & bonę cõditionis, qđ antiqui dicebant manſueti & boni ingenĳ. Nos quoqꝫ dicimus manſueti animi, mãſuetęqꝫ mẽtis. Nos quũ dico, de illis dico qui latine loquunt̃. Nã homo bonę cõditionis latine dicit̃, ſi ad fortunas referatur, non ſi ad mores, vt ille eſt vir magne, parue, mediocris cõditionis .i. diues, pauperve, aut inter hos medius. Ego ſum poſitus in hac cõditione .i. fortuna, ac forte. Cic. O miſerã conditionẽ adminiſtrandi conſulatus. Huic ſignificato illud pœne par eſt, quum inter plura eligenda ſortis eſt oblata electio, vt apud. M. Fabiũ. Oblata eſt a iuuenibus tyráno cõditio, vt dimitteret alterũ ad viſendã matrẽ, ad diẽ præſtitutã reuerſurũ, ita vt niſi occurriſſet ad diẽ, de eo qui reſtiterat, pęna ſumeret̃. Dicimus igit̃ offero cõditionẽ, vel fero, vt pono cõditionẽ, nunꝗ fere per aliud verbum, quæ conditio dũ placuit, etiã fere ſemper dicimus accipio conditionẽ, vt apud Teren. Amatores Chryſidis tulerũt mulieri, cõditionẽ, ĩi velles eis morem gerere, ſe daturos illi prætiũ, liberalẽqꝫ mercecedem. Ipſa vero accepit cõditionẽ, hoc eſt pactioni promiſſioniqꝫ aſſenſit. Ab illo ſignificato nõ lõge abſunt offero electionẽ, do opinioẽ. Hæc tamẽ ſolẽt eſſe inter plura. illud vero in vno frequẽtius, vt offero electionẽ vtrũ velis eligẽdi, & do optionẽ qđ velis potiſſimũ optãdi, deinde tu aut eligere te dicis, aut optare. Offero cõditionẽ Chryſidi, vnã ſcilicet.

Conditio

* Hõ bonę cõditionis barbare dicit̃ ſi ad mores referat̃, latine ſi ad fortunas.

Offero vel fero vel pono cõditionem & accipio.

Mãcinell⁹

¶Epitome capitis .ccl. patet.

MAncinellus aũt dicit ſic. Frõdes nõ arborꝫ tantũ eſſe legimus. Plinius enim li. xix. de Gentiũ Aſcalonitarum genere ſic ait. Gentiũ pœne ſine capite eſt, ceruicis tantũ lõge, & ideo totũ in fronde. Itẽ cap. .ĳ. eiuſdẽ lib. xix. vbi de Raphani generibus tractat ita ſcribit. Etiam nõ vnum ſylueſtrẽ Græci cheriã vocãt. Põtici Armon. Alĳ leucem. Noſtri armoratiã, frõde copioſius ꝗ corpore.

¶Inter frondes & folia. Caput .ccl.

FRONDES arborum ſunt tantum. Folia autem & arborum: & herbarum, florũqꝫ.

Frondes.
Folia.

¶Epitome capitis .ccli. patet.

¶Inter excubias & vigilias. Cap. .ccli.

EXcubię diurnę & nocturnę. Vigilię tãtũmodo nocturnę ſunt.

Excubię.
Vigilię.

¶Epitome capitis .cclĳ.

¶Suffragia ſunt voces quæ dicebantur ad comitia, vel ſcribebãtur in tabella, quibus ſuã quiſqꝫ declararet voluntatẽ de aliquo eligendo in magiſtratũ, tranſſumũtur autem pro auxilĳs & fauore, ſicut ſuffragor pro auxilium fero, & contra refragor ꝓ repugno potiſſimum dictis, ſed & factis.

¶Suffragia. Cap. .cclĳ.

SVFFRAGIA ſunt (vt ſic dicam) voces, quæ dicebãtur ad comitia in tabella ve ſcribebãtur, quibus ſuam quiſqꝫ declararet voluntatẽ de aliquo eligẽdo in magiſtratum, qualis eſt hoc tempore electio ſummi põtificis & eius quẽ Cæſarẽ Auguſtũ chriſtiani nõ erubeſcunt appellare a dãnatis nominibus tyrannorum qui non modo oppreſſerunt rẽpu. vt nemo iã poſſit vocari rex Romanorũ, ſed ſub eorꝫ gladio rex verus cœli & terrę occiſus eſt. & poſtea iſti inſani, & noſtræ religionis immemores, vocant diuũ Auguſtũ, diuũ Claudiũ, diuũ Traianum, quaſi vulgus atqꝫ homines poſſint principes referre in deos. Sed hoc omittamus, hoc tm̃ dicentes, Romanos nõ agnoſcere regẽ aliquẽ, & quũ cætere gẽtes ſe in libertatem aſſeruerint, hoc multo magis nobis licere. Suffragia igit̃ (vt dicebã) ſunt voces in electionibus, qđ ſuffragiũ quia præſtamus, nimirum eidẽ gratũ facimus, cui hinc factũ eſt, vt ſuffragiũ pro auxilio ſæpe ponamus, & ſuffragor pro auxiliũ fero, refragor repugno, propriæ quidem dictis, ſed nõnunꝗ & in factis,

Suffragia Imperatores nõ eſſe diuos appellãdos.

Suffragor
Refragor

¶Epitome capitis .cclĳ.

CAtuli ſunt ferarũ tã mitiũ, ꝗ immitiũ, pulli pecudũ, fętus auiũ & piſciũ, ſed generaliter dicitur fętus omniũ parientiũqꝫ, fetura, hinnulus autem ceruorũ eſt & capreolorũ caprarum, dãmarum, ac leporum. Catuli etiã ſerpentum ſunt, ſed proprie canũ, per diminutionẽ autẽ catelli dicũtur.

¶Catuli, pulli, fœtus, fętura. Cap. .cclĳ.

CATVLI SVNT ferarũ, ſiue immitium, ſiue mitiũ. Nã & catulos muriũ legimus. Pulli vero pecudũ, fetus auiũ, & piſciũ, ꝗꝗ & hoc generalius nomẽ eſt, vnde fetificare pro parere, & fetura pro partu ad oĩa animalia muta pertinet. Ceruorũ hinnulos dicim⁹, capreolorum quoqꝫ caprearũ, dãmarũ, leporũ, ſimiliũqꝫ, catulos quoqꝫ ſerpẽtum, vt Vergili. de colubro. Catulos tectis atqꝫ oua relinquẽs, immaniũqꝫ piſciũ qui nõ edunt oua. Proprie tamẽ catuli ſunt filioli canũ. Vergi. Sic canib⁹ catulos ſimiles. Cice. de diui. Erat autẽ mortuus catellus eo nomine.

Catuli.
Pulli.
Fœtus.
Fœtifico.
Fœtura.
Hinnuli.

Catuli.
Catelli.

¶Epitome capitis .ccliĳ.

LVes eſt genus peſtis. Nã lues dicit̃ quãdocũqꝫ febris aliqua, aut morbus alius pecudes, aut homines corripit. Peſtis & peſtilẽtia cito occidit, aut cito abit, ſed interdũ pro lue accipitur, tranſferturqꝫ ad animi vitium.

¶Inter luem & peſtẽ. Cap. .ccliĳ.

LVES ET peſtis hoc differunt qđ genus & ſpecies. Nam quum in vrbe, aut in agro febris, aliud ve genus morbi ſæuit ſiue ſolos homines, ſiue ſola pecora, ſiue vtroſqꝫ corripiens lues dicitur. Interdum etiam ſi arbores, ac ſata. Peſtis vero aut cito occidit, aut cito abit ab eo quem inuaſit, quæ eadem dicitur peſtilentia nõnunꝗ tamen pro lue ponitur, atqꝫ ad animi vitium ſæpe tranſſertur.

Lues.

Peſtis.

¶Epitome capitis .cclv.

¶Corpus magis viuẽtium dicitur ꝗ caro, & viuens magis corpulentus ꝗ carnoſus.

¶Quinetiam alĳ carnem a cadendo, alĳ ꝙ vita careat dictam volunt, nec accipitur differentia vulgaris inter carnem & carnes.

¶ꝙ corpus potius ꝗ carnem noſtrum viuentium dicamus. Cap. .cclv.

Corpus. Caro. Corpulēt⁹. Carnoſus. ✱Corp⁹(ī qt Hier.)q̄ q̄ caro dicatur inter dū tñ ęthereū vel aeriū nolat, qđ tactui viſuiq; nō ſubiacet & plerūq; viſibile ē atq; tāgibile vñ Apłus corpa cœleſtis appellat & corpora terreſtria.

CORPVS poti⁹ q̄ carnē noſtrū viuentiū dicimus, & hominem corpulentū potius q̄(vt aliqui loquuntur)carnoſum. Quin.in.vi. Corpulēto litigatori cuius aduerſariusitē puer circa iudices erat ab aduocato latus, quid faciā? ego te baiulare nō poſſum.Idem in.i.Oſſa detegūt, quæ vt eſſe & aſtringi neruis ſuis debēt, ſic corpore operienda ſunt,idē in.v.Neruiſq; illis quibus cauſa continet.adijciunt inducte ſuper corporis ſpeciem. Et alibi.Hęret aſtricta nudatis oſſibus cutis,& in fame ſua homine cōſumpto iam mēbra ſine corpore Cice.ad Gallū.Ego hic cogito cōmorari,quo ad me reficiā,nā & vires & corpus amiſi,ſed ſi morbū depulero,facile(vt ſpero)illa reuocabo.Qđ etiā ſignificauit Mar.quū ait.Viuebāt laceri mēbris ſtillātibus artus.Inq; omni nuſq̄ corpore corpus erat,videlicet q̄ in corpore illius non erat caro.

¶Epitome capitis.cclvi.

LAmina dēſior eſt maſſa,vt ex ferro,ex plūbo ſtāno,aut ſimili, bractea tenuis, & plicabilis, vt aurea,aut argētea,crepitans præ tenuitate, nam craſſior etiam auro lamina dicetur.

Mācinell⁹.

¶Cæterū Mācinellus dicit ſic.Prima ſignificatio verior habet,Aul.Gell.enim lib.i.ca.iij.ita ſcribit.Sicuti eſt magnū pōdus ęris, parua lamina auri fit praeciosius.Cæterū lignea quoq; lamina dici poteſt.Pli. enim li.xviij.c.xxxix.ſic ait,dolia caſſa farcire,ipſorumq; laminas ſcabēdo purgare, aut nouas facere. Bractea præterea ex alia quoq; materia q̄ ex prædictis dici poterit.Pliñ.nāq; lib.xvij.cap̄.v.vbi terrarū & certe genera explicat.inquit. Colūbinam Gallia ſuo nomine Glaucopelō appellat,glebis exiccatur lapidū modo ſola gelatione, ita ſoluit,vt tenuiſſimas bracteas faciat,hæc ex quo fertilis.

Lamina.

¶Inter laminā & bracteā. Cap̄.cclvi.

LAMINAM tam ferreā,æreā,plumbeā, ſtāneam, q̄ aureā,argenteā,ælectreā, aurichalceā dicimus,Bracteā potius ex his poſterioribus,aut certe Bractea tenuis eſt, & ſua ſponte plicabilis .Lamina vero craſſior, ex qua armatura cōficit,& qua incēſa olim homines torquæbātur,nec crepitat vt bractea præ tenuitate.Vergi.in.vi.Talis erat ſpecies auri frondētis apoca ilice,ſic leni crepitabat bractea vēto. Verūtamen ita tenuis nōnunq̄ bractea eſt,vt crepitare nō poſſit,vt illa ex qua fit auratura,& argentatura.

Bractea.

Mūimēta

¶Epitome capitis.cclvij.

MVnimēta ſunt munitiōes, a muniēdo.Monumēta admonitiones,a monendo, eo q̄ alicuius rei præteritę admoneant,vt ſepulchra defunctorum,præſertim quū titulos habent.

¶Inter munimēta,& monumēta. Cap̄.cclvij.

Mōumēta

MVNIMENTA ſunt munitiōes caſtrorum,cæterarūq; rerū,quę cōtra aduentum hoſtiū muniant,ſiue vallo, & foſſa,ſiue alio quouis modo, quo ſint milites ab hoſtiū(vt dixi)aduētu muniti.Monumēta immutata in u ſepulcra, ſtatuē,tituli,libri,cateraq; quæ nos alicuius rei p̄terite moneāt recordari.Nā de futuro(vt quidā volūt)ideo ſepulcra appellari monumēta,q̄ nos,noſtræ ipſorumq; mortis admoneāt,falſum eſt.In honorē eñ mortui illa tm̄modo fiūt,nō in publicā præceptionē, vixq; monumēta dixerim,niſi literæ,aut alij tituli appareant,quæ ſi deſint,magis ſepulcrū,q̄ monumentū erit.Liuius li.xlviij.Vtrobiq; monumēta oſtēdunt, & ſtatue.Nā & Linterni monumentū,monumētoq; ſtatua ſupimpoſita,quā tēpeſtate diſiectā nup vidimus ipſi,& Romæ extra portā Capenā in ſcipionū monumēto tres ſtatuę ſunt,quarū duæ ſunt.P.& L.Scipionū dicitur eſſe tertia poetæ.Q. Eennij.

¶Epitome capitis.cclviij.

¶Opera re.eſt operatio,labor,aut diurnū officium, ſeu interdū operans.Opus eſt effectus,fructuſq; operę.Sed dū ad laborē corporis,aut animi & artē,aut induſtriā reſpicimus,potius opus,q̄ operā dicimus, etiā pro operatione.Opere prætium id eſt fructuoſum,quaſi qđ prætium affert opere.

¶Inter opus & operā differētia. Cap̄.cclviij.

Opera.

OPERA eſt actio,vt dabo operā, & in iure ciuili de operis libertorum.Ci.de off. Nō male pręcipiūt,qui ſeruis vti iubēt, vt mercenarijs,iuſta præbenda,operā exigēdā.i.laborē,& operationē corporis,ſiue(vt ait Vlpianus)operę ſunt diurnū officiū. Opus eſt finis fructuſq; operę.Vnde opera authorum dicunt,& opera publica,ipſa publica ędificia. Nōnunq̄ videt opus pro opera accipi,vt Vergi.Mollib⁹ e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit quaſi ad opus.Sed (vt videre videor)quoties,nō ad laborē corporis,ſed ad laborē animi,& artē,induſtriāq; reſpicimus,magis opus q̄ opera dicendū eſt,vt in opere ruſtico,& in opere faciūdo,in opere fabrili,in opere textorio. Hāc differentiā ita ponit Seruius hoc opus, & hæc opera tūc dicimus,quādo negotiū ipſum ſignificamus qđ geritur.Si aūt fœminino genere dixerimus operas,ipſas perſonas quæ aliquid faciunt,ſicut cuſtodia dicit quæ cuſtodit, vt cernis cuſtodia qualis. Nā vt hi,qui cuſtodiunt,cuſtodia dicantur,vſurpatū eſt,vnde male eſt in vſu,cuſtodię audiunt. Hæc Seruius.Sed nō abſolute diffiniuit opus,& operā, vtrūq; aūt eorum nominū in eodē libro poſuit Terē.Qđ in opere faciūdo operę conſumis tuæ, ſi ſumas in illis exercēdis,plus agas.Opere aūt pręciū ab opera eſt, vt verſus indicat.Iuue.Eſt opere præciū penitus cognoſcere toto.Quid faciāt,agitētq; die.i.fructuoſum eſt & ad rem pertinēs,ideo quia vel decēs,vel q̄ vtile eſt,vel q̄ glorioſum,vel q̄ iucundū,ab hoc noīe Liuius exorſus eſt dicens.Facturus ne opere præciū, ſim,ſi res geſtas populi Romani ab initio perſcripſerim,necdum ſcio,nec ſi ſciam,dicere auſim.

Opus.

Cuſtodia.

Opere prętium.

¶Epitome.capitis.cclix.

SOlatiū eſt in re,ſicut & ſolari.Cōſolatio in verbis,ſicut & cōſolari Solamen pro ſolatio.vſurpant poetæ:& etiam Boetius.

¶Solatiū,cōſolatio,& ſolamē. Cap̄.cclix.

Solatium Cōſolatio.

SOLATIVM ET CONSOLAtio idem ſunt,niſi q̄ illud re, hoc verbis fit, vt Quin. Cæcitatis miſerę ſolatium eſt habere,rem videntium.Idem.Iſtis obuiam conſolationibus,& qđ omnē modū feritatis excedit, captatis in magna calamitate laudari.Nec mirū,quū cōſolari ſit oratione. Solari vero fere ſemper aliter.Nolo afferre plura mālevtē

Conſolari. Solari.

tium exēpla, quæ facile quilibet ſibi inueniet. Cicero tamē de amicitia ait. Ipſe me cōſolor, & maxime in ſolario, q eo errore careo, quo illo amicorū diſceſſu plerique angi ſolent. Vtrūque recte dictū eſt. Quid eni nō recte Cic. dicat? tanq alterū quaſi colloquio a mœrore reuocet, debuit dicere cōſolatur. Quia vero oratione nō vtitur, ſolatiū dicere potuit. Solamē idem qd ſolatium eſt, ſed magis poeticū. Vergi. Solamē que mali de collo fiſtula pendet. Quo tamen Boetius, & quidam alij vtuntur.

Solamen. * Cic. Tñ (niſi mēda ſit i libro) dicit i Lel. etſi illis plane orbatus eſſem, magnū tñ ferret mihi ætas ipſa ſolamen.

¶Epitome capitis.cclx.

Affectus nunq apud Cice. ſed affectio reperit ſæpe. Cōtra apud Quin. Eſt aūt affectio animi & corporis ex tempore aliqua de cauſa mutatio, vel vt authori placet, pars illa animæ qualitatis, quæ e regione rationis eſt, quicquid enim in anima præter partē illam memoriæ nō eſt, affectus eſt, & rurſus quicquid non affectus, ratio. Ab affectu venit affecto verbū, quo Cicero quoque vtitur, licet affectatio apud eūdem non legatur, ſicut apud Quintilianum, & cæteros.

¶Affectus affectio & affectare. Cap.cclx.

Affectus. AFFECTVM nuſq videor repiſſe apd M. Tulliū, frequētiſſime affectionē. Contra apud Quint. frequētiſſime affectū raro affectionem. vt illo loco (ſi modo nō eſt mēdoſus) vbi ait. Cupiditas cauſa ſceleris fuit, quāuis eius ira quātum afficiat in animis hominum talis affectio. Neſcio an ſit affectus & in alio loco. Illa vero frigida, & puerilis in ſcholis affectio. Affectionem modo Cicero ſic diffinit. Affectio eſt animi, & corporis ex tempore aliqua de cauſa mutatio, vt lętitia, cupiditas, metus, moleſtia, morbus, debilitas, & alia quæ in eodem genere reperiūtur. Modo ſic. Affectio eſt quædam ex temporum, aut negociorum cuētu, aut adminiſtratione, aut hominū ſtudio cōmutatio rerum, vt tales, quales ante habitę ſunt, aut plerūque haberi ſolent nō habēde videantur. In Tuſculanis, idē author & alibi volūtatē hominis affecti ad virtutem, atque ipſam virtutem animi appellari affectionē ait, qualis non eſt affectus, qui græce dicitur παθος quod ipſe Cice. interpretat perturbationem, malens dicere, q morbum, quo nomine ſæpiſſime vtitur. At Quin. non perturbationem ſed affectū nominat, neque ipſe aut ſolus, aut primus, ſed plerique ante eum, vt Seneca, Plinius, Rutilius, Columella, Valerius, Liuius, aliique multi. Ita enim ille ait, qd græci vocant παθος, nos vertentes & recte & proprie affectum dicimus. Illa igitur (vt ego quidē ſentio) affectio græce παθος dicitur, quam noſtrates philoſophi in latinum vertentes appellāt diſpoſitionem. Aliquibus tamen videri poſſet diffinitio illa Ciceronis, hunc quoque ſignificatū qui eſt παθος complecti quibus quia ad rem nō multum attinet non ſane repugno, quum præſertim fere omnes iuriſconſulti, omneſque eccleſiaſtici ſcriptores affectionem pro affectu accipiant. Eſt autem affectu pars illa animæ qualitatis, quæ e regione rationis eſt. Quicquid enim in anima præter partem illam memoriæ ratio non eſt, affectus eſt, & rurſus quicquid non eſt affectus, ratio. Ab hoc fit affecto, quo etiam Cicero ipſe in libris ad Herennium ſæpe vtitur. Non tam affectanda q ſuperiores, ſed tamen adhibenda nō nunquam. Apud eundem nunquā, niſi me in curia fefellerit, aut memoria fallat legi affectationē. Frequenter apud Quintilianū & cæteros, vt ibi. Nihil ē odioſius affectatione, id eſt, affectu, conatuque emulandi alterius virtutem, quam aſſequi nequeas refragāte natura, vel nimio affectu, nimioque conatu alteri' virtutem emulandi, ita vt turpe ſit ac deforme, ſic auide emulari.

Affectio. Affectus. Affectio. Affectatio

¶Epitome capitis.cclxi.

¶ Latebræ proprie ſunt hominū, latibula ferarū, ſed interdū confunduntur.

¶Inter latebras & latibula Cap.cclxi.

LAtebræ hominum proprie dicuntur, latibula vero ferarū. Quintilia. & quāuis odio euerſoris noſtri euocatus e latebris ſuis populus ſubſellia non implet. Cice. Videant ne queratur latebra periurio .i. excuſatio piurij. Latibula nonnūquā hominū. latebræ etiā ferarum. Liuius lib. xlviij. Inter vepres in latebris ferarū noctem vnā delituit.

Latebræ Latibula

¶Epitome cap.cclxij.

LVx pro die, vt tenebræ pro nocte poni ſolet, ſed prima luce, non primā diem, ſed principium diei ſignificamus. Sicut nec primis tenebris primam noctē, ſed principium noctis. Conſuetius autem ante lucē, q ante diem dicas. niſi de certo die loquaris, vt ante diem decimum. Non tamen conſuetius dicas ante tenebras, q ante noctē. Luci pro luce, & veſperi pro veſpere, & ruri pro rure reperitur ſecundum authorem noſtrū. Dies pro diurno, & certo tempore maſculini fere eſt generis pro tempore acceptum, ſemper fœminini, vnde diecula parua tempeſtas.

Latebra p excuſatione interdū pōitur.

¶Dixi ſecundum authorē noſtrū. Quia Serui' vult ad illud. iiij. æñ. Aulide iuraui. Aduerbia in loco in i, & de loco in e, a tertia declinatione finiri, vt vixi ruri, & veni rure. Et conſimile iudiciū videtur de aduerbijs vt in tempore dicatur veſperi & luci aduerbialiter. Dixi quoque fere maſculini eſſe, quia certum eſt poetam etiam in fœminino vti. vt æñ. v. Poſtera quum primo ſtellas oriente fugarat Clara dies.

¶De luce & tenebris die ac nocte. Cap.cclxij.

LVce & tenebris, pro die ac nocte accipere ſolemus. Differt tamen prima luce a prima die. Nam ibi intelligit prima pars diei, & quaſi diluculo, hic aūt prima dies. Ita primis tenebris, & prima nocte. Ibi de prima parte noctis loquimur hic de nocte ipſa. Ideoque añ lucē dicim' meli', q añ diē. ſi diluculū ſignificam'. Nā añ diē, pro ante tempus dici ſolet, præterq ſi de certo die loquamur, vt ante diē decimū, vel ante ſextū calendarum nouēbrium. i. ſexto die añ calendas nouēbris. In quo quidē loco præceptum Pauli inſerere nō inutile fuerit q ait, Añ diem decimū calendarum, & poſt decimū diē calēdarum, æque vtroque ſermone, vndecima dies ſignificatur. Verum non quēadmodū añ lucē meli', q añ diē, pculdubio dicimus, ſic añ tenebras, q añ noctē p crepuſculo, ſed e diuerſo poti'. Repit aūt luci p luce, vt veſpi pro veſpere, & ruri pro rure. Cicero in philip. Quis enim audeat luci & in militari via. Diē pro diurno tēpore, itemque pro certo tpe volunt

Lux. Tenebræ Ante diē Luci Veſperi. Ruri Dies

eſſe maſculini generis, notaueruntq́ Verg. indifferẽter accepiſſe. Ego tamẽ & apud hunc, & apud cæteros pro tempore ipſo, ãnotaui ſemper eſſe fœmininũ, vt ipſa dies facit hoĩem prudentem, & multa dies dat magnã hoĩbus rerum experientiã. Vñ Pedianus vult fieri dieculã pro paruo tẽpore, & apud iuriſcõſultos bima, trima, quadrima die, ꝓ tẽpore biẽnij, triennij, quadriennij, quod iuriſperiti nõ intelligũt. In tempore certo Pedianus idẽ cõſentit debere eſſe maſculini generis. Dicim⁹ ergo heſterno die, & craſtino die: non heſterna die, & craſtina, ad diẽ non venit, ad diẽ nõ adfuit. i. die præſtituto.

Diecula
*Dies ꝓ tẽpore certo maſculini generis

¶Epitome capitis. cclxiij.

¶Orator cauſas veras agit, aut cõcionatur. Rhetor docet, declamator ſe exercet, vt poſtea oret.

¶Orator, rhetor, & declamator Cap. cclxiij.

ORator eſt qui cauſas orat vł in iudicijs vel in concionibus, qui græce dicitur ρηθορ rhetor. Nos tñ rhetorẽ ꝓfeſſorẽ rhetorice vocamus, non oratorẽ. Mirorq́ cur in hoc tam facili ꝓuulgatoq́ nomine exponendo Victorinus errauerit. Declamator eſt qui ſtudẽs apud rhetorem in cõuẽtu ſcholaſticorum fictam cauſam orat, id agens vt in veris poſtea cauſis poſſit orare. Ipſe quoq́ rhetor, & quicũq́ ali⁹ etiam extra ſcholam hoc ipſo genere vtitur ſiue vt alios, ſiue vt ſe exerceat, declamator vocatur. Nonnunquã tamẽ more Græco reperim⁹ poni, vt Cic. lib. ij. de natura deorum. Hæc quum Cotta dixiſſet, tum Velleius, ego, inquit, incautus, qui cũ academico & eodẽ rhetore congredi conatus ſum. Nã neq́ indiſertum Academicũ ꝑtimuiſſem, neq́ ſine iſta philoſophia rhetoren quãuis eloquentem, rhetorem dixit vel oratorẽ. vel rhetoricum

Orator
Rhetor.
Declamator

¶Epitome cap. cclxiiij.

¶Peregrin⁹ eſt qui in ciuitate ſua non eſt, aut ex noſtra non oriundus. Hoſpes qui tñ in aliena eſt, aut qui in noſtra non ſua eſt, quem forenſem, aut extraneũ imꝑiti vocãt. Suntq́ hoſpites tã q in priuato alicui⁹ hoſpitio, q̃ qui in publico ſunt, quod diuerſoriũ aut tabernã meritoriã vocamus, & tam q recipiunt, q̃ qui recipiuntur. Hoſpitium autẽ ꝓ amicitia familiariter ſe mutuo recipiendi, quã hoſpitalitatẽ vocãt interdum accipitur. Itẽ pro loco recipiendi tã publico, q̃ priuato. i. pro diuerſorio.

¶Peregrin⁹ & hoſpes q̃modo differãt. Cap. cclxiiij.

PEregrinus & hoſpes hoc differũt, q̧ peregrinus vocatur, qui in ciuitate ſua nõ eſt. Hoſpes, q in aliena eſt. Vel peregrinus, qui ex noſtra ciuitate oriundus nõ eſt. Hoſpes qui ĩ noſtra ciuitate eſt. Cic. Vos ſoli in hac vrbe hoſpites eſtis: veſtre peꝛgrinantur aures Quin. Attica an⁹ Theophraſtũ hominẽ alioq diſertiſſimũ annotata vnius affectatiõe verbi hoſpitẽ dixit. Nec alio id ſe reꝑhendiſſe interrogata reſpõdit: q̃ ꝑnimiũ attice loqueretur. Pro hoc imꝑiti dicũt forẽſes/aut extrãei (Loquẽdũ enĩ mihi barbare eſt: vt barbariẽ emendẽ) Hoſpites igitur ſunt: q tam in priuato alicui⁹ hoſpitio ſunt: q̃ q in publico quod diuerſorium/vel tabernã meritoriam appellamus: tãq́ q recipit, q̃ q recipitur. vñ Oui. Non hoſpes ab hoſpite tutus. Cicero. Per dexteram iſtã quã hoſpes hoſpiti porrexiſti. Sed ille receptor ꝓprie vocatur: qui priuatim & amicitie cauſa recipit: vt idẽ. Fuit mihi cum illo vetus hoſpitiũ. i. amicitia familiariter vel mihi hoſpitãdi apud illum: vel illi apud me. vnde hoſpitales hoĩes: qui amore nõ pretio hoſpitiũ ſuũ cõmunicant. Hoſpitiũ & priuatũ, & publicũ dicitur. Liui⁹. Tarẽto Hannibali ꝑ dolum ꝓdito ait hoſpitia tãtummodo Romanorum a militibus fuiſſe direpta certe priuata, non publica. Cice. Ex hac vita ſic diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquã ex domo. Commorandi enim natura diuerſorium, non habitandi dedit. Porro pro eodem poſuit hoſpitiũ & diuerſorium.

Peregrin⁹.
Hoſpes

Hoſpitiũ

¶Epitome capitis. cclxv.

¶Conciuis eſt eiuſdem ciuitatis, cõterraneus eiuſdẽ terræ. Quandocũque autem de pari loquimur, vt q nobiſcum id quod dicimus eſt, præponemus particulam con, ſi poſſeſſiuum addiderimus, vt ſi ſum præceptor Ioannis, dicam eum diſcipulum meum ſi cum eo diſcipulus, alterius diſcipulum. Et id in reliquis quoque obſeruabo, dicam tamen hic municeps meus eſt, pro eo quod ẽ cõciuis, quia cõmuniceps non reperitur. Sine ꝓnomine autẽ loquar etiam ſine con, vt audite ciues, proceres, magnates etam ſi vnus illorum ſum. Et ſi loquimur per con, intelligitur poſſeſſiuum.

Conciuis
Conterraneũ ſuum catullum. Ply. vocat qui nõ Verone ſed in inſula benaci natus erat

Diocœſis
Ciuis

¶Inter conciuem & conterraneum differentia. Cap. cclxv.

COnciuis qui eiuſdem ciuitatis eſt, cõterraneus qui eiuſdem terræ, hoc eſt territorij, maior enim eſt terra, q̃ vrbs, oppidumve/cuius habitatores vocantur ciues. Cicero. Eorum qui in hac terra fuerunt, magnãq́ Græciam, quæ tũ florebat, inſtitutis, & præceptis ſuis erudierant. Plinius tamen Catullum conterraneũ ſuum vocat, vel quod ex dioceſi illa, vel quod ex vrbe ſit Veronenſi. Vterque autem dictus ẽ Veronenſis. Nam illius nepos, & per adoptionem filius fuit Nouocomenſis: & ideo Plinius ſecũdus & ipſe dictus eſt. Quidã nuper librum ſic inchoauit. Fauonius ciuis meus optime princeps, & cõſul tuus quum dicere debuiſſet conciuis meus. Domin⁹ enĩ ciuitatis ciuem ſuum vocat, quia non poteſt appellare conciuem, quemadmodum miles ſociũ in militia non militem ſuum vocare poteſt, ſed commilitonem. Et diſcipulus eum qui vna eidem p̄ceptori dat operam, non diſcipulum ſuum, ſed condiſcipulum. E diuerſo p̄ceptor non vocat auditores ſuos cõdiſcipulos ſuos, ſed diſcipulos. Et dux in bello non cõmilitones, ſed milites ſuos appellabit. Sed Cæſar ac quidam alij appellauerũt milites ſuos commilitones comparandæ beneuolentiæ gratia, & apud Verg. Æneas qui ſub eo erant ſocios vocat. Hic ergo homo priuatus non debuit quẽq̃ ſuum ciuẽ appellare, ſed conciuem. nec rurſum aliquem principis conſulem dicere. Nonnunquã tamen inuenitur ciuis ꝓ conciuis, vt Lelius apud Lucanum. Hic meus eſt ciuis, in quem tua claſſica Cæſar Audiero. Dicam tamen municeps meus pro eo quod eſt conciuis meus, quia cõmuniceps non inuenitur. At quoties non apponim⁹ ꝓnomen, rectius ſine appoſitione loquimur. Audite ciues ſuccurrite milites, legite diſcipuli, etiam ſi mei fuerint conciues, cõmilitones cõdiſcipuli

Cõmilito
*Ciuis ꝓ cõciuis interdum inuenitur

Municeps

Mãcinell⁹

condiſcipuli. Quodſi quando per hæc poſteriora ſi ne pronomine loquor, tamẽ pronomen ſubintelli gendũ eſt, vt oẽs me cõciues amant. Cur tu nõ das partẽ cõmilitonib⁹, ille ſemp exagitat cõdiſcipl'os quæſtionibus, ſubintelligitur mei, tuis, ſuos. Dicim⁹ tamen vos eſtis ciues noſtri, quaſi repu. noſtræ non quaſi ſingulorũ aliquoꝝ ciuiũ.

¶Epitome cap. cclxvi.

¶Prætor, conſul, quæſtor, edilis, cenſor, tribunus, pri mipilus, & ſimiles dicuntur qui magiſtratum ſuũ gerunt. Senator & triumphator qui eſt, & qui fuit. At prętorius, conſularis, quæſtorius, edilitius cæſo rius, tribunitius, primipilaris, & triumphalis, q geſ ſerũt. ſed priora ſubſtãtiua ſũt poſteriora adiectiua Sicut & ſenatori⁹, id eſt ſenatorij ordinis, aut de do mo ſenatoria, id eſt, patritius. Quando vero præpo nitur pro, vt ꝓptor, ꝓconſul &c. non ſignificant ge rentem magiſtratũ ꝓ allo, ſed extra ordinarium, vt abunde declarat textus.

¶Sed Mancinellus nonnulla addit dicens. Conſu laris qui conſulatum geſſit dicitur, & conſulatu di gnus. In prima ſignificatione teſtis eſt Liuius libro quinto ab vrbe condita vbi de Gallis ait: ſenes triũ phales cõſulareſq; ſimul, & Cicero de claris oratori bus de Hortenſio dicens. Nam is poſt conſulatum credo ꝙ viderit ex conſularibus neminem eſſe ſecũ comparandũ: negligeret autem eos, qui conſules nõ fuiſſent, ſummũ illud ſtudiũ remiſit quo a pue ro fuerat incenſus &c. In altera vero teſtis quoq; idẽ Cic. li. x. ep̃la ad Planciũ ita ſcribens. Cõplures in ꝑ turbatione reipublicæ conſules dicti, quorum ne mo conſularis habitus, niſi q animo extiterit in re publica cõſularis. Paulo itẽ inferius inquit. Hæc ſi ages & ſenties, tu eris non mõ conſul & conſularis ſed magnus etiam conſul & conſularis. Et ꝓ Milo ne ſic ait, tribunũ virtute conſularem.

¶Prætor/conſul/quæſtor/edilis/cenſor/tribunus/pri mipilus/ſenator/pretorius &c. Caput. cclxvi.

PRÆTOR qui ꝑturam, cõſul qui conſulatum, quæſtor q queſturam, edilis q edilitatẽ, cenſor q cẽſuram tribunus q tribunatũ, primipil⁹ q primipilatũ gerit, ſenator q ſena tor eſt, aut q fuit, ꝑtorius q ꝑturam conſularis q cõſulatũ, quæſtori⁹ q quæſturam, edilitius q edilitatẽ, cenſorius qui cẽſurã tribuniti⁹ q tribunatũ, primipilaris qui primipilatũ geſſit: ſenatori⁹ non dicitur ſenator, ſed (vt dixi) vel ſenatorij ordinis, aut de domo ſenatoria. Triũpha tor q triũphat ꝓprie, ſed etiã aliqñ qui triũphauit, vt victor exercit⁹ qui vicit, triũphalis qui triũphauit Cæteꝝ illa priora noĩa ſunt ſubſtãtiua, eo ꝙ iungũẽ cũ adiectiuis. vt diligẽs cõſul, bon⁹ tribun⁹, iuſtus ꝑ tor, ſeuer⁹ ſenſor. Hæc poſteriora ſunt adiectiua, eo ꝙ iũgũtur cũ ſubſtãtiuis, vt hõ cõſularis, tribunitia mulier ꝑtoria familia, cẽſoriũ edictum. Quod ſi ab ſint ſubſtãtiua, ſubintelliguntur, vt cõſulares rogan tur primi ſnſam in ſenatu ꝓximi ꝑtorij, deinde tri bũitij. intelligim⁹ hoĩes, quẽadmodũ in illis plebeij nobiles, potentes, ingenui, libertini. Proconſul non qui pro alio cõſule ꝑeſt ꝓuinciæ, ſed qui cũ ꝑtãte cõ ſulari extra ordinẽ & aliquã ꝓuinciã adminiſtran dã mittitur, ꝑter q̃ ꝙ nõ .xij. faſces eũ ꝑcedunt, qui ꝑcedunt conſulẽ, ſed tm̃ ſex, vt etiã ꝑtorem & ꝑſidẽ Proptor non qui ꝓ alio ꝑtore ꝑtarem, ſed extraor dinariã gerit. Itaq; dicit ꝓquæſtor, & ſi qui ſunt alij huiuſmõi noĩm magiſtratus.

Pretor Conſul Queſtor Edilis Cenſor Tribunus Primipil⁹ Senator. Pretorius, Cõſularis, Queſtori⁹. Edilitius Cenſorius. Tribuniti⁹ Primipilaris Senatori⁹. Triũphator triũphalis Proconſul Faſces. Proptor &c.

¶Epitome capitis. cclxvij.

DIuerſoꝝ locoꝝ noĩa licet fere aut penit⁹ coin cidant, diuerſa tñ faciunt deriuatiua. Vnde ſunt Rhegyni & Rhegyenſes. Albani & al benſes & cætera quæ textus declarat.

¶Sed caſtigat Mãcinellus nonnihil dicens. Nõ Cã paniã terrã laboris appellãt, ſed Cãpaniæ, partem. Neq; nũc dũtaxat, ſed iãdiu priſci ipſi Laborias ap pellarunt. Teſtis eſt Pli. lib. xviij. de agro Cãpano, ſic enĩ ſcribit. In Cãpania tñ laudatiſſimus campus eſt, montibus ſubiacet nymboſis totis quidem. xl. milibus paſſuum planitie poſtea, ſubijcit autẽ vni uerſas terras campus hic cãpanus, antecedit tantũ ipſum pars eius quę laborie vocantur, quẽ Phlegre on Græci appellant. Finiuntur Laboriæ via ab vtro ꝙ latere conſulari, quæ a Puteolis & quæ a cumis capuam ducit. Hæc ille. Vbi autem Laurentius ait. Cãpaniã vero eã regionẽ, quæ illi finitima ẽ Romã verſus. Sciendũ, eſt duplicẽ eſſe Cãpaniã. nouam & veterem. Nã apud Strabonẽ lib. v. ſic legim⁹. dicen tes aũt vſq; ad Silariũ ꝑueniunt fluuium, q ab hoc agro veterẽ ſeparat Cãpaniã. Cui quidẽ fluuio pro priũ illud ineſſe traditur vt in eius aquam demiſſa virgulta ſaxificentur.

Mãcinell⁹.

¶Inter Rhegynos & Regienſes, Albanos & Albenſes &c. Cap. cclxvij.

RHegyni ex oppido Calabriæ Rhegiẽ ſes ex oppido Galliæ ciſalpinæ, quos oppidorũ vtrunq; vocatur Rhegium Albani & Albẽſes, ex oppido Alba, in Latio: Albani ex oppido Alba ad lacũ Fuſcinũ. Albẽſes qui a quibuſdã Albani dicũt Cumani ex oppido Cumarum in Cãpania, quam nũc praue vocãt terrã laboris. cãpaniã v̄o illã regio nẽ q illi finitima ẽ Romã v̄ſus. Comẽſes ex oppido Como in eadẽ Gallia quam Lõbardiã nũc vocant in qua ipſa Gallia & finitimũ Como eſt Bergomũ vnde Bergomenſes. Pergamum ex qua Pergame di in Aſia, a qua vrbe, quia ob pęnuriam chartę ab Attalo rege miſſa eſt membranarũ copia, mẽbra nę pgamenę ſunt nominatæ in Aſia ꝓuincia intel ligo. nam in ea quę eſt tertia pars orbis terrarum, regio quædam eſt eodem nomine quam Turchiã nunc vocant, non autem (vt quidam volunt) Teu criam, quemadmodũ in Aphrica, quę & ipſa tertia pars orbis dicitur, eſt regio eiuſdem nominis, niſi ꝙ Aphros dicimus homines, non autem Aphricã regionẽ. Thebani a Thebis in Grçcia. Thebei a the be ſeu thebis in Egypto, ſed Thebei ſecundũ Grçcã formam fit. nã & Thebani grece Thebei dicũtur. nõ tamen occurrit, vbi in libris gentilium legerim Thebeos.

Rhegyni. Regienſes Albani Albenſes. cumani comenſes Bergomẽſes Pergameni Turchia Teucria. Thebani Thebei.

¶Epitome capitis cclxviij.

¶Priſca dicuntur, quæ ſuperioribus ſeculis. priſtina quę ſuperioribus annis, aut mẽſibus fuerunt, certe in noſtra memoria. Verũ res non ſeneſcẽtes, licet ſe culis noſpceſſerit, nõ priſcas, ſed priſtinas dicem⁹.

Priſcus Priſtinus

¶Priſcus & priſtinus quomodo differant. Cap. cclxviij.

*Si ſermo de rebus q̃ non ſeneſcunt habeatur, nõ priſcũ ſed priſtinũ dicim⁹ Priſtin⁹ aliq̃ſi dicitur priori cur. Dies priſtino ꝓcelloſior.*

PRISCA QVÆ ſuperioribus ſeculis, aut ſuperiori ætate, vt priſci latini. Priſc⁹ Tarquinus, Priſca tẽpora. Priſtina q̃ fuerunt ſuperioribus annis, mẽſibus, dieb⁹, & quæ noſtra memoria fuerunt, vt priſtina noſtra amicitia, priſtina beneficia noſtra, neq; recte hic dicas, priſca, neq; illic priſtina. At ꝟo ſi de rebus q̃ nõ ſeneſcũt loquaris, priſtinũ nõ priſcũ diceremus, vt Pharos & tyrus nũq̃ in priſtinũ ſtatum redibũt. Maria in freto Maſſanenſi laborãt, ne mõtes (ſi Lucano credimus) repetant priſtina cõfinia. At qui tm̃ tẽporis eſt, ex quo illuc mare irruperint, vt memoriæ nõ inueniat ꝑditũ. Padus poſt quingẽtos & eo ãplius annos ſolet reuerti in priſtinũ curſũ.

¶Epitome capitis.cclxix.

¶Proſper quę dat, felix qui recipit ꝓſperitatẽ proprie dicuntur, ſed nonnunq̃ confuſa leguntur.

¶Inter proſperũ & felicẽ differentia. Cap.cclxix.

*Proſper. Felix.*

PROSPER qui dat. felix qui recipit ꝓſperitatẽ. Sydus veneris (ſi credimus mathematicis) proſperũ eſt, natus ſub illo ſydere felix eſt. Dicimus ergo homines ꝓprie quidẽ felices: deos autẽ, tẽpora/loca/actiões fines, ſucceſſus, ꝓſperos, & ſi qua ſunt ſimilia. Vtrũq; tñ aliquãdo recipit exceptionẽ. Nã & nõ ſemel legimus ꝓſperã alicuius valitudinẽ, vt Sueto. de Cæſare. Fuiſſe eũ ꝓſpera valitudine .i. bona & quaſi felici. Et de Tyberio. Valitudine proſperrima vſum eum eſſe ait Salluſt. Sed poſtq̃ res ciuibus, muris, agris, ſatis aucta, ſatiſq; ꝓſpera viſa eſt. Rurſus Vergi. Sis felix, noſtrũq; leues quęcũq; laborem pro eo quod eſt, ſis proſpera, & benigna.

¶Epitome capitis.cclxx.

SAlubre enim quod ſalutẽ & incolumitatem affert, quaſi ſalutiferum, aut ſalutare: ſanum quod recipit aut cõtinet, ſed cõfunduntur interdũ, vt corpus ſalubre dicatur, nõ tamen dices cũ Boetio. Eger an ſaluber, ſed an ſanus.

¶Saluber & ſanus quõ differunt. Cap.cclxx.

*Saluber.*

SALVBER, ſiue (quod vſitatius eſt, ſalubris, dicĩt aer, cibus, potus, locus, multas hmõi, idem fere ꝙ ſalutifer ſiue ſalutaris. Sanus homo dicĩt: cæteraq; aĩalia Res ſalubris prębet ſanitatem, homo vero recipit. Poteſt & p̃bere, tuncq; ſaluber, quaſi ſalutifer dici, ſed in vtroq; etiã aliqua reperitur exceptio Siquidẽ ſanum aerẽ, ſanum cibum, ſanum locum vocamus, quaſi ſalubrem & p̃bentẽ ſanitatẽ, cõtra ſalubris pro ſano. Sallu. Genus hominũ ſalubri corpore, velox, patiens laborũ, pleroſq; ſenectus diſſoluit. Liuius. Grauiore tẽpore anni iam circũacto, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœperunt. ¶ Mart. dum deſcribit vitam beatã, inquit. Lis nunq̃, toga rara, mens quieta, Vires ingenue, ſalubre corpus, Prudens ſimplicitas, pares amici. Hi tres quos produxi loci idẽ nomen habent coniunctum cum corpore. Quare nõ auſim dicere vt dixit Boetius in tranſlationibus ſuis, eger an ſaluber. Nam de equali ſuo Caſſiodoro, qui apud nõnullos in pretio eſt, nunq̃ ideo faciam mẽtionem, quia cũ regibus ſuis. Theodorico & allarico quorum ſcriba fuit, gotthicum ſonat & barbarum.

*Sanus ꝓprie dicĩt integer, ĩcorruptus. Salubris ꝓ ſano. Sanus*

¶Epitome capitis.cclxxi.

¶Iucundus eſt qui iuuat in letis, gratus qui commodum facit, etiam in aduerſis.

¶Inter iucundũ & gratũ q̃d interſit. Cap.cclxxi.

*Iucundus Gratus. Triſtis. Iucundus nõ ſignificat lętũ, vt quidã barbare accipiũt, ſed lætitię plenũ & q̃d delectationem affert.*

IACVNDVS & gratus ſic differũt, ꝙ iucundus ꝓprie in proſperis, gratus in aduerſis. Iucundũ vero nõ qui lętus eſt: ſed qui lætitię eſt alteri, vt proſperẽ ſaluber vocat. Vſq; adeo poteſt quis triſtis, mœſtuſq; eſſe, & tamen iucundus, veluti quũ hoſtis meus in dolore eſt, tũc mihi iucũdus eſt, & ego gaudens ſum illi minime iucundus. Quare nõ recte locutus eſt, qui ait. Iucundos nos faciat ſuæ intereſſe cõmemorationi, ſed ad differentiã. Cicero ad Sulpitiũ conſolantẽ de morte filię inquit. Seruius tamen tuis omnibus rebus interfuit cuius officia & ſi aliquando iucũdiora, nũq̃ tamen gratiora. Idẽ ad Luceiũ. Amor tuus ex omnibus partibus ſe oſtẽdit in his literis, quas a te proxime accepi, nõ ille quidem mihi ignotus, ſed tamen gratus & optatus, dicerem iucundum, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem. Idem ad Atticum. Fuit mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tua iucunda, & timoris conſolatio grata. Idem tamen lib. iiij. inuectiuarũ. Eſt mihi iucũda in malis, & grata in dolore veſtra erga me voluntas. Iucũda dixit, quaſi lætitiæ plena & voluptuoſa, qualis eſt in ꝓſperis, grata quaſi plena affectus ac fructus. In iucundo eñ q̃dã gratia eſt delectationis. in grato vero etiã cõmodi. Quippe aſpectus roſarum, liliorũ, violarum, florũq;, ac ſimilium iucundus eſt. Aſpectus plene meſſis, vberum, olearum, granium fructu vitiũ, pinguiumq; pecorũ gratus. Et pueritia filiorũ atq; infantia iucundior. Adoleſcentia vero ac iuuentus gratior, vtpote vtilior. Idem de offi. lib. ij. q̃q̃ enim quod præſens, tanq̃ in manum datur iucundius eſt, tamen hæc in poſterũ gratiora, muri, naualia, portus aquarũ ductus, omniaq; quæ ad vſum reipu. pertinent. Hiero. nonnũq̃ his duobus nominibus cum ea quam oſtendi proprietate, & diſtinctione vſus eſt.

¶Epitome capitis.cclxxij.

PLura comparatiuum de duobus dici poteſt, complura abſolutũ nõ niſi de pluribus q̃ de duobus. Pleriq; autem pro maxima parte .i. fere omnes aut nõnulli dicuntur. Plerunq; .i. vt plurimum, aut fere ſemper: aliquando tamen accipitur pro nonnunq̃, ſed id apud omnes, pręterq̃ apud Seruium, rarius.

¶Inter plura & cõplura, & pleraq;. Cap.cclxxij.

*Plura. Cõplura.*

PLVRA ET complura ſic differunt, quia plura poſſunt eſſe duo, complura duo eſſe nõ poſſunt, illud cõparatiuũ eſt, hoc vero minime. Ideoq; non regit caſum. Pleriq; authores modo pro maxima parte accipiunt, modo pro nonnulli. Salluſt. In diuiſiõe orbis terræ pleriq; in parte tertia Aphricam poſuerunt, pauci tantummodo Aſiam, & Europam. Paulopoſt. Plæroſq; ſenectus diſſoluit, niſi qui ferro, aut beſtijs interiere. Nõ morbus haud ſæpe quẽq̃ ſuperat. Quin. Videas pleroſq; ira paratos id eſt nõnullos. Plærũq; magis a priore ſignificato q̃ a poſteriore venit .ſ. pro eo q̃d eſt fere ſemp. Quit. in amatore. Excuſſa ſunt plerũq; languentiũ vitia

*Pleriq; Plerũq;. *Plerũq; dupliciter ſumi põt*

verbetibus.i.nõnũq̃. Tñ in hunc ſenſum hęc dictio ſiue nomen, ſiue a duerbiũ ſit, rariſſime repitur. Seruiꝰ quidẽ neſcio an vnq̃ vtatur aliter.

vno mõ ꝓ eo qđ eſt ſemper. Alio mõ (ſed rariſſime) pro eo qđ ẽ nõnũquam

¶Epitome cap.cclxxiij.

¶Clarus & præclarus figurate accipiuntur pro illuſtri ac ſplendido. Sed præclarus pro bono: luculentus pro magno, & præclare ꝓ optime apud Ciceronem vſurpantur.

Clarus Præclarus.

¶Clarus & præclarus. Cap.cclxxiij.

CLARVS & præclarus figurate accipiuntur, pro eo qui tãq̃ fulgore quodam famę, & gloriæ reſplẽdet; vnde clariſſima, & ꝑclariſſima geſta dicimus. Sed præclarus, ꝓ bonus nonnũquã repitur apud Ciceronẽ, ſicut apđ eundem Luculentus pro magnus, vt in Philippicis. Luculentum vulnus accepit. In eodem opere ait. O præclarum cuſtodem ouiũ (vt aiunt) lupum: non claritas deſyderatur in cuſtode, ſed ꝓbitas: ergo præclarum ꝓ bono poſuit. Idem in Lelio. Cum illo vero quis neget actũ eſſe præclare: & paulo poſt. Cũ illo quidẽ vt ſupra dixi, actum optime eſt, mecum incõmodius. Nam ſupra nõ dixerat actum cũ illo optime ſed præclare. Verum ideo ſic dixit, quia ꝑclare & optime idem roboris ac virium in ſignificatione obtinent. Eoque κρατιστον quod eſt optimum, & apud Græcos accipi ſolet, & a nobis trãſferri præclarum.

Luculentꝰ.

¶Epitome cap.cclxxiiij.

¶Dies ꝓprie feſtus dicitur, res feſtiua.i.iucunda, & lepida, ſed res ad feſtũ ſpectans dici poteſt feſta

¶Feſtus & feſtiuus. Cap.cclxxiiij.

FEſtus dies, potiꝰ q̃ feſtiuus, res feſtiua, potius q̃ feſta. Nam feſtus feſta feſtũ ad diẽ feſtum pertinens. Feſtiuus feſtiua feſtiuũ res iucunda, & lepida, vt oratio feſtiua, dictum feſtiuum, frondem feſtiuã legimus, nõ quæ ad feſtum cõparata ſit, ſed quæ iucunda & læta: nã & feſtã frondem vocamus, quæ feſtis adhibetur. Feſtiuũ multi ꝓ feſto acipiunt.

Feſtus. Feſtiuus

*Maro. ſępe etiam feſtis, q̃dã exercere diebꝰ fas et iura ſinũt.

Epitome capitis.cclxxv.

¶Vænale dicitur venditioni expoſitum: vendibile quod facile vẽdi poſſit, etiã ſi nondũ expoſitum ſit

¶Vænale & vendibile. Cap.cclxxv.

VÆNALE & vendibile hoc habent differentiæ, ꝙ illud ſignificat rem venditioni expoſitam, hoc rẽ quæ facile poteſt vendi. Hæc domus eſt vænalis, id eſt, proſcripta, vel expoſita venditioni. Et hoc de Curione ſignificat Luc. quum dicit, vænali Curio lingua, id eſt, ꝓtium, nõ veritatem honeſtatemq; ſequens ex ſuæ linguæ facundia. Cicero in Bruto. Horum ætati ꝓpe coniunctus. L. Gellius non tam vendibilis orator, q̃ vt neſcires quid ei deeſſet. Et in eodẽ. Nã populo non erat ſatis vendibilis ꝑceps quædã, & cũ idcirco obſcura, & pacuta, tũ rapida, & celeritate cæcata oratio & alibi. Nã vt ſunt illa vendibiliora, hęc vberiora certe ſunt. Vendibile dixit pro gratum, & quod animos hominum ſollicitet ritu rerũ quæ ad ſe alliciunt, emptorem, hoc a vẽdo venit, illud a væneo.

Vænale Vẽdibile

¶Epitome cap.cclxxvi.

SCiens ac prudens facit qui ſe facere ſcit & ꝓuidet. Inſciens & ignorans q̃ ſe facere neſcit Sed ſcienter & prudenter.i.cũ ſcientia & prudentia. Cõtra imprudẽter.i. ſtulte & temeratie. At ꝑ imprudentiã, aut per ignorantiam fit aliquid ſine merito ac demerito interdũ. Nemo ergo ſciẽter aut prudenter peccat, ſcientes fere omnes.

Sciens facio & ſcienter

¶Sciens feci & ſciẽter feci. Cap.cclxxvi

SCiens feci, & prudens feci, item inſciens & imprudens, atq; ignorans feci, hoc ẽ ꝙ quũ facerẽ aliquid, ſciui me facere illud, aut ignoraui. At ſciẽter feci, idem eſt ꝙ cũ ſciẽ- aac doctrina feci, ſemp q; in laudẽ eſt, ſciẽter quid feciſſe. Scientẽ quid feciſſe, tũ laudare, tum vitupare ſolemus ꝓ rei qualitate. Si ergo ſcienter facere ſemꝑ laudabile eſt: ediuerſo, inſcienter facere ſemper eſt vituperabile. Prudenter quoq; facere, opus nimirũ prudentiæ eſt. Imprudenter vero ſtultitiæ, tñ quid imprudenter facere ignoranterve in vſu raro eſt, in cuius locũ velut ſuccedit per ignorãtiam, & ꝑ imprudentiã factũ, per ſe neq; laudi, neq; vitio dandũ. Idem eñ eſt ꝑ imprudentiã, ſiue ꝑ ignorantiã feciſſe aliquid boni, malive, quod ĩprudentem ignorantemq; feciſſe, quorũ neutrũ aut ꝑmiũ meretur, aut pœnam.

Prudẽs & prudenter Ignorãs & ignorãter

¶Epitome capitis.cclxxvij.

MArinũ dicitur ad mare pertinens, aut in eo natum, ſeu incolens. Maritimum mari vicinũ, quod mare accolit, aut ad mare eſt, aut fit: ſed quũ trans dicitur marinũ non maritimum.

Marinus. Maritimꝰ.

Marinus, maritimꝰ, & trãſmarinꝰ. Cap.cclxxvij

MArinum piſcem dicimus, & auẽ marinam, & deũ marinũ, vel deam vel nymphã marinã. Nominatim quoq; vitulũ marinũ, lupum marinum turdũ marinũ, turturem marinum: preterea colorem marinũ, caſum marinũ, periculũ marinũ, ſonũ fluctuũ, aquã marinã, non maritimã nauem marinã, quidã etiam nauem maritimam. Rurſus orã maritimam, gentẽ maritimã, res maritimas, bellum maritimũ, non tranſmarinum, non marinũ. Item hominẽ, gentem, vrbem, triumphũ, tranſmarinũ, non tranſmaritimũ. Horũ omnium hæc differentia eſt, ꝙ marinum vocatur quod incolit mare, aut in mari eſt. Maritimũ quod mare accolit, & ad mare eſt, vel ad mare fit. Tranſmarinum quod trans mare eſt. Tranſmaritimũ eñ foret, qđ trans loca maritima eſſet, Idem ꝓprie quod mediterraneum.

Trãſmarinum.

*Siponti. de dictiõe frequens dicit falſũ eſſe ꝙ ſcripſit Valla aliud ſignificare frequẽs cũ loco adiungitur aliđ cũ pſonæ frequẽs ciuiles dicitur copioſꝰ mltꝰ freqn tes domꝰ crebre mlꝰ tę frequẽs

¶Epitome capitis.cclxxviij.

FRequens dicitur quod a multis frequentatur, aut pſona crebra & aſſidua, aut turba copioſa & multa, aut ciues & ſenatores, cæteriq; tales numeroſi ac multi in vno loco. Sed homo dicit frequens actiue, locus paſſiue. Celebre aũt paſſiue accipitur, pro eo quod celebratur, ac colitur: ſiue locus, ſiue pſona. Vnde celebritas loci aut pſonæ honorata a frequentia honoratorum, nõ quorũcunq;. Nã qui baiulis ſimilibuſq; frequentatur locus frequẽs quidem eſt, ſed non celebris, niſi vt meretrix nobilis, & latro inſignis, & improbitas ſingularis, & turpitudo vnica, & cætera huiuſmodi dicuntur.

¶Frequens & celebris. Cap.cclxxviij.

* Vergil. Stat ſonipes, & frena ferox ſpumãtia mandit.

FREQVENTEM locũ dicimus, quẽ frequentare multi ſolẽt, vt vrbs frequẽs, oppidum frequens, platea frequẽs, vbi multi homines aut habitant, aut diuerſantur. Quando aũt de perſona: aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur, vel de ſola, ſic. Sit miles frequens ſpectator præliorum id eſt creber & aſſiduus, vel de turba, ſic. frequẽs populus, frequens ſenatus, id eſt copioſus & multus, & quidem cum nomine collectiuo in ſingulari. Cum cęteris vero in plurali, vt frequentes ciues, frequentes ſenatores, hoc eſt multi & numeroſi. Verumtamẽ quum dico, ſis frequens, innuo actionem, cum dico locus frequens, paſſionem. Ille frequẽtat, hic frequẽtatur, cui ſimile eſt celebris ſemper paſſiue poſitum tam ad rem q̃ ad perſonã relatum. Locus celebris ꝙ celebratur, homo celebris ꝙ cũ honore celebrat̃ & co'itur, propter qđ in hanc ducor opinionem, vt locus celebris proprie ſit, honoratorum frequentia cultus, nõ ita frequẽs neq; frequentia, quo nomine qualiſcũq; hominum multitudo ſignificatur, quod ex vocabulo hinc ducto probatur quod eſt celebritas, quæ tum hominũ cętum honoratorũ declarat, tum dignationem ipſam, atq; honorem. Quin. Ante oĩa futurus orator, cui in maxima celebritate, & in media repub. viuendũ eſt, aſſueſcat iam a puero non reformidare homines, neq; illa ſolitaria, & velut vmbratili vita palleſcere. Cice. Itaq; nos qui in maxima celebritate, atq; in oculis quondam ciuiũ viximus, nunc fugientes cõſpectum ſceleratoꝝ hominum, quibus omnia redũdant, abdimus nos, & ſæpe ſoli ſumus. Idem in alteram ſignificationem. Hac celebritate fame quum eſſet iam abſentibꝰ notus, Romam venit Mario & Catulo cõſulibus. Quare improprie licet frequentiſſime dicitur locus celebris, an deſertus, quaſi contrarium ſit celebrem eſſe, ab illo deſertum eſſe. Vbi enim baiuli, aut aleatores aut lenones, ſcortaq; eſſe conſueuerunt, quis eum locum proprie dixerit celebrem, nõ aliter q̃ celebrẽ meretricem, aut nobilem, vt ſæpe legimus, & ſingularem improbitatem, & vnicam turpitudinem, vt in bonum, ita & in malum.

Celebris.

¶Epitome capitis.cclxxix.patet.

¶Ferus & ferox. Cap.cclxxix.

Ferus. Ferox.

FERVS homo, qui animum ferinum obtinet, vt leones, vrſi, pardi, lupi. Ferox qui præ animoſus eſt ad decertandum cum altero, & ad vim alteri faciẽdam, atq; ad nocendum.

¶Epitome capitis.cclxxx.

¶Corporeum dicitur quid exiſtens ex ſubſtãtia, aut materia, contra incorporeum. Vtrunq; autem iungitur aut expreſſe, aut ſubintellecte cũ nomine res aut ſubſtantia. Corporale vero exiſtens in materia, ſeu ſubſtantia, & ediuerſo incorporale.

¶Corporeus corporalis. Cap.cclxxx.

Corporeuſ Corpalis.

CORPOREVM eſt exiſtens in materia, atq; ſubſtãtia, & ediuerſo incorporeum, vt lapis eſt res corporea, virtus incorporea. Corporale vero exiſtens in materia, ſubſtãtiaq; corporea, & ediuerſo incorporale, vt domus, fundus, mancipium, corporalia ſunt, nõ incorporea, legatũ hereditas, iura incorporalia ſunt non incorporea. Nãq; hic de qualitate agimus, q̃ ineſt ſubſtantiæ, ibi de ipſa ſubſtantia, quas res diligentius exequimur in dialecticis noſtris. Et ſanitas, vires, pulchritudo, bona corporalia appellantur, nõ corporea. Præterea (vt alia ratione hanc differentiam diſtinguam) corporeus & incorporeus non niſi cum hoc nomine res, aut ſubſtantia coniunguntur, aut vbi res ſubintelligitur, vt lapis eſt res, ſiue ſubſtãtia corporea, non autem eſt corporeus. Virtus eſt res incorporea non autem virtus incorporea. Omnia autem i corporea aut tanguntur, aut videntur. i. omnes corporeæ res, non autem ſic res incorporeæ.

¶Epitome capitis.cclxxxi.

LAſſum. i. labore fatigatum tãtum fatigabili cõpetit. Laxum vero dicitur lentũ, & molle, non rigidũ, nec durum aut tenſum, & potius ad inanimata ſpectat. Lapſum a labẽdo, tã animo q̃ corpori attribuitur. Feſſum dicitur fatigatum, ſiue animo, ſiue corpore. Defeſſum & defatigatũ quod præ laſſitudine non amplius poteſt.

¶Laſſus, & laxus, lapſus, feſſus, defeſſus, defatigatus. Cap.cclxxxi.

Laſſum.

LASSVM, quod labore fatigatũ eſt, tã animo, q̃ corpore, ideoq; ad ea demum ſpectat, quæ laboris moleſtiam ſentiunt. Laxus vero magis ad inanimata, quæ ſunt lenta, mollia, flexibilia nõ dura, non rigida vt laxi rudẽtes, laxi funes, laxe chordę. Lapſus a labendo, qđ vel corpore, vel per trãſlationem animo & opinione labitur. Feſſus idẽ eſt qđ fatigatus ſiue animo, ſiue corpore. Defeſſus defatigatuſq;, qui ita feſſus atq; ita fatigatus eſt, vt nõ queat amplius, & ſæpe a labore atq; incępto qđ inſtituerat, deſiſtat: vt in Bruto Cicero. Et ne defatigaret orauiſſent. Et de ora. Profecto nunq̃ conquieſcam, neq; defatigabor anteq̃ illorũ ancipites vias rationeſq;, & pro omnibus, & contra omnia diſputandi percepero.

Laxum. Lapſum. Feſſum. Defatigatum. Defatigor

¶Epitome capitis.cclxxxij.

BOnum dicitur, qđ honeſtum, qđ vtile, qđ peritum. Eſt enim generale nomen, bonitas autẽ eſt quaſi benignitas. Vnde clementes & pij ac iuſti quoq; boni dicuntur, aut induſtria, aut virtꝰ naturalis, aut iuſtitia. aut equitas. ¶Quæ omnia textus declarat, ſed vt quiuis intelligat quid ſit dignũ eſſe quicũ. i. cũ quo micet in tenebris, ſciet micare digitis micãtibus. i. celeriter nunc erectis, nunc depſſis quaſi ſcintillãtibus diuinare, quod quicũ micas erectos habet vna cum tuis, qđ in tenebris, niſi cum iuſtiſſimo non tute facias.

¶Bonum, & bonitas Cap.cclxxxij.

Bonum.

BONVM generale nomen eſt, honeſta pariter, atq; vtilia cõplectens, vt bonum animi, bonũ corporis, bonum fortunæ. Bonitas vero nõ (vt multi opinãtur) idẽ vtiq; qđ bonũ honeſtũ, ſed idẽ qđ benignitas, a primo fit bonus vir, bonus ſeruus, bonus iudex. i. iuſtus. & exequens officij ſui debitum. Ab hoc bonus pater, bonus dominus, bonus deus, bonus Æneas hoc eſt benignus, & clemens. Quidam quaſi alteram iuſtitiæ partem eſſe conſtituunt, vocãtes eandem beneficentiam. Nam iuſtitiam partium

Bonitas

tur in duas partes.Iuſtitiã quæ eſt ſeueritas,& bñfi-cẽtiã quam egovero bonitatẽ.Ergo qui plane bonus eſſe vult,planeq́ iuſtus,bis bonus ſit neceſſe ẽ. Et hoc quidẽ ad virtutẽ pertinet. Eſt autẽ & alia bonitas,non ex induſtria,ſed ex natura, tã homini, q̃ qbuſdã alijs rebus attributa.Cice. Quæ & bonitate naturæ multi aſſequuntur,& ꝓgreſſione dicendi.i. excellentia,& dote naturæ.Quint. At in ſolo fœcundo plus cultor,q̃ ipſa p ſe bonitas ſoli efficiet:nõ dixit plus bonitas cultoris,q̃ bonitas ſoli,quia excellens cultor induſtria fit,non natura naſcitur.Nõnũquã tamẽ bonitas ꝓ iuſtitia ſiue ꝓ honeſto accipiẽ. Cice.de officijs.iij.Quum enĩ fidẽ alicui⁹,bonitatẽq́ laudant,dignũ eſſe dicũt,qui cũ in tenebris mices. Quin.in.xij.Quod ſi mediocribus etiã patronis conuenit hæc,quæ vulgo dicitur bonitas,cur non orator ille,qui nondũ fuit,ſed põt eſſe,tam ſit moribus q̃ dicendi perfectus virtute?Nonnũq̃ etiã bonũ accedit ad naturã virtutis & bonitatis,nã quũ dicim⁹ de æquo & bono,nõ de rigore iuſtitiæ, & de ſũmo iure loquimur,ſed quaſi de bona æquitate.

Bonitas ꝓ iuſtitia

Epitome capitis.cclxxxiij.

LVbricus dicitur locus in quo ꝓpter lubricitatẽ ac glabritatẽ inſiſtere,aut ingredi nequeas, aut quid in lubrico ſitũ,vt pes & oculus. Trãſferẽ aũt a multis ad libidinoſum,qꝫ bñ curata cute,& luxu abundantes lubrici fere ſunt.

¶Lubricus Cap.cclxxx

LVbricus locus eſt in quo nequeas inſiſtere nec ingredi,quales ſunt herbæ pfuſæ ſanguine,vt apud Verg.de Nilo & Homerum de Aiace Oileio. Aut aliter humectata,marmora lentigata lapideſq́ vel humore conſperſi, terra glaciata, aqua gelata,pauimenta,cæteraq́ huiuſmodi lubrica dicuntur.Inde per trãſlationẽ adoleſcentiã vocamus lubricam,in qua qui ſunt velut in glacie facile labuntur. Anguilla quoque,Congrus,Murena & ſimilia lubrica ſunt.Alio tamẽ modo videtur Cice. dixiſſe lubricos oculos:& imitatus eum Lactanti⁹ in lib.de opificio.Ita enĩ ait ille de natura deorum. Sed lubricos oculos fecit,& mobiles:vt declinarẽt ſi qd noceret,& aſpectum quo vellent facile conuerterẽt.Dicti ſunt oculi lubrici eo mõ.quo a qbuſdã pes lubric⁹,ꝓ eo qđ eſt in lubrico.Ita oculi ũſi in lubrico poſiti ſunt,vt vix queãt conſiſtere.quale eſt quũ dicim⁹.Spargo humũ florib⁹,ꝓ eo qđ eſt ſpargo humi flores,& ſterno lectũ pallio,pro eo quod eſt ſterno palliũ lecto.

Lubricus Verg. Lubrica conuoluit ſublato pectore terga Et ſeſe oppoſuit ſalio plubrica ſurgens

Spargo humum floribus

¶Epitome capitis.cclxxxiiij.

¶Æqualis dicitur æque magnus,atq́ coætaneus ſeu coæuus.Æquabilis idem quod æque magnus aut in magnitudine cõparabilis.

¶Æqualis & æquabilis. Cap.cclxxxiiij.

ÆQualis quid ſit notũ eſt vt in illo.Sintq́ pares in amore,& æquales.Sape accipitur ꝓ coætaneo,ſiue coæuo.vt Vg. Æqualemq́ ab humo miſerans attollit amicũ.Ci.Ego Quin.Maximũ eum qui Tarentum recepit ſenem adoleſcens ita dilexi vt æqualem.Et iterum.Nec cũ æqualib⁹ ſolũ q pauci admodum reſtãt,ſed cũ veſtra etiam ætate, atq́ vobiſcum.Æquabilis idem qđ æqualis in priore ſignificato,vt idem.Non ius æquabile quod aliquid vtilitatis haberet acceperat.Iterum. Et vox reducitur in ſonum quendam æquabilẽ atq́ conſtantem.

Æqualis.

Æquabilis

¶Epitome capitis.cclxxxv.

¶Perfidus pœrſa fide: qui fidem violat. Infid⁹ cui non eſt fidendũ,quia fide caret.

¶Inter perfidum & infidũ Cap.cclxxxv.

PErfidus qui fidem violat. Infidus cui non eſt fidendũ,hoc a fido deſcendit,quod habet prim am longam ſiue fido a fid⁹.Illud a fides, quod habet primã breuem. Ideo q́ hæc duo adiectiua vario accentu efferuntur.

Perfidus Infidus Liuius Infida regni ſocietas

¶Epitome cap.cclxxxvi.

¶Moratus q moribus bonis eſt ꝑditus,morigerat⁹ qui morem geſſit,morem aũt gerere eſt obſequi et inſeruire,ita vt ad voluntatẽ alterius morẽ geras.

¶Moratus & morigeratus. Cap.cclxxxvi.

MOratus eſt qui moribus bonis eſt ꝑditus.Morigeratus participium ẽ ex morigeror,quod eſt morẽ gero.i.obſeqr et obedio.Vñ moriger⁹ obſeqns obediẽs,& facile morẽ gerẽs qđ Accurſi⁹ nõ ītelligẽs(qđ aũt intelligat,ſi ignorãt qđ ſit morẽ gerere)ꝓ gloſſa ſcriptũ reliquit.Soluat Apollo,quaſi aut enigma eſſet,aut Apollo ſoluere enigmata ſoleret,magis,q̃ ſoluenda ꝓponere.Et alibi Primipilus,inquit,nomen græcũ eſt.

Moratus Morigeratus Morem gerere Accurſiana inſcitia

¶Epitome cap.cclxxxvij.

¶Proteru⁹ a ꝓterendo videtur durus,& cadere neſcius,ac repugnans dictis,& factis.Procax qui ꝓoccupat omnia ſuperbis dictis & factis.Petulans dictis aut factis laceſſãs,& petens vnũquemq́. Vnde ꝓteruitas leuior quædã eſt contumelia,ꝓcacitas maior,petulantia maxima.

¶Proteruus,procax,petulans. Caput.cclxxxvij.

PRoteruus,procax,& petulans multum ſimilitudinis habent, & quaſi aliud alio magis increſcit tam in factis,q̃ in dictis.Tria hæc,cum quãdam laſciuiam, libidinemque declarant,tum iniuriam. Nam & proteruam/petulantemque eodem loco de inhoneſta fœmina apud Ciceronem legimus pro Celio.Si vidua liberet proterua petulanter,diues effuſe,libidinoſa meretricio more viueret?Proteruam minore gradu,q̃ petulantem ſignificauit. Petulans pro libidinoſo,laſciuoque accipi notum eſt.vt petulanſq́ iuuenta.& Ouidius.Quinetiam vt poſſem v̄bis petulantius vti.Non ſemel ebrietas ẽ ſimulata mihi,id eſt,laſciuius,ac licentius.Procaces quoque meretrices legimus,qualis Bacchis Terentiana. Cæteræq́ impudicæ mulieres,quæ pudori ſuo(quæ vna dos fœminarum eſt)non parcunt,ne v̄bis quidem mordacibus ſimul & turpibus parcũt,a ſeipſis ſuæq́ cõditiõis fœminis capiẽtes principiũ. Proteruia leuior quædã cõtumelia.Procacitas maior,petulantia maxĩa.Ci.in Sal.Ne in idẽ,icidã vitiũ,ꝓcacita tis qđ hic obijcio.Et itẽ.Nõ enĩ ꝓcacitate liguę vitę ſordes eiuũt.Atq́ itẽ.Nã q̃ iſta iuſitata rabie petulãter in vxorã,filiãq́ meã iuaſiſti.Et iterum in eadẽ

Proteruus Petulans procax pudor dos mulierum proteruia procacitas petulantia

Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua, deſine morbo procacitatis iſto vti. Salluſt. in Cice. Grauiter & iniquo animo maledicta tua pateret. M, Tulli, ſi te ſcirem iudicio magis animi, q̃ morbo petulantia iſta vti. Et iterũ. Bibulũ petulantiſſimis verbis lędis. Hæc eadẽ nomina in factis quoq; nõnunq̃ reperiuntur, vt ſi quis ambulaus per impotentiã ment͛s, obuium cubito feriat: aut cũ contumelia ſibi cedere cogitat, hunc proteruũ dicimus. & Verg. Auſtros procaces vocat. & ab eodem. Hędiq; petulci floribus inſultent. Dictum eſt, q͂ hædi ſoleant iniuriam facere per animoſitatem quandam, tranſcendendo ſepes, & in alia loca penetrando, quę iniuria petulantia eſt.

¶Epitome capitis. cclxxxviij.

ORbus dicit̃ quicũq; re aliqua chara priuat⁹ eſt, vt oculis ac liberis, ſed ꝓprie liberis: ſed & liberi dicũtur orbi parentibus. Inde orbitas talis priuatio. Cęlebs autem dicitur nõ vt quidã putant caſtus, ſed ſine cõiuge, etiã ſi libidinoſus viuat. Inde cælibatus ſtatus ſine cõiuge. Hiero. tamẽ Auguſti. & Priſcia. a cælo deducunt.

¶Orbus & Cælebs. Cap. cclxxxviij.

Orbus
Orbitas.

ORBVS dicitur quicũq; aliqua re chara priuatus eſt. Proprie aũt parens amiſſis liberis, quaſi amiſſa luce oculorum. Vnde illud frequẽs. Parẽs liberorum an orbus? Et hinc orbitas, quę eſt illa qualitas patrũ poſt amiſſos liberos, vt vxoris viduitas poſt amiſſum maritũ. Quinti. de patribus in ipſos loquens ꝓ vxoribus, ait. Nõ habet orbitas veſtra lacrymas ſup ardẽtes rogos. Tenetis incõcuſſam rigidãq; faciẽ. Cõtrariũ huic eſt, quũ dicit̃ orb⁹, quaſi orphanus, vt apud Teren. Orbe qui proximi ſunt, vxorem ducant. Et hinc orbitas apud. M. Tul. lib. iij. de oratore, quaſi orphanitas. Deplorauit eñ cauſam atq; orbitatem ſenatus, cuius ordinis a conſule, qui quaſi parens bonus, atq; tutor fidelis eſſe deberet, tanquã ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis. Cælebs tamen non tam qui caruit ſemper vxore, q̃ qui nunc caret, & inde cælibatus.

Cęlebs
Cælibatus.

¶Epitome capitis. cclxxxix.

DIuturnus, & diutinus dicitur per longũ tempus durans, aut qui durauit, ſerotinus, aut. veſpertinus, aut nimis tardus, quaſi poſt tẽpus debitum, ſicut pręcox ante tempus ſuũ coctum dicitur. At præmaturũ contra ante maturitatẽ, Maturum autem eſt quod neq; ſerius, neq; citius coctũ eſt, aut perſona ſenilis, ſeu perfecta moribus. Inde maturo maturum facio ſeu feſtino.

¶In illo tamen. i. Ænei. Maturate fugã, volunt peritiores non eſſe idẽ. quod feſtinate, ſed mature agite quaſi dicat, ne ſitis nimium pręcipites, ſed audiatis quæ dicam. Vnde addit. Regiq; hęc dicite veſtro. Multi præmaturũ putant ante tempus maturum, quum nõdum maturum, & quod officio fungitur priuſq̃ ſit maturũ. Homo ſenilis recte a Seruio cenſetur maturus euo, ſed perfectus moribus maturis, qui quaſi maturans æuum.

¶Diuturnus, diutinus, pręcox, ſerotinus, pręmaturus, maturus. Cap. cclxxxix.

DIVTVRNVS & diutinus nihil differunt. Verũtamen in bonũ & in malum reperitur, & vtrũq; diu, ſiue diutius venit. Sed vnũ eo modo formatur, quo a die diurnus, a nocte nocturnus. Alterum quomodo a ſero ſerotinus, a mane ſiue a matuta quę eſt dea. matutinus: vtq; aliqui vtuntur, a veſpere veſptinus. De diuturnus plurima exẽpla ſunt. De diutinus apud Ciceronem per pauca. Ad Brutum ſic ſcribit. Libertatis deſyderio, tędioq; diutinę ſeruitutis. Quinti. Non ſic confundunt obuios grauibus cathenis colla ſtridẽtia. Nec diutino ſqualore concreta facies. Quia dixi ſerotinus a ſero, videar ſignificaſſe ſero pro veſpere, nõ pro eo qđ eſt tarde ſiue poſt tempus. Hæc eñ tria ſero ſignificat, quę tamen pene idem ſunt. Vna & vera ſignificatio eſt pro veſpere, quod eſt poſt occaſum. Altera q̃ hinc naſcitur, q̃ eſt poſt tempus. Quod eñ poſt ſolis lucẽ eſt, id vere poteſt poſt tẽpus dici. Cicero. Quũ accuſator Milonis idemtidẽ interrogatus inſtaret, quo tempore Clodius eſſet occiſus, vrbane reſpondit, ſero, nõ tam horam intelligens, q̃ tardius occiſũ & poſt tempus, quo debuiſſet occidi. Tertia ſignificatio eſt pro tarde, nõ pro tardius, vt apud Senecã in tragœdijs. Sero nos illa referat ſenectus. Nemo ad id ſero venit, vnde nunq̃ quũ ſemel venit, potuit reuerti. Serotinus igitur tum a primo ſignificato (vt quibuſdam placet) venit, qui dicunt horã ſerotinã, tempus ſerotinum pluuiam ſerotinã, tum a poſterioribus. Appellamus eñ vt p̃coces vias, pręcoces ficus, precocia poma, quę ante legitimũ, conſuetũque tempus, ſiue cito matureſcũt. Ita ſerotinas vuas ſerotinas ficus, ſerotina poma, quę poſt tempus legitimũ, conſuetũq; cæteris pomis, vel tarde matureſcunt. Pręcox quoq; ingeniũ per tranſlationẽ dicimus, quod nimis cito maturitatẽ conſecutũ, nimiſq; cito videtur adoleuiſſe, ideo ait Quinti. Illud ingeniorum velut præcox genus, nõ temere vnq̃ peruenit ad frugem. i. non fere vnq̃ ad perfectionem, tãq̃ ad frugem fructũq; peruenit, pręcox quaſi ante tempus excoctum. Huic ſimile, ac diſſimile eſt pręmaturus, quod eſt anteq̃ ſit maturus, & ante maturitatem, vt ſegetes pręmaturę, frumẽta pręmatura, poma pręmatura, id eſt nondum matura, & per tranſlationem pręmaturus ſum militię, pręmatura ętas, præmatura legatio, pręmatura allocutio, pręmatura poſtulatio, id eſt immatura, q̃q̃ maturum ipſum in frugibus proprie dicitur, & id vno modo In perſonis vero figurate, & hoc duobus modis. Vno ſic. Ego ſum maturus audiendæ philoſophiæ Tu es maturus rei militari. i. perfectionẽ temporis habes ad hanc rem. Vnde ætas ſenilis vocatur matura, quaſi omnino perfecta, & tempus debitum aſſecuta. Altero ſic. Ego ſum homo matur⁹, id eſt perfectus moribus, & in hac ſignificatione nõ componitur. Inde matureſco maturus fio, & maturo maturas, maturũ facio, vel perficio, atq; feſtino, vt Verg. Maturate fugam. Cicero ad Herenniũ. In ętate maturrima dixit, pro in ætate feſtinatiſſima, & mature aduebium pro cito.

Diuturn⁹.
Diutinus.

Serotinus.
Sero.

Pręcox.
p̃maturus

Maturus.

Ætas ſenilis matura vocatur.

Maturo.
Maturrimus.

¶Epitome capitis. ccxc.

¶Annuum dicetur, aut quod per totum annũ, aut quod ſemel fit peracto anno.

Annuus.

¶Vnde annuus penus a Plauto, qui annum duret dicitur. Et annua ſacra a Verg. q̃ pacto anno ſingulis annis ſemel fiant.

¶Annuus. Cap̄.ccxc.

ANnuus eodem modo dicimus, quo diurnus. Spacium diurnũ, ſpaciũ annuũ, vnius diei, vniuſve anni. Annuus quoq; quomodo quotidianus, febris quotidiana eſt, quæ ſingulis diebus venit. Ita apđ Ver. Atq; ãnua magnę Sacra referre Cereri. i. ſingulis ãnis. Et duo illi Epicuræi philoſophi Annua febri quo die nati fuerant corripiebãtur, qua febre mortui ſunt, atq; eodẽ quidẽ die. Dictũ eſt ergo annuum, quaſi anniuerſariũ. Nam vt feſta, ſic febres quibuſdam, quorum etiam Auguſtus fuit, anniuerſaria ſunt.

Annua febris

¶Epitome cap̄.ccxci.

¶Capitale odium, aut ſuppliciũ, ſeu morbi genus dicitur quod caput alterius petit. Capitalis homo, cuius caput petitur. Capitale vitiũ, propter quod caput petitur.

¶Capitalis. Cap̄.ccxci.

Capitale

*Ci.li.v. Philip. Ad quendã ſe ptimũ capitalẽ hominẽ collegã ſuum miſerat

CApitale odium, quod caput & vitam petit alterius. Cice. Quam is tribunus plebis capitali odio a Quinto Pompeio qui tum erat conſul, diſſideret. Item capitale ſuppliciũ, capitalis morbus, qui caput alterius petit. Capitalis aũt hõ, capitale vitium, capitale peccatum, nõ quod petat alterius caput, ſed cuius caput, aut propter quod caput committentis peti debeat ad pœnã, vt idem. Capitalis Etheocles vel poti⁹ Euripides. Et alibi. heri ait in ciuitate vitia capitalia.

¶Epitome cap̄.ccxcii.

¶Meritoria taberna q̃ pro mercede patet, meritorius puer ſtupro a mangone pro mercede expoſit⁹ Puella aũt nõ meritoria, ſed proprio vocabulo meretrix dicitur. Ingenui aũt dicuntur, qui quia liberi ſic non proſtituũtur. Mãgo eſt qui pueros puellas, equos, canes, aut ſimilia vænundat. Mereri autem aut merere, eſt ſtipendia facere. ſeu pro mercede militare. Lucanus. Ære merent paruo.

¶Meritoria taberna. Cap̄.ccxcii.

Taberna meritoria.
Mereri
Stipendia facere.
meretrix.

MEritoriam tabernam diuerſoriũ, atq; hoſpitiũ mercenariũ vocam⁹, q̃ cuiq; introire licet danti mercedem nam mereri, mercede operari, laborare, atq; alteri inſeruire eſt, ideoq; mereri in militia eſt exerceri, proprie tamen ſpe ſtipendĳ ac pmĳ, quod dicitur ſtipendia facere. Hinc meretrices dictæ, ſuam & ipſæ militiã exercẽtes ac ſtipendia ſua facientes, & adiectiuum meritorius, ria, rium, vnde ſcorta maſcula, pueri meritorĳ vocãtur. nam puellæ non vocantur meritoriæ. Quippe proprium ſuum habentes nomen, quod eſt meretrix. Quidam aiunt hos pueros dici catamitos, qđ mihi non videtur, ſed potius concubinos: meritorĳ nanq; vt meretrices pcio merent. Cicero in Antonium. Ingenui pueri cum meritorĳs, ſcorta cũ matribuſfamilias verſabantur, ingenuos liberos dixit Meritorios ergo nõ liberos, quos mango, qui ideo hoĩes mercatur, vt vendat, cõmodare etiã abuti dos pcio ſolet, ſiue illi dñorũ permiſſu, aut ipſi ſuo iure

Meritorĳ pueri

Ingenui

Mango

proſtant, appellamus corpus meritorium tam puerum meritorium, q̃ meretricem, rationẽ quoq; meritoriam quaſi vilem, & male correctam.

* Rõ meritoria dicitur vilis & male cerpta.

¶Epitome capitis.ccxciĳ.

INfenſus vehementer iratus, quaſi multũ offenſus. Infeſtus vim inferẽs, & ita multũ moleſtus, vnde infeſtare, quo frequentius q̃ moleſtare vtuntur docti.

Infenſus.
Infeſtus.
Infeſto.

¶Infenſus & infeſtus. Cap̄.ccxciĳ.

INFENSVS vehementer iratus, & odiũ gerens, infeſtus vehementer moleſt⁹, atq; in aduerſum vadens. Inde infeſtare, incurſibus crebris moleſtia afficere ſigna infeſta, quæ in aduerſum ten dunt, hoc eſt vexilla in hoſtem euntia, vt moleſtiam inferant. Moleſtare autẽ rarius reperitur, q̃ infeſtare. Modeſtinus iuriſcõſult⁹ ait. Ab Aurelio Sempronio fratre meo, neminem moleſtari volo.

¶Epitome capitis.ccxciĳ.

PRæſens dicitur nõ ſolũ qđ nũc adeſt, ſed qđ prius adfuit, aut qđ aderit, vñ vſus ſum, vtor & vtar præſentibus viribus meis in prælio. Præſens aliquãdo imprӕſentiarũ eſt. Preſens itẽ ſubitum, & non dilatũ in alterũ tẽpus, & qđ cito exit in opus ſuũ, quaſi præſentaneũ. Vnde & præſtãs dicit cito auxilians. In rem aũt præſentẽ, locũ nõ tempus cõnotat. Ad tempus vero, aut ꝓ opportunitate, aut vſq; ad certum tempus intelligitur.

*Cic Dolebã iudices & acerbe ferebã, ſi hui⁹ ſal⁹ ob eam ipſam cãm eẽt iẽſtior q; is meã ſalutẽ atq; vitã ſua beneuolẽtia pſidio cuſtodiaq; te xiſſet.

¶Pro cito auxiliante quaſi præſens numen habente dicit Vergi. in Bucco. Nec tam præſentes alibi coſgnoſcere diuos.

¶Præſens ad tempus. Cap̄.ccxciĳ.

Præſen.

PRÆSENS non modo quod eſt huius tẽporis ſed etiã alteri⁹ vt Cice. Ego incolumitati ciuiũ primũ, & poſtea dignitati, ille præſenti potius dignitati, q̃ futurę cõſulebat. De mortuo loq̃tur. Ergo nõ nunc præſenti, ſed tunc Quint. de ipſo Cicerone iã defuncto loquens ait. Poſtea vero q̃ triũuirali proſcriptione cõſumptus eſt, paſſim qui oderant qui inuidebant, qui emulabantur, adulatores etiã præſentis potentiæ non reſponſurum inuaſerunt, præſentis potentiæ, quæ tunc erat præſens. Neq; in præteritum modo, verumetiam in futurũ, vt Horatius. Pleraq; differat, & præſens in tempus omittat. Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis author. In præſens id eſt in ſuum tempus, vt dixi, & quando tempus rei dicendæ aderit, niſi accipiatur pro impræſentiarum, vt idem. ĩ. carminum Lætus in præſens animus, quod vltra eſt oderit curare, & amara lento. Temperet riſu, nihil eſt ab omni parte beatum. Præſens quoq; dicitur ſubitus, & non dilatus in alterum tempus, vt Vergi. Præſentemq; viris intentant omnia mortem. Iuuena. Pœna tamen præſens. Et præſens vltio, vnde præſentiſſimũ periculũ, præſentiſſima medicina, & præſentiſſimũ remediũ, præſentiſſimũ venenũ, quod etiã præſentaneũ vocat. Præſentiſſimũ, q̃a ſtatim aut ſanat aut occidit. Et qm̃ ea q̃ pręſentẽ vim effectũq; exhibẽt pſtãtiora, ac potentiora cæteris videnẽ, ideo in hũc quoq; ſenſum accipi ſolet, vnde præſens animus dicit præſtãs, atq; excellẽs.

In præſentiarum.

**In rē præſentem.** Et præſens remediũ, præſenſq; virtus id eſt potens & in primis efficax. In rem præſentē, non tēpus, ſed locum ſignificat, vt Cice. lib. i. offi. Vt ſi conſtitueris cuipiam te in rem præſentem eſſe venturũ id eſt ad locum de quo controuerſia eſt. Liuius lib. xxxviij. Reſponderi legatis vtriuſq; partis placuit, miſſuros ſe in Aphricam, qui inter populũ Carthaginēſem, & regem in re præſenti diſceptarent. Idē lib. xlviij. Eodem anno inter populum Carthaginēſem, & regē Maſiniſſam in re præſenti diſceptatores Romani de agro fuerũt. Valerius maximus lib. vij. Quintius Fab. Labeo arbiter a ſenatu filium conſtituēdorum inter Nolanos & Neapolitanos datus, quum in rem præſentem veniſſet, vtroſq; ſeparatim monuit. Ad tempus duobus modis ſumitur, vno ad cōditionem temporis, neceſſitatem, oportunitatem. Cicero pro Milone, q̃ ad tempus apte ſimulationes Quintilian⁹. Fingere nimirum ad tempus videbor, & rem nimium manifeſtam imprudenter cōplorare. **Ad tēpus.** Altero ad ſpatiũ temporis, vt ſ(l)ebo ad annũ, & vſq; ad tempus quoddam, vt Quinti. Optimum emendandi genus, ſi ſcripta in aliquod tempus reponātur, vt ad ea poſt interuallum velut noua, atq; aliena redeamus id eſt vſq; ad aliquod tempus. **Vſq;.** Nā ſæpe ſubintelligitur vſq;, vt idem neq; id veteribus Romanis dedecori fuit, argumentum eſt ſacerdotũ nomine ac religione durās ad hoc tempus ſaltatio, id eſt vſq; ad hoc tempus.

¶Epitome capitis. ccxcv.

STultus qui improuide agit, licet inſipiēs plane nō ſit. Fatuus plane inſipiens eſt. Stolidus ad naturam pecudum accedens.

¶Stultus ab alijs dicitᷣ qui alicui rei nimium ſtudet & ita imprudenter agit, vt qui mercationi rerũ inutilium, aut amoribus nimiũ intendit. Fatuus non a fatua, ſed a fando, vt faunus, & fatua ab alijs deducitur, qui plus equo. & incōſyderate fatur. Stolidus qui ſtuporem pecuino corripitur, ita vt tardius intelligat. Simo Terētianus. Vix tandē ſenſi ſtolidus.

¶Stultus, fatuus, ſtolidus. Cap. ccxcv.

**Stultus.** STVLTVS qui imprudens eſt & improuidus, multiq; non inſipientes homines aliquando ſtulte agunt. **Fatuus.** Fatuus plane inſipiens eſt, tractum eſt a ſapore ciborum, nam quum illi non ſapiũt, fatui dicuntur ita & homo qui non ſapit, fatuus vocatur. Martia. vt ſapiāt fatue fabrorum prandia bete. O q̃ ſæpe petet vina piperq; coquus. Melior hui⁹ vocabuli videtur hæc cauſa, q̃ ea quæ quibuſdā placet. fatuos dictos qui furore quodam, quaſi vxor regis Fauni. Fatua nomine, corripi ſolebat, futura prædicunt, vt illa faciebat. **Stolidus.** Stolidus eſt qui proxime accedit ad naturam ſenſumq; pecudum.

*A fādo fatuũ qdā deriuari dicũt q̃ſi fari neſciens.

¶Epitome capitis. ccxcvi.

BEatus dicitur bene habens, ea videlicet omnia quæ ad vitæ vſum ornamentũq; ſpectant vnde & alia res, vt vox abundans & omnis numeros ſuos habens beata dicitᷣ. Beati quoq; ſunt ſuperi, qui ijdem felices.

¶Sed de hac re latius Mācinellus ex Beroaldo colligit dicens. Beatus propriæ qui dici poſſit a Sene. a M. Tul. ab Horatio ab aliis pluribus docemur. **Manci. Beatus.** Seneca enim epiſtola prima libri. vi. ita ſcribit. Si vis q; his verborũ ambiguitates deducere, hoc nos docere, beatum, non eum eſſe, quem vulgus appellat ad* quem pecunia magna confluxit. Sed illum cui bonum omne in animo eſt, erectum, & exciſum, & mirabilia calcantem, qui neminem videt cum quo ſe cōmutatum velit, qui hominem ea ſola parte exiſtimat, qua homo eſt, qui natura magiſtra vtitur, ad illius leges cōponitur, ſic viuit quemodo illa præſcripſit. Cui bona ſua nulla vis excutit, qui mala in bonum conuertit, certus iudicij, inconcuſſus, intrepidus, quē nec aliqua vis mouet, nulla perturbat, quē fortuna quũ in eum, quod habuit telum nocentiſſimum vi maxima intorſit, pungit, non vulnerat, & hoc raro. Nam cetera eius tela quibus genus humanum debellatur, grandinis in ore diſſultant, quæ incuſſa tectis ſine vllo habitatoris incōmodo crepitat ac ſoluitur. Apuleius etiam in libro de philoſophia ſic ait. Verum enimuero illum omnibus beatum videri, cui & bona ſuppetunt, & quemadmodum carere vitijs debeat callet. Et. M. Tul. libro. v. tuſcu. ita ſcribit. Videamus qui dicendi ſunt beati, equidem hos exiſtimo qui ſint in bonis, nullo adiuncto malo. Horatius vero libro primo epiſtolarũ ad Quintum inquit. Neue, putes alium ſapientē, bonaq; beatum.

¶Beatus, felix. Cap. ccxcvi. **Beatus.**

BEATVS qui rebus omnibus ad vitæ vſum. ornatumq; ſpectantibus abũdat Ideoq; locupletes ſane homines beatos vocamus, vt apud Iuuenalem. Vetulæ veſica beatæ, & Cice. Sint florentes ſint beati. Et alibi. Crotoniate quondam quum florerēt omnibus copijs, & in Italia quũ in primis beati numerarentur. Vnde apud inferos in Elyſijs campis beati vocantur, & a nobis qui apud ſuperos viuũt, vt pene ijdem ſint felices & beati. **Felix.** Felicitas ac beatitudo, felices inquam omnium bonorum compotes. Sunt & alie res, pro ſua quæq; natura beatæ feliceſq;, veluti de voce apud Quin. Ornata erit pronũciatio, cui ſuffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura. ſecās æra, auribus ſedens, beata dixit pro eo quod eſt plena & perfecta, & alibi. Nam vocis quantam in nullo cognoui felicitas.

**Vox btā. ia pœna.**

¶Epitome capitis. ccxcvij.

MOllicies pro rerum qualitate laudi aut vitio datur. Nam mollis homo vituperatur molle ſignum laudatur, quaſi flexibile & viuā effigiē habēs. Eſt autem ſignũ fuſa, ſculpta effigies. Tabula quæ picta eſt.

¶Mollis homo, molle opus, Cap. ccxcvij.

**Mollis, hō & opus.** MOLLIS homo dicitᷣ, & molle opus hoc in laudem, illud in vituperationē. Ver. India mittit ebur molles ſua thura Sabei. Idem. Excudent alij ſpirātia mollius era. Credo equidem viuos ducent de marmore vultus. Qđ non ſine ratione factũ eſt. Nam qui non fuerit ſeruus, fortis, & cōſtans & in more rei dure patiens, reſiſtenſq; fortunæ, vel aduerſę, vel blandę, hic mollis eſt, ſimilis ceræ, aut tenelis plantis, quum præſertim, qui mollicula mēbra habent, fere molli ſint mente, vt pueri fœminæq;. Contra autem milites, nautæ, agricolæ, vt corpore,

*Vergil. Quid nemora ethis opũ molli canētia lana.

ita animo indurati putantur. Hoc igiť modo molle accipiť in vitiũ. In laudẽ vero, ꝙ vt durus cibus, durum cubile, durum ſolum, ita durum ingenium, veluti durus equus ad domandũ, durum ingeniũ ad docendum (vt ſic dicam) ſcalpendum, eadem ratione molle dicetur, qđ non eſt durum, eritq; laudabile. Quintilianus de ſignis loquens, inquit. Illius opera duriora, molliora huius. Dicuntur aũt ſigna opera ſculptilia, ſiue fuſilia, ſiue cætera eiuſmodi ad effigiem animaliũ fabricata, quẽadmodum tabulæ opera pictorum. Si quidem in tabulis antiqui pingebant, non in parietibus hæc talia magis dicentur mollia. quæ fiunt, q̃ ingenium qđ facit.

Signa.

Tabulæ.

¶Epitome capitis.ccxcviij.

CRudus cibus, non coctus dicitur. Crudus homo qui cibum difficulter digeſtibilem comedit, aut qui nondũ digeſtum habet. Item qui ex hoc truci aſpectu eſt. Præterea crudum dicitur recens, & non maturum.

¶Crudus quot ſignificationes habet & quibus admiſcetur. Cap̃.ccxcviij.

Crudus.

CRVDVS vocatur, non qui cibum indigeſtum habet in ſtomacho, ſed qui ęgre, difficileq; digeſtibilem, & a quo offendiť, vel tanq̃ nimio, vel tanq̃ noxio vt Cice. de Roſcio. Qui in cœnã nõ veniretur, ꝙ eſſet crudior. Et Quin. Crudo oratori, declamandũ non putat. At cibo indigeſto fere & oramus, & negotia agimus, vť magis q̃ digeſto. Siquidem digeſto, & modificato cibo iterũ refici malumus, q̃ cætera facere. Appellamus autem hominẽ crudũ, præſertim qui eſt truci aſpectu ꝙ eius aſpectu oculi noſtri offenduntur, vt ſtomachus cruditate cibi, vel ꝙ facies crudũ habẽtis animũ inſuauis, & fœda eſt, vt facies crudum ſtomachum habentis, ſiue crudum cibũ in ſtomacho. Eſt etiam crudũ idem qđ recens. Vnde crudus dolor, crudũ vulnus, & recrudeſcere dolor, & vulnus dicitur, quaſi renouari. Et cruda poma dicimus, quæ nõ ſunt matura, vt Cice. Poma q̃ cruda ſunt vi auelluntur, quæ autem matura & cocta, decidunt.

*Iuue. & crudũ pauonẽ ĩ balnea portaſ

Poma cruda.

¶Epitome capitis.ccxcix.

IN diem viuere eſt non curare de craſtino quaſi ad præſentẽ dũtaxat diem cogitare, ac ſi nõ ſit alius futur⁹. In dies eſt quotidie, ſed petit dictionem incrementi, cũ qua, & ſine qua quotidie ponimus, ſed cum diſcrimine. Nam vt quotidie plures moriantur, ſatis eſt ſi heri quinq;, & hodie ſex mortui ſunt, vt cras ſeptẽ moriantur. at vt in dies, aut ſingulos dies neceſſe eſt, ſi haberi quinq; mortui ſunt, hodie moriantur ſex, cras octo, perendie.xi.&c. Et ſicut in diẽ & in dies differunt, ita in horam & in horas. Propediẽ id eſt ſtatim quaſi prope ſit dies. Propemodũ id eſt pene quaſi ꝓpe ſit modus q exigiť.

¶In diẽ, in dies, in horã, & in horas quibus verbis iunguntur. Cap̃.ccxcix.

In diem.
In dies.

IN DIEM aliud modo eſt, q̃ in dies, illud plerũq; cũ hoc verbo viuit iungitur vt Quinti. Nõ vt fere volucres præſentis modo cibi memores in diem viuũt. Duraturus hyemi reponiť victus aliquãdo ſed raro cũ alio iũgitur verbo, vt Sallu. Panẽ in diẽ mercari. q. d. pręſentis diei habere rationẽ, nihilq; cogitare de craſtino. In dies eſt idẽ quod quotidie, ſed proprie cũ quodã incremẽto. Ideoq; plerũq; cũ cõparatiuo, vt quũ in dies malũ arctius præmeret. Et quũ in vrbẽ infinitũ malũ ſerperet. idq; maneret in dies latius. Etiã ſine cõparatiuo, ſed tamẽ per verbũ ſignificans incrementũ, vt Liuius Creſcente in dies multitudine, ſcilicet quotidie, aut in dies magis, quũ tamẽ liceat ſuppbia exẽpla dicere per quotidie, quũ quotidie malũ arctius præmeret, & quũ in vrbẽ infinitum malũ ſerperet, idq; maneret quotidie latius, & in ſingulos dies, vt Cice. ad atticũ. Quotidie vel potius in dies ſingulos breuiores literas ad te mitto id eſt non modo quotidie breuiores, ſed etiã in dies. Nã hæ quotidianæ literæ ſunt breuiores his quas antea mittere ſolebã. quæ poterãt eſſe omnes pari breuitate. Atq; hæ quas in dies ſingulos, ſiue in dies mitto breuiores tales ſunt, vt hodierne ſint breuiores heſternis, & craſtine hodiernis, & perendine craſtinis & ita aſſidue. Et peſtilẽtia in dies, fit maior, & quotidie fit maior. Sic poſſunt videri hæc duo differre, ꝙ in hoc poſſunt hodie ſuper numerũ heſternũ deceſſiſſe quatuor, quũ heri deceſſerint decẽ ſuper numerum eoꝝ, qui deceſſerant nudiuſtertius. Non ita in illo vbi vltimus quiſq; dies maxime increſcit vt ſi nudiuſtertius deceſſerũt duodecim, heri quatuordecim, hodie neceſſe eſt decedãt ſaltẽ decẽ & ſeptẽ, cras ſaltẽ vnus & viginti, perẽdie ſaltẽ, ſex & viginti. Eãdem differentiã habẽt in horã & in horas, quã in diẽ & in dies Cicero in Philippi. Nec qui in horã viuũt, non modo de fortunis, & bonis ciuiũ, ſed ne de vtilitate quidẽ ſua cogitauerũt. Verg. Gallo cuius amor tantũ mihi creſcit in horas. Quãtũ vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus. Si quis autem in dies & in horas, ſiue in dies ſingulos, & in horas ſingulas, ſine illa exacta ratione incremẽti accipere velit, non denegãdũ ſibi hoc puto. Propediẽ eſt quaſi ꝓpe eſt dies, quãdo hoc fiet. Cice. Et præſens ꝓpediẽ, vt ſpero, & dũ aberis, abſens loquar. Eodẽ modo quo dicimus ꝓpemodũ, quaſi prope menſurã, quod accipitur pro pene, ſiue prope quũ eſt aduerbium.

In horam.
In horas.

Propediẽ.
Propemodum.
* Teren. Et illũ tibi ſaluũ affuturum eſſe hic cõfido ꝓpediem.

¶Finis quarti libri cum eius explanatione.

¶Eiuſdẽ Iodoci Badij Aſcẽſij in proœmiũ quinti libri epitome.

Epitomẽ quintũ librum.

QVoniã per triẽnalẽ occupationẽ, atq; peregrinationẽ a literis abſtractus, filię. i. editioni ſuę dotẽ. i. acceſſionẽ variaꝝ eruditionũ cõparare nõ potuit, neq; ſi potuerit, operepcũ ſe facturũ norit, quũ copia ſæpe nauſeã pariat, & nõ formoſa ſatis cẽſeat, q cũ prægrãdis dos exigiť. Cõſtituit filiã ſex talẽtis dotatã nuptui dare. i. editionẽ hãc ſex libris locupletatã emittere, præſertim cum exire geſtiat, ne forte vel abſente patre, vel mortuo ꝓſter filia. i. ne direptioni pateat, diutina lucubratio. h. d.

Exire.

¶Cæterũ ne qđ lateat, ſciemus opus ab authore edi, atq; emitti, ſed ſpõte, aut per ſe exire. Perſius. Si qđ tamẽ aptius exit. Ordo aũt in principio eſt. Tertius & ꝓpe quartus annus agiť iã mihi peregrinãti ſemper & volitãti per oĩa maria & terras, & expto etiã militiã ęſtate ꝓxima & qdẽ tota. Vñ non lega totã militiã tota ęſtate. Vſus eſt autẽ in tẽpore continuo

ablatiuo iuxta ſententiã ſuã prius viſam. Quid putã dum eſt vniuerſa defuiſſe ſup. quantũ incõmodi at tulerit? Ad ſtudia reſpeximus, quaſi cõmiſerãtes ac dolẽtes. Iacturã. i. amiſſionẽ, tractũ a iactura nauigã tium. Dic mihi muſa &c. Sic trãſtulit Horatius in de arte poetica. Dotẽ filiæ. i. doctrinã operis hui⁹. Proci ſunt qui cõiugẽ petũt. Alios magis incipit amare q̃ patrẽ. Alludit ad filias adultas, quæ virũ expetunt. Qd dĩ omen auertant, honeſta parentheſis ex more antiquoꝝ ſumpta. Maro Æneid. ij. Qd dĩ pri⁹ omen in ipſum Cõuertant, virgo præſertim, virginem dicit, quia alibi nihil ab aliis prælibatũ ſe aſſumere fatetur. Sanctitatem vxoris id eſt integritatẽ doctrinę. Reliqua nota ſunt.

*Proci qui ſunt.*

¶LAVRENTII VALLENSIS LIBRI elegantiarum linguæ latinæ Quinti Procemiũ.

*Negotia excuſat.*

TERTIUS IAM mihi, & ppe quart⁹ annus agit peregrinanti ſemper, & per omnia maria terraſq; volitãti, proxima etiã æſtate, & quidẽ tota militiã experto qd vtrum honeſtiore, an magis neceſſaria cã fecerim, haud equidẽ ſcio. Illud tamen vel me non affirmante indubitatũ cunctis eſſe nõ ambigo, quæ maxima atq; adeo ſola ſtudiorũ præſidia ſunt, ea mihi omnia defuiſſe, literatoꝝ cõſuetudinẽ, libroꝝ copiã, loci opportunitatẽ, tẽporis otiũ, ipſam poſtremo animi vacuitatẽ. Quoꝝ ſingula quũ plurimum incõmoditatis afferãt dũ deſunt, quid tandẽ putandũ eſt vniuerſa feciſſe? tãetſi repugnauimus aſſidue, & quoad licuit neceſſitatibus reluctati ſumus. Interq; nauigãdum, peregrinandũ, militandũ, frequẽter ad ſtudia reſpeximus, ita vt ſi nihil lucri in literis (qd optabamus) certe (qd proximũ eſt) nihil dãni faceremus, qd ſi nõ cõtigit, iacturam hanc multarũ rerũ notitia, quas vel vidimus, vel ſumus experti fortaſſe pẽſabimus. Hac enim pcipuæ via Homerus informandũ eſſe virũ ſapientem præcipi. Vlyſſis exẽplo. Ita nãq; Odyſſeam inchoat. Dic mihi muſa virũ captę poſt tẽpora Troię. Qui mores hominũ multoꝝ vidit, & vrbes. Quãq̃ quid tergiuerſamus quid blãda, aut inani excuſatione nos fallimus? qualeſcũq; redierimus, nihil tamẽ quo dotẽ filiæ iã me abſente adultę ampliare queamus, attulim⁹, & collocãdi iã tẽpus eſt, ſatiuſq; multo q̃ primũ nuptui dare, q̃ diutius cuſtodiẽdo pudicitiæ periculũ adire. Mira, eñ eſt puellę, vel procoꝝ vel amatoꝝ multitudo. Ipſa quoq; teneri amplius nõ vult. Et (qd me valde ſollicitũ facit) alios magis incipit amare, q̃ patrẽ. Quare nõ vacat comparare plura, quo ſplẽdidius, ac magnificẽtius collocemus Sex nãq; talẽta, quæ ante pfectionẽ noſtrã parta, ac repoſita erãt, in dotẽ dabimus. Quod quũ ſatis eſſe debeat, tñ multo plus eſt qd poſthac tẽporis acceſſione adijcere poſſemus, & certe ſimilia impedimẽta (vt de morte taceãt) extimeſcẽda ſunt, ne forte (qd dĩ omen auertãt) vel abſente patre, vel mortuo, filia (vt q̃ ea ætate, atq; adeo ea mẽte ſit) pſtet. Sufficiant igit huic operi quatuor ſuperiora volumina, quintũq; hoc de verbis, accedẽte ſexto de nothis authoꝝ. Qd ſi etiã plura ſcribẽdi facultas tẽpuſve ſuppeteret neſcio an faciẽdũ putarẽ, quũ ſciã, ea q vel optima: atq; pulcherrima ſunt, niſi cõpẽdij gratia iuuenit, vt põtificales olim cœnæ, lõgitudinis faſtidio laborare ſimulq; huius, de qua loquor materię neminem (de prudẽtibus loquor) vniuerſum corpus aggredi eſſe auſum, nã ſuã ſibi vnuſquiſq; particulã ad ſcribẽdũ delegit, ſiue ne lõgiore opere legẽtibus faſtidiũ moueret, (Qd eñ vocabulũ nõ ſuã habet in ſignificãdo elegãtiã ſiue immẽſitatẽ) infinitatẽq; voluminũ veritus? Quib⁹ reb⁹ me quoq; motũ fuiſſe fateor, tũ mea ſpõte, tũ illoꝝ exẽplo maxime, ne ſemper imperfectum, ne ſemper incluſum habere, ne ſemper efflagitãtibus opus negare videamur, neve quibus obſequi, & a quib⁹ laudũ ſuffragiũ nãciſci cupimus eiſdẽ iuſtę q̃relæ, iuſtæq; vituperationis materiã pbeamus. Tũ eo cp iſidiatores, & fures re exptus (vt. ij. li. dixi) cauere debeo, quos nunc multo plures eſſe, ac fore amici oſtẽdũt, q cã Priſciano (vt ipſe teſtat) fuit, vt feſtinantius opus illud de arte grãmatica ederet. hac eadẽ nos cauſa, & cæteris quas enumerauim⁹, ſum⁹ adacti, nõ mõ vt feſtinãtius libros noſtros, verũ vt pauciores ederemus. Et illi tñ æmuloꝝ inſidię nocebat, mihi etiã præter cætera fautoꝝ, atq; amantium ſtudia nocẽt. Tradat ergo aliqñ viro puella, cõtẽta hac (quãtulacũq; eſt) dote. Non eñ formoſam eſſe credibile eſt, qua maritũ, niſi magnitudine dotis cõciliãte nõ inuenerit, virgo pſertim. Maritũ aũt puellæ cœtũ literatoꝝ intelligimus, a quo ſanctitatẽ vxoris, Pudoreq;, & cuſtoditũ eſſe cupimus, & cuſtodiri debere teſtamur, ſed ad promiſſam verboꝝ ſignificationẽ (cuius hoc libro locus eſt) deſcendamus.

*Multa vidiſſe prodeſt.*

*Vlyſſis exẽplo vir ſapiẽs informandus.*

*Editionẽ hanc graphice filiã vocat.*

*Dubitat an plura ſcribere cõgitat.*

*Cur editionem maturet.*

¶Epitome capitis. ccc.

Diſco, vt ſciã, & intelligã. Ediſco, vt memoriter ciã, qd inepti dicũt cordetenus ſcire. Dediſco id eſt nõ eſſe vt didici diſco. Sicut dedoceo cõtrariũ doceo, aut nõ eſſe qd ego, aut alius docuit doceo. Inſtruere aũt p eo qd eſt docere in vſu peritorũ nõ eſt, ſed p eo qd eſt diſponere ad exercitũ aliqđ,

¶Diſco, ediſco, dediſco, inſtruo. Cap. ccc.

DISCO ET ediſco manifeſte, differunt. Nam diſcere eſt vt intelligas. Ediſcere vero vt memoriter complectaris. Ideoq; caput apđ Quinti. qđ inſcribitur de ediſcendo, ita incipit illud ex conſuetudine mutandum prorſus exiſtimo in his, de quibus nunc diſſerimus ætatibus, ne omnia, quæ ſcripſerint ediſcant, & cætera, vt moris eſt, dediſcant. Dediſco quod didici obliuiſcor. Dedoceo te, qđ doctus es oſtendo falſum eſſe, docẽs qđ verum eſt, vt apud eundem in. ij. Et quidam prius, ac difficilius opus dedocendi q̃ docendi, illud, quo quidam vtuntur. Inſtruo quale eſt. Inſtruam te in via hac qua gradieris, nobis apud idoneos authores incompertum eſt. Dicimus enim inſtruo claſſem, inſtruo aciem, inſtruo cauſam, inſtruo militem, non autem diſcipulum, aut mentem alicuius, niſi eo mõdo quo inſtruimus ea quæ dixi.

*Diſco. Ediſco.*

*Dediſco. Dedoceo.*

*Inſtruo.*

¶Epitome capitis. ccci.

¶Excogitare eſt inuenire conſilio,& cogitatione ꝓprie ad res incorporeas.Reperire caſu & fortuna,inuenire vtroq; modo,& tam ad res corporeas, ꝙ ĩcorporeas.Offendere aut reuertendo quaſi in via: vt lapidem pręter ſpem inuenire, aut etiã aliter inuenire.Nãciſci eſt quaſi labore ac conatu inuenire, etiam aut aliter.

¶Reperio aũt quia venit a pario,videtur ex natura ſtudiũ & laborẽ poſcere. Vnde raro vbi a caſu inuenire ſignificaret reperitur.Sunt aũt ꝗ inuenire dicãt rem nouã,reperire prius habitã,a qua differẽtia natura vocabulorum non abhorret.

¶Excogito,reperio,inuenio,offendo,nactus ſum. Cap.ccci.

Excogito.

EXCOGITARE ETS PER COgitationẽ inuenire,idq; ad res tñ incorporeas pertinet. vt excogitaui argumẽta,rationes,figuras,cauſas.Eſt igitur ex cogitare & inuenire conſilij reperire vero fortunę,vt Ouid.Tu non inuenta reperta es, ſed iam vſus obtinuit,vt idem ſit reperio,quod inuenio Eſt autem inuenire vel conſilio,vel caſu, ſiue corporea,ſiue incorporea reperire.Offendo fere, quod reperio, neq; ſolum reuertendo, & ad ſtatum rerum vel priuatarum, vel publicarũ pertinet, vt offendes rẽpu. perturbatã cõſilijs nepotis mei, verumetiam ſine his, vt idẽ Cice. Sed tñ neminẽ tñ maleficum offendit,qui illũ negaret Antonij dignũ ſenatu, Nactus ſum etiã pro inueni,ſiue reperi frequenter accipitur,vt idẽ in Paradoxis.Eũ tu hominem terreto,ſi quẽ nactus eris iſtis mortis,aut exilij minis.Et de ſenectute.Vitis quidẽ ꝙ natura,caduca eſt, & niſi fulta eſt,fertur ad terrã,eadẽ vt ſe erigat,clauiculis quaſi manibus,quicquid eſt nacta cõplectitur.

Reperio. Inuenio. Offendo.

Nactus ſũ

Cic.M.Celio.In quo non obiurgaret cp nimio gaudio pene diſſiperem

¶Epitome capitis.cccij.

¶Deſipiſco,aut deſipio eſt male ſapio, vbi bene ſapui.& a ſenſu meo deſtituor,reſipio aut reſipiſco,ſenſum,ac ſapientiam meam recupero.

¶Deſipio,deſipiſco,& reſipiſco. Cap.ccc ij.

Deſipio. Deſipiſco.

DEſipio ſiue, deſipiſco ſignificat, vt cp aliquid,a cõi ſenſu ,ſapientiaq; minꝰ habet,vel cp a me ſenſu,ſapiẽtiaq; minus habet,vel cpa me ſenſu deſtitutor quod fere vitiũ,aut ex ætate venit,aut morbo,aut ex amore,aut timore,aut ſimili aliquo affectu,cuius contrarium eſt reſipiſcere.& ſenes qui dem iã dementes nunquã reſipiſcunt.Cæteri autem reſipiſcere.i.ad priorem mentis ſtatum,vel ad meliorem mentẽ redire ſolent-Teren.Multo oĩm nũc me fortunatiſſimũ puto eſſe gnate,quũ te ĩtelligo reſipuiſſe.

Epitome cap.ccciij.

¶Prohibeo eſt vetare ante inceptionem,& re inceptã ne videlicet qd incipias,aut ne incep tũ perficias.Inhibere tantũ de re incępta , ne eam pficias.

¶Prohibeo,inhibeo. Cap.ccciij

Reſipiſcer

PRohibeo vel generale nomen ẽ vel ãte rem inceptam.Inhibeo aũt re iam incepta.Illud vetat ne quid facias,vel ne quid incipias,hoc ne pgas ire,deſiſtaſq; ab incepto. Ver. Quod genus hoc, hominũ , quæve hunc tam barbara morem.Permittit patria?hoſpitio prohibemur harenæ. Idem parcite iam rutuli & vos tæla inhibete latini.

Verg.Prohibe in fandos a nauibus ignes

Prohibeo Inhibeo

¶Epitome capitis.ccciiij.

VTimur rebus ad aliud per eas obtinendũ. Fruimur ipſis propter ſe,ad delectationem quam habemus in ipſis,ſed dicimꝰ nos vti interdũ rebꝰ qbꝰ ſo ſimiliꝰ eſt nos frui ꝓpter hõeſtatẽ:vtimur aũt pſonis,qñ cũ eis conuerſamur nõ ſolum qñ earum opa vtimur.Fretũ eſſe eſt quaſi cõſiſum & munitũ eẽ. Vſus autẽ ꝓ vtilitate capitur. Fungimur aũt officio,quãdo ipm agimus. Defũcti aũt ſumus officio aut vita,quũ hoc vel hanc deplèuimus,nec ampliꝰ agimus.Potimur aũt re quã ꝑ laborem obtinuimꝰ.Cõtra id aũt quod fruitũ dicit in vſu non eſſe,& tantũ duo ſupina a fruor ponit dicit Mancinellus ſic.

Mancinel

¶Fruitus & Caper grãmaticꝰ & alij vſi ſunt. Ait aũt Caper.Fruitus ſum illa re. Veteres vix dixerunt fruitus ſum illã rem.Gel.aũt lib.xvij.ca.ij.refert Neuiũ dixiſſe ꝙ non par ſit apud ſe fruitus eſt,& Cic. li.ij. Tuſcu.fruiturũ dixit,vbi ait,conſyderetq; ſe fruiturum &c.Cęte℞ fruor etiã fructus ſum facit.Cic.eñ in Horteſio ſquit vt amœnitate ſumma fructus eſt Quod quidẽ Priſc.lib.x.aſſerit.

Vti. Frui

¶Vtor & fruor,fungor & defungor Cap.ccciiij.

VTor & fruor aperte differunt,ſed non ea ratione quam quidã volunt,omnia ſua imperitia confundentes,qui aiũt vti nos humanis:frui vero diuinis,imo & diuinis vtimur,& hũanis fruimur. Quis eñ mihi vſũ diuino℞ interdicat?Quis rurſus vetet me frui rebꝰ meis,labore & induſtria paratis?aut quis dicat me frui ſacris,quum in illorum verſor vſu atq; admiſtratione?Vel quis neget,quũ voluptati operã do fruiſ his rebꝰ,vnde capio voluptatẽ?Quod ſi dicerẽ, debere nos frui diuinis,vti vero humanis,ꝗ̃ꝗ̃ ne in hoc quidem illis accedo:fortaſſe audirem.De rebꝰ enim,non de verbo diſputarent.Nunc verbum exponunt,non res. Sed hoc cum ſua imperitia, & (quod fœdius eſt)cum ſua pertinacia relinquamus. Vti igitur eſt alterius rei gratia,frui nullius,ſed(vt ſic dicã) ꝓpter ſe.In illo iter eſt,in hoc meta,hoc alterius finis,ad,quẽ illud tendit,ꝗ hoc habet,qeſcit, & cõtẽtus eſt,ꝗ vtitur,nunꝗ̃ cõtentus ẽ,ſemp q; vlteriꝰ tẽdit.Ideoq; rephenſus eſt Hãnibal,ꝗ quum poſſet vti Cannenſi victoria,frui maluit.Vtor armis,vtor domo,vtor libris,vtor ſtudio,diligentia opaq; vt ex hoc poſtea emolumẽti aliqd boniq; cõſeqr.Fruor bonis meis,fruor tuo aſpectu,tuo alloquio , tuo cãtu,hoc eſt,delectationẽ voluptatẽq; pcipio ex hac re,atq; ex huiꝰ rei vſu.Nonnũꝗ̃ eadem re duo pariter,hic vtiẽ ille fruitur,vt ſi alter ad focũ ſedeat ſanitatis cauſa,alioq id non facturꝰ:alter voluptatis hic non tendit vltra,ſed apud finem ipſum qeſcit. Ille non cõtentꝰ pñti cõditione ad vlteriora tendit, qualis Hannibal ſi fuiſſet, nec tã pñti victoria requieſcere ꝙ pgredi maluiſſet,nõ eũ Adherbal ſcire vicere,ſed victoria vti neſcire dixiſſet.i.ꝗ frui illa,ꝙ vti maluerat.Dicimꝰ tñ nõnũꝗ̃ vtimur ꝓ fruimur verecũdiæ cuiuſdã cã,vt vtor pane triticeo.vtor pal mulis,vtor ficis ꝗ̃ vincẽli poriꝰcã edamꝰ ꝙ edẽdi cã

Vtor pro frui.

Fruitum. Fretum Vtor pſõa

viuamus.Deniq; frui eſt delectationem capere ex
vtendo.Itaque in idem recidunt ,idemque efficiunt
frui,delectari,voluptatem capere,quo ſit,vt non fu
erit cauſa,cur recentiores hoc ſolum vocabulũ frui
vnde venit fruitio ſolis rebus diuinis dare voluerit
Habet enim hoc verbum duo ſupina , fruitum &
fretum,quorum primũ vix in vſu eſt,niſi apud eos
qui verborũ nouitatibus & gaudent gloriantur.Se
cundum ſignificat conſiſum,vt fretus fortaſſe fami
liaritate quæ eſt ei tecum,auſus eſt confiteri,adiun-
gimus autẽ alterum verbũ etiam ad perſonam(de
vtor dico)ſignificatq; conuerſor,vt opera tua vtor.

Fungor vſus

Idem Cicero ad Celium.Fabio viro optimo& hoīe
doctiſſimo familiariſſime vtor.Et inde fit vſus , vt
vſus fuit mihi tecũ.i.conuerſatio,familiaritas,& cõ
ſuetudo. Quintilianus. Mulierem cum qua longa
conſuetudo ſeu longus illi fuerat vſus. Atque quia
ſolemus aliqua re ideo vti,vt ex ea fructum perci
piamus , factum eſt , vt dicamus vſum pro vtili-
tate & fructu tam in ſingulari,ꝙ in plurali.quorum
exẽplorum plena ſunt oĩa.Fungor autẽ idem eſt
quod officiũ,munuſq; ago,vt fungor magiſtratu,

Defungor

fungor prætura,fũgor legatione,fungor officio de
legato,fungor munere iudicis.Fungor vero vita,ꝙ
fungor officio vitæ,& munere adminiſtrandi, gu-
bernãdiq; corpus,munere,inq̃,aſſignato nobis ab
imperatore deo.Inde defunctus eſt vita , ideſt,fini-
uit officium vitæ.Verg.O tandẽ magnis pelagi de-
functe periclis.Titus Liuius.Defuncta morbis cor
pora ſalubriora eſſe incepere. Defunctus periculis,
quod finita ſunt pericula,& defuncta morbis cor-
pora,quod finiti ſunt morbi corporum. Legimus
etiã defunctus morte.i.mortẽ finiuit.De potior aũt
dixi alio libro

¶Epitome capitis.cccv.

STare eſt non ire,nec ꝓgredi in his duntaxat
quę carent pedibus,aut,quæ erecta non ſunt
vt nauis,flumen,currus,ſol,ius,forũ,anguis,
piſcis,lacertus,& auis in aere ſtant. Stant erecta eſt
dũ nondũ ceciderunt,vt arbor, ſimulacrũ domus,
columna.Stant præterea erecta,& non euntia quæ
tamẽ ire poſſunt,vt homo,equus,volucris. Sedet

Sido Siſto

autẽ homo & ſimilia,& his ſimilia ſi qua ſunt pro
prie,aues aũt ſedere ẽ eas altiori loco eẽ vt paſſeres
ſedent dum in tecto ſunt & cornices dum in arbore
ſunt &c.nec ſtant proprie,licet crura erecta habeãt
ſicut homo in equo ſtat,ſed ſedet.Sidere eſt deſcen
dere,& peſſum ire ad capiendam ſedẽ,vt aues & li
mus ac fex deſidunt.Deſido autẽ & ſubſido,a ſido
componũtur.Sido Item cum compoſitis ꝑteritum
a ſedeo in voce quidem mutuatur.i.mutuo accipit
Et ſicut ſido a ſedeo differt,ita ſiſto a ſto.Nam ſiſte
re ſimiliter non eſt ſtare,ſed continere,& facere ſta
re:ſicut enim qui ſidit nondum ſedet , ſed ſedebit.
ita qui curſum ſiſtit nondum ſtat ſed ſtabit. Vtrun
q; autem tam ſiſto,ꝙ ſto habet ſtatum in ſupino,vn
de Iuppiter ſtator,quia ſtare fecit populũ Romanũ
dictus eſt,non quia ipſe ſtat. Siſtere quoque eſt re
preſentare , inde ſtator nuncius ac tabellarius con-
ſulis.

¶ Calepinus tamẽ defendit ſtatorẽ a ſtando dictũ.

¶Sto,ſedeo,ſido,ſiſto,ſtator.

Caput.cccv.

STARE eſt non ire,in his dun
taxat quæ ſunt ſine pedibus,
aut q erecta nõ ſunt, vt nauis
ſtat flumen ſtat,currus ſtat,
ſol ſtat,vñ eſt ſolſtitiũ.& iuſti
tiũ,quia ius ſtat,forũq; ẽ clau
ſum. Anguis etiã & piſcis,&
lacertus,& auis in aere ſtant.

Stare. *Terẽ. in Adel. Vtinã hocmõ defunctũ.

Quædã e diuerſo ẽ erecta ſunt,dicũtur ſtare,ꝙdiu nõ
cadunt. Sed hęc fere ſunt inanimata,vt arbor ſtat
ſimulacrũ ſtat,domus ſtat,columna ſtat.Quædam
vero dicũtur ſtare,niſi hęc eant,& erecta ſint,vt hõ
equ⁹,volucriſq; ſtat.Nãq; hõ quũ ſedet,& equ⁹ quũ
recũbit,& auis quum cubat,non ſtant,nec tñ eunt:
Illud tñ notandũ aliter,diciq; ſedere de hoĩb⁹,aliter
de auib⁹.Nã cætera non ſedẽt,niſi ſimia , & ſi aliqd

Sedere.

ſimile.Ipſum vero ſedere auiũ ẽ in loco altiori eſſe
vt paſſer ſedet in tecto,hirũdo ſedet in ꝑtica,cornix
ſedet in arbore,nec recte dixeris ſtat in arbore , ſed
tali potius quodã mõ,cornix ſtat,non cubat.Verg.

*Cornix ſtat ĩ arbore nõ recte dr̃ ſed cornix ſtat.

Alitis in parue,ſubitam cõuerſa figurã.Quę quon-
dã in buſtis,aut culminibus deſertis.Nocte ſedens
ſerũ canit importuna ꝑ vmbras.Quint.Vt ſi quęra
tur,aut ſit credibile ſup caput Valerij pugnantis ſe-
diſſe coruũ,qui os oculoſq; hoſtis Galli,roſtro atq;

Sidere.

alis euerberaret.Deniq; eodẽ modo dicitur auis ſe-
dere ſuper rem quãpiam,vt hõ ſup equum aut iu-
mentũ nõ dicitur ſtare,aut manere,ſed ſedere.quo
cũq; modo,aut quocunq; corporis habitu geſtuq;
cõpoſitus ſit,ſidere autẽ a ſedere multum diſtat.Eſt
eñ ſidere deorſum deſcendere,peſſumq; ire. Ver.
Sedib⁹ optatis gemina ſuper arbore ſidunt.i. ab al
to demittuntur.vñ deſido,ſubſido,vt idẽ.Subſidere
valles.Et iterũ.Subſidit dubius. Nã(vt ego ſentio)a
ſedeo ꝑteritũ mutuatur.Inde inſido quoq; inſedi,&
reſido reſedi,aſſido aſſedi.Siquidẽ aſſidere ẽ apud
aliquẽ,vt ægrotũ,vt regem ſedere. Quũ eñ Salu.
inquit.Cõſul poſtꝙ aſſedit magis ab aſſido,ꝙ ab aſſi
deo præteritum hoc eſſe,ſignificatio poteſt eſſe do-
cumento,Vt autem a ſedeo diſtat ſido,ita a ſto ſiſto
vt ſiſte gradũ, ſiſte fugã, ſiſte lachrymas id eſt fac
ſtare gradum.ſtare fugam, ſtare lachrymas, atq;
vt illa ſuperiora idem preteritum habet, vel alterũ
ab altero mutuum ſumit,ita hęc duo idem ſupinũ,
vel ſiſto a ſto,vel ſto a ſiſto accipit. quod eſt ſtatũ,
vnde fit ſtator, quod magis a ſiſto, ꝙ a ſto deſcẽdit,
ob idq; Iuppiter ſtator vocatus eſt,qui Romulũ orã
tem,vt fugã ſuorũ ſiſteret,audiuit.Quare neſcio.cur
Hieronym⁹ aduerſus Iouinianum dixerit,offendet
Iouẽ ſtatorẽ,ꝙ libenter ſederet,quaſi Iuppiter ſtator
a ſtãdo dicatur,non a ſiſtẽdo.Nimirũ oblitus hiſto
rię eſt,vt ſuper Ionam fabulę,vbi ait ex Ioppe Iudeę
portu Andromedam a Perſeo liberatã,in quo eorũ
manifeſtus eſt error,qui quũ legant ꝙ Ionas ſurre-
xit,vt fugeret in Tharſum,& venit Ioppẽ opinantẽ
hãc eẽ Andromedę vrbẽ quũ ſit Indię ciuitas Thar
ſis,vñ illa fuit,vt ipſe quoq; Hieronym⁹ meminit.Oui.
lib.i.de arte aman.Andromedẽ Perſe⁹ nigris porta
uit ab Indis.Et Sappho ad Phaonẽ.Cãdida ſi non
ſum,rapuit Cepheia Perſeũ Andromede patrię fu
ſca colore ſuę.Eadem obliuio eiuſdẽ fuit,ꝙ Gallos
matris deum in Oſeæ ait eſſe ex gẽte Gallorũ,quia
Romanis ob ignominiam illius nationis vindice

animo effeminant, quum a Græcis hoc antea vt tūc fuerit factitatum. Siſtere etiam dicimus pro repræſentare, & præſentiam corporis exhibere, dictū ab eo ꝙ nō tantū comparere quis debet, niſi & manſerit, vnde de iudicio ſiſti, hoc eſt ſiſtēdo aliquem in iudicio. Cicero ad Atticum. Des operā id quod mihi affirmaſti, vt te ante calendas Ianuarias vbicūq; erimus ſiſtas. Et hinc ſtator, nūtius tabellariuſve cōſulis. Idem de offi. lib. iij. Vas factus eſt alter eius ſiſtendi, vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ſibi. Vergi. Et patrio te limine ſiſtam.

Siſto.

Stator.

¶Epitome capitis. cccvi.

¶Appetimus cū affectu. Expetimus cum ratione.

¶Appeto, expeto, & ſignificatū huius nominis appetitus. Cap. cccvi.

APPETO cum affectu, expeto cum ratione. Appeto qualicūq;. Expeto honeſta, planeq; bona. Vnde de rebus expetendis ſcripſere philoſophi quæ ſcilicet peti debent, nō autem de appetendis. Ex quo deriuatur appetitus, qui immēſa, & immoderata cupiditas dicit. Quare qui dixit Omnia bonum quoddam appetere videntur, mallem dixiſſet expetere.

Appeto. Expeto. Appetitus

* Hãc differētiā nō eſſe verā inter appeto & expeto calepinus oſtēdit. Ci. iiij. Tuſcu. q̄m qvt bona natura appetim⁹ & ſic a malis natura declinam⁹ Cū expeto ad voluptates & q̄nq; ad maximū malū pertineat oſtēdit Cic. li. i. offi. Expetuntur diuitiæ tū ad vſus vitæ neceſſarios tū ad fruēdas voluptates.

Vendico. Vindico. Vitiū ꝓ vituperatione.

¶Epitome capitis. cccvij.

VEndico ē quaſi approprio (ſi ſic dicā) & meū eſſe dico, regitq; fere datiuū pronominis primitiui. Vindico eſt vlciſcor, vnde vindicta, aut ab iniuria cōtumeliave defendo, aut in libertatē ſeruitutemve aſſero.

¶Vendico, & vindico. Cap. cccvij.

VENDICO idem eſt qđ (vt ſic dicā) approprio, ac meū eſſe dico. Quintil. Circo vſitatum nomē Pœni ſibi vendicant, & iterum. Ruſticus petit partē bonorū, orator totum ſibi vendicat, & fere hoc verbū poſtulat datiuum, & hūc frequētiſſime ex ꝓnoibus primitiuis vt ego hunc agrum vendico mihi, tu vēdicas tibi, frater vendicat ſibi. Vindico vlciſcor, vnde vindicta, quoties iniuriā, cōtumeliāve illatā punio. Interdum vindico id eſt qđ ab iniuria, cōtumelia, ſiue iactura facienda defendo. Cice. pro M. Marcello. Nobiliſſimamq; familiā iam ad paucos redactā pene ab interitu vindicaſti. Idem de ſenectute. Et eſt ſenectus natura loquacior, ne ab omnibus eam vitijs videat vindicare vitijs .i. vituperationibus, quēadmodum criminibus pro criminationibus. Dicimus vindicare, in libertatē, aut ſeruitutem. Non (vt quidā volūt) vendicare. vt Liuius lib. xxiij. Inter mori vehementioribus q̄ quæ pati poſſit, remedijs ciuitatē ſinere in ipſa vindicta libertatis periturā. Et in primo. Indici pecunia ex ærario ſecūdo libertas, ac ciuitas data. Ille primū dicitur vindicta liberatus. Quidam vindictæ quoq; nomen tractum ab illo putant. Vindicio ipſi nomen fuiſſe. Ego neſcio an vendico reperiatur ſed tantum vindico.

¶Epitome capitis. cccviij.

EXplodo eſt manibus ejcio cum ſonitu, & irriſione, eſt enim cōtrariū eius qđ eſt, applaudo. Cōplodo autem eſt manus inuicem collido, aut ad teſtificationē, aut præ gaudio, aut præ admiratiōe ſubita, aut cōſimili de cauſa. Supplodo pedē in terrā incutio qđ in oratore interdū laud...

¶Exibilat illud Ciceronis eſt cū ſibilo ejcitur. Componitur enim ab extra & ſibilo, ſed poſt x auferri ſolet a litera, vt exulto, pro exſulto, exors pro exſors.

¶Explodo, cōplodo, ſupplodo. Cap. cccviij.

Explodo.

EXPLODO non tantum ſignificat ejcio, ſed etiam ejcio manibus, & quidē cum ſono pulſantibus, qualiter quēpiā e domo, e theatro, ex aliquo concilio iniectione manuum, atq; pulſatione ejcimus, qđ apparet ex alijs a plodo cōpoſitis, cōplodo & ſupplodo. Eſt enim cōplodere aduerſas manus inuicē collidere, quod fieri pluribus de cauſis ſolet, vel ad teſtificādum more fœminarum dolorē, vel prægaudio, vel per ſubitā admirationem, vel ſi quę ſunt aliæ cauſæ. Supplodere eſt pedē terrę incutere, qđ interim ſolet in oratore laudari. Itaq; quum dicit Cicero. Quoniā Pyrrhonis, Ariſtonis, & Herilli iampridem exploſa ſententia eſt, appoſitiſſimo vocabulo (vt ſemper) eſt vſus. Nō enim dixit eiectam ſententiā eo modo, quo cætera ejciuntur, ſed quaſi pulſatione manuum, tanq̄ ipſi illi huius ſententiæ authores e cętu ab ipſo cętu, iniectis in eos manibus eiecti ſint, vt aperti⁹ alio loco indicat. Hiſtrio ſi paulum ſe moueat extra numerū, aut ſi verſus pronunciatus eſt vna ſyllaba breuior, aut longior, exibilatur, & exploditur.

Cōplodo. Supplodo.

¶Epitome capitis. cccix.

DIcere eſt oratorum eleganter, & ex arte loquentium. Inde dictio facunda, & oratoria oratio. Sed ꝓut dicere eſt quomodocūq; loqui venit dictio pro vocabulo. Dictio autem frequentatiuum eſt a dicto, ſed illud accipitur pro eo qđ eſt dico, & pronuntio, vt alter accipiat, & ſtylo, manuq; notet. Simili ratione aduento, vētito, quod eſt quaſi frequenter venio, & aduento, qđ eſt proximum eſſe veniendo, Victitare que non eſt frequēter viuere, ſed veſci. Dicacitas autem eſt ſermo cum riſu aliquos inceſſens. Dictum autem eſt interdum idem quod ſcomma græce, id eſt ridiculum, ac facetia cum irriſione amara ei in quem dicitur.

¶Dico, dicto, dictito, aduēto, vētito, victito, dictum & dicacitas. Cap. cccix.

Dico.

DICERE proprie eſt oratorum, & eleganter, & facundæq; loquentiū. Quint. libro. x. Nam mihi ne dicere quidē videtur, niſi qui diſpoſite, ornate copioſeq; dicit. Cicero de offi. Vt non modo literarum græcarum rudes, ſed etiam docti aliquantulum ſe arbitrentur adeptos, & ad dicēdum, & ad iudicandum id eſt in oratoria arte, & philoſophia. Omnes fere codices habent diſcendum pro dicendum, quod exemplum ideo ſubieci potiſſimum, vt vulgus emendarem. Vnde dictio vocatur oratoria & facunda oratio. Nam ab illo generali huius verbi ſignificato fit dictio, quæ eſt vocabulū, ſiue verbū Ex hoc ipſo verbo dico, duo frequētatiua oriūtur dicto & dictito. Sed poſterius potius frequētatiuū eſt, qđ idē eſt qđ frequētib⁹ tpib⁹ & frequētib⁹ q̄q; locis dico & narro. Alterū autē eſt, qđ dico ſi id alter ſcribens excipiat, & manu ſtyloq; notet, vt Cice. ad atticum in quadam epiſtola teſtatur ſe illam non ſcripſiſſe, ſed reparandi lateris gratia obambulantē dictaſſe. Et Quintilia. Delicias dictandi appellat, ſen-

Dico. Dictio. Dicto. Dictito.

Diſcrimen inter dicto & dictito

Ventito. Aducto. Victito. * Victito ait Calepinus nõ eſt frequẽtatiuum. Dicta. Dicacitas. Dictum.

tiens delicati, non laborioſi eſſe dictare, nec accurate dictando ſcribi. Ita dicta ſunt dicto, & dictito a dico, vt ventito & aduento a venio, & eadem pene ratione ſignificant. Nam ventitare eſt frequenter venire, aduentare vero proximum iam eſſe veniendo Victitare autem eodem modo dicitur, ſignificatq; non frequenter viuere, ſed veſci & quaſi victu vti, ſiue tali genere victus frequentiſſime & fere ſemper vti, vt Sarmatæ victitant lacte. Dictum & dicta de omni ſermone intelliguntur, ſed ſpecialem quoq; ſignificationem habent pro dicaci ſermone, vnde dicta eſt dicacitas, quam Quintilianus ita diffinit. Dicacitas ſine dubio a dicendo, quæ ex omni genere communi dicta eſt, proprie tamẽ ſignificat ſermonem cum riſu aliquos inceſſentem. Ideo Demoſthenem vrbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant. Dicacitas igitur (vt dicebam) ſermo eſt cum riſu aliquos inceſſens. Dictum vocatur, quod græce dicitur σκωμμα quale eſt Ciceronis. Niſi fortaſſe iure Germanum Cimber occidit Germani, quos Frãcos nũc dici Hieronymus ait, & Cimbri nationes ſunt olim inter ſe diſſidentes Cicero autẽ de quodam, cui nomen erat Cimber a quo frater occiſus eſt, loquitur, captans riſum ex hac ipſa ambiguitate ſermonis. Et illud Terentiani Thraſonis in adoleſcentulum, quod Gnato vetus dictum crediſſe ſe ſimulat, id eſt veterem facetiam, ac vetus ridiculũ. Tute lepus es, & pulpamentum quæris. Valerius Martialis ad Domitianum. Conſueuere iocos veſtri quoq; ferre triumphi Materiam dictis nec pudet eſſe ducem. Qualia autem ſunt dictum, quæ in ipſum triũphantem milites iaculari ſolebant. illud quod Cæſari dictatori fuit decantatum erit exemplo. Cæſar triumphabat, qui ſubegit Gallias & Nicomedes nõ triũphat, qui ſubegit Cæſarem. Illud ſubegit, & Cæſarẽ in quem dicitur mordet, & aliis apud quos dicitur, riſum mouet.

Germani, Cimbri.

¶Eitome capitis.cccx.

ADorare eſt geſtu corporis honorem etiam ſine ore & voce impendere. Supplicare licet a plico venit, fit etiam ſine plicatione, ſed nõ ſine voce. Vnde homini tantum competit. Adorare etiam brutis. Oramus autem & præcamur viuẽtia, adoramus & ſalutamus etiam inanimata.

¶Adoro & ſupplico. Cap.cccx.

Adoro. Supplico.

ADORARE ab oro quod eſt præcor, cõponitur. Supplicare a plico, ꝙ genu poplitemq;, aut ceruicem plicamus, quum a potentiore aliquo magnum quid præcamur, & tamen adorare ſine ore, hoc eſt ſine voce fit, non ſine plicatione genuum, & geſtu corporis. Supplicare ſine plicatione genuũ, & geſtu corporis, nõ ſine ore, ac voce. Hinc eſt, quare ſupplicare tantum homini datur, adorare etiã mutis, vnde Elephas, & Phenix, & alia quædam irrationabilia ſolem adorare dicuntur. Noſq; rebus mutis, & ſenſu carentibus non ſupplicamus, ſed adorationis honorem exhibemus, vt regũ ſtatuis, ſignis, veſtibus, literis, aliiſq; ſimilibus, & præcipue imaginibus, picturiſq; tũ dei tum ſanctorum tum ipſius etiam crucis quam ſapientes etiam adorant, ſtulti etiam orant. Qđ de cruce, idem etiam de ſudario dico, cæteriſq; ſimilibus, idẽ de reliquis ſanctorum quorũ corpora præſentia adoramus. Animas vero abſentes oramus. Si quid autem ad hæc muta, quæ videmus, dicimus, ſalutatiõe vtimur, nõ præcatione, quale eſt. Salue ſancta crux.

* Martialis qđ pius & ſupplex elephas te Cæſar adorat.

¶Epitome capitis.cccxi.

ASſurgere eſt quouis modo ſe ad exhibendũ alteri honorem erigere, vnde cum datiuo fere conſtruitur.

¶Aſſurgo. Cap.cccxi.

Aſſurgo. * Vergil. vtq; viro phœbi chorus aſſurrexerit oĩs.

ASSVRGVNT ſani vt ſtẽt, aut vt obuiã eant, aſſurgunt ægroti, vt ſedeãt, aut vt cubito innitãtur, vtroq; modo in alterius honorẽ, aut officii, aut beneuolẽtiæ cauſa hoc agẽtes. Ideoq; fere adiũgitur datiuus, vt aduenienti magiſtratui omes aſſurgimus etiã morbo affecti, videlicet ob honorẽ, & pater quũ iaceret in lecto, redeũti a peregrina militia filio aſſurrexit, optatiſſimum illud caput amplexus, nempe ob charitatem.

¶Epitome capitis.cccxii.

Tollo. Suſtuli.

SVſtuli eſt, aut habui ſeu genui filiũ, aut educaui, aut ſubmoui, aut ſurſum tuli. Tollere enim eſt educare & capere, atq; educere, vnde ſuſtuli & tuli vtrũq; ſignificat.

¶Tollo pro capio & educo. Cap.cccxii.

SVSTVLI filiũ ex vxore, id eſt habui filium. Itẽ ſuſtuli filiũ, id eſt educaui, & ab vtroq; fit ſublatũ, primũ eſt a tollo, ꝓ capio, ſecundũ a tollo ꝓ educo. Paulus. Tñ intelligẽdũ eſt de his legem ſentire, q liberos tollere poſſunt. Itaq; ſi caſtratũ libertum iureiurando quis adegerit, dicendũ eſt non puniri patronũ hac lege. Et Quintilianus. Cupidus ego liberorũ vxorẽ duxi, natum ſuſtuli, filiũ educaui in adoleſcẽtiã perduxi. Aliud eſt igit̃ hic ſuſtuliſſe, & educaſſe. Et alibi. Qui ex duobus legitimis, alterũ in adoptionẽ dederat, alterũ abdicauerat, ſuſtulit nothum. i. habuit, quãq̃ parum ꝓprie ſignifico quod volo. Non vt fœmina fere quum mater fit, dicit peperi filium, ita vir quũ fit pater, dicit ſuſtuli filiũ. Terẽ. in and. Quicqd peperiſſet, decreuerunt tollere, id eſt educare. Idem. Meminiſti me grauidã eſſe, & mihi te opere maximo ſi puellam parerem, nolle tolli, Chremes. Scio quid feceris, ſuſtuliſti, eodem modo dicimus, tulit filium, vt ſuſtulit, Suetonius in Domitiani vita. Deinde vxorem Domitiam, ex qua in ſecundo conſulatu ſuo filium tulerat, repudiauit. Alia duo ſignificata notiora ſunt, quorum alterum eſt ſummouiſſe, vt Vergi. iubet & ſublata reponi pocula. Alterum in altũ tuliſſe, vt idem. Et ſublatum ſurgit in enſem. quæ duo declarantur ex illo in Neronem epigrãmate. Quis neget Æneæ magni de ſtirpe Neronem? Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem. Hic Suſtulit matrem qui occidit, & de medio abſtulit. Ille ſuſtulit patrem id eſt ſupra humeros ſumpſit, & ab incẽdio eripuit.

¶Epitome capitis.cccxiii.

¶Prouocare tam ad bonum q̃ ad malum dicimus, laceſſere potius ad malum, ſed nonnunq̃ etiam ad bonum eſt vtrũq; incitare ad concertationem.

¶Prouoco autem videtur compoſitum a porro ſeu procul & voco, ꝙ qui hoſtem irritat, & ad pugnam ſeu certamẽ inuitat, eũ ꝓuocat. i. de longe vocat, ſed

dum in bonam partem accipitur,poteſt etiam a lõ
ge poſito quis prouocari id eſt incitari ad bonum.
Laceſſo autem videtur a lacero deductum, ideoq;
videtur cõpetere prope ſtanti, quaſi ſit lacerando,
& diſrumpendo veſt..n ſeu indumenta queq̃ ad in
iuriam appellando incitare.Ideoq; contra naturalẽ
verbi ſignificationẽ eſſet, ſi in bonam quoq; partẽ
accipiatur niſi q̧ amici non minus veſtes noſtras la
cerant dum ad beneficium accipiendum nos inui=
tant,q̃ inimici dũ iniuriam,aut contumeliam infe=
runt.Neq; vero hoc,verbum(de laceſſo loquor) de=
ſyderatiuum dici poteſt, aut etiam vt viſo itionem
& actum talẽ corporis importare,nam laceſſimus
præſentes,viſimus autem,id eſt viſum imus abſen=
tes,quos præſentes videmus.Sed ad authorẽ redeo.

¶Prouoco,laceſſo Cap̃.cccxiij.

Prouoco.
*Liui⁹ li. vij. Gallus magnitu=dĩe atq; ar mis inſi=gnis ĩ ꝓuo=cat ꝑ inter pratẽ vnũ ex Roma=nis q̃ ſæcũ ferro decer nat laceſſo

PROVOCO in malam par=
tem dicitur,& in bonã.De ma=
la notũ eſt, de bona vero Cice=
ro ad Brutũ.Tuis literis aman
tiſſimis ſum prouocans.Laceſ
ſo plerũq; in malũ, vt idẽ. Sed
iuſtitiæ primũ munus eſt,ne cui
quis noceat niſi laceſſitus iniu=
ria.Sed nõnunq̃ & in bonum eſt,vt idem.v.Tuſcu=
lanarum.Tuis me amantiſſimis libris laceſſiſti.Et
ad atticum lib.xiij. Quum ipſe homo nunq̃ me la=
ceſſiſſet id eſt nunq̃ me libris ſuis prouocaſſet ad re=
ſpondendum.Eſt autem prouocare laceſſere,tẽtare
ad pugnam,& ad concertationem.

¶Epitome capitis.cccxiij.

Hiare eſt ſua ſponte & externa aliqua vi diſ=
fundere ſe,& aperiri hiſcere eſt hos huma=
num aperire.Vnde accipiẽ pro loqui.Oui=
dius accepit pro dehiſcere, quod eſt etiam aperire
ſeſe deorſum ac peſſum.

¶Cæterum ſi hiſcere ſic differt ab hiare, nõ recte ſen
tiunt,qui inchoatiuum,aut meditatiuũ ab hio ſen=
tiunt,vt Alexander.Sed dices hiſco quũ regula for=
met hiaſco.Non enim ſignificat incipere hiare, ſed
pro eo quod eſt aperio os, vt author ſentit dumta=
xat humanum,vnde accipitur pro loqui,ſed vt mi
hi quidem videtur,ſubmiſſa voce,aut ſingultibus in
terrupta.Quinetiam ſi verum eſt, quod Seruius di=
cit ad illud.i.Æneid.Omnes Accipiunt inimicũ im=
brem,rimiſq; fatiſcunt id eſt affatim,quod eſt abun
de hiſcunt.Hiſcere etiam aliis q̃ ori humano con=
gruit,quia etiã nauium fiſſuris. Vnde fit dehiſcere
quod eſt deorſum & peſſum hiſcere, vt Æneid. iiij.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat Vel
pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras
&c.Competit terræ,& rebus ſub nobis poſitis,vide
tur hiſcere eiſdem competere poſſe. Sed author lo=
quitur de conſuetudine recte loquentium,qui hiſce=
re vt plurimum homini, hiare cæteris rebus attri=
buunt.Dixi ſubmiſſa voce.Vnde negationem ſæpe
efflagitat,aut formidinem innu.c Iuue.Saty.v. Du=
ceris planta velut ictus ab Hercule Cacus.Et pone=
re foris,ſi quid,tentaueris vnq̃ Hiſcere,tanq̃ habeas
tria nomina Addidi aut ſingultibus interrupta, vt
Æneid.ij.Vix pauca furenti Subiicio,& raris turba=
tus vocibus hiſco.

Hiare,

¶Hio,hiſco,dehiſco. Cap̃.cccxiiij.

Hiare eſt aliquid ſua ſpõte & externa ali=
qua vi diffundere,vt tellus æſtu,& ligna
ariditate,aut nimio calore hiant.Hiſce=
re eſt tantũ oris,& quidẽ humani,acci=
piturq; pro eo quod eſt loqui, aut os a=
perire ad loquendũ.Sed fere ꝑ negatioem,vt corã
illo non audeas hiſcere,quid nunc habeas,quod hi
ſcere audeas? Ouidius tamen poetice dixit. Hi=
ſcere nempe tibi terra roganda foret.Quum orato=
res ſoleant potius dicere dehiſcere,id eſt, deorſum
peſſumq; ſe aperire.

*Hiſco ꝓprie ſignificat ſũmiſ=ſe loquor ſi ue os ad lo quendum apio.Plau. Ne hiſcere quidẽ au=det Dehi=ſco. Verg. ſed mihi vel tellus optem pri us ima de hiſcat.

¶Epitome cap.cccxv.

DO fidem,id eſt,ſancte ꝓmitto:habeo fidẽ,id
eſt credo ſeu confido,hoc dicit,ſed libet non
nihil annotare

¶Annotatio Aſcenſiana.

¶Accipitur igitur dare.vt ex diuerſis locis annota
uimus multifariã,multiſq; modis,ſed potiſſimum
ſecũdũ adiũcta.Nam dare lr̃as aut epiſtolã eſt qua
ſi mittere,aut dare alicui ꝓferendas ſeu ꝓferendam
Dare epulum,eſt facere conuiuium,ſeu viſcerationẽ.
Iuuen.Vnde epulũ poſſis centũ dare Pythagoreis
Dare ṽba idem quod imponere,hoc eſt.decipere.
Nam imponere cum datiuo, ſignificat decipe,&
facere falſum intelligere,Vnde Iuuenalis,Saty.iiij.
Facile eſt barbato imponere regi.Dare autem ṽba
ideo ſignificat decipe,quod qui ea dat,intelligitur
non rem,ſed ṽba dare quaſi ventis. Vnde Statius
in Achilleide.Irrita ventoſæ rapiebant ṽba ꝓcellæ
Dare nuptum,aut nuptui,eſt dare in matrimoniũ
Dare auxiliũ eſt auxiliari.Verg. Da pater auxiliũ,
atq; animis illabere nr̃is.Dare veniam eſt ignoſce=
re ac dimittere culpam,Dare poteſtatem,eſt eã pe=
nitus aſſignare,ita vt danti vix maneat.Vnde qui
poteſtatẽ aut facultatem cõmunicãt,dũtaxat,dicũt
non dare ſed facere poteſtatẽ.Siſr dare fidem,vt hic
dictum eſt,eſt ſancte ꝓmittere.tractum ab his qui
fidem.i.fidelitatẽ cõiugalem dant,id eſt ꝓmittunt
Dare teſtem,eſt eum aſſignare.Iuuenal. Da teſtem
Romæ tam ſanctum,q̃ fuit hoſpes Numinis Idæi.
Dare item ꝑ ſe eſt concedere,aut ꝑmittere optanti.
vt,Quis dabit vt placida populus nos audiat aure?
Quando ṽo dicit Terentianus Thraſo. Eſt iſthuc
mihi datum ꝓfecto,vt grata ſint quæ facio,oĩa,
ſignificat vt inquit Donatus a deo,fatoq; conceſſũ
vt in illo Vergiliano.Non dabiẽ regnis eſto ꝓhibe
re Latinis.In eã quoque ſentẽtiã videtur poſſe acci
pi illud in ꝓlogo Andriæ.Id ſibi negotiũ credidit ſo
lum dari populo vt placerent quas feciſſet fabulas
Dare autem,eſt(inquit Donatus)quod repetas. De
dere eſt ad perpetuũ.Damus & amicis,dedimus tã
tum hoſtibus.Sed ad ſpecificandã hanc confuſionẽ
ſolemus addere ſecundum datiuũ, a quo verbum
ipm peculiarẽ accipiat ſignificationẽ.Dam⁹ eñ do
no.i.in donũ,quod repetere nolum⁹.Dam⁹ mutuo
res quæ conſumuntur.& reddi non poſſunt,ſed cõ
ſimiles æquali numero,põdere,aut menſura,vt pa=
nem,caſeum,vinum,oleum,Damus cõmodato res
quarũ vſum cõmodamus,eaſdẽ recepturi,vt veſtes
& inſtrumẽta,ſeu arma mechanica,aut etiã bellica
Quinetiã dare alicui q̃uis rem vitio,eſt eundem de
ea vituperare,Dare honori,honorare, Dare laudi,

Hiſcere
Dehiſcere

Dare

Imponere

Dedere

laudare. Dare voluptati, ad voluptatem. Præterea eſt vbi dare videtur accipi pro dicere, vt in illo V/g. in Bucco. Attamen iſte deus qui ſit da Tityre nobis. Verũ alij volunt dictum quaſi ſubaudiatur intelligere, vt ſit, da intelligere, ſicut contra qui intelligere, aut intellectum dare vult, dicit accipe, vt apud eundem Æñ.ij. Accipe nunc Danaum inſidias, & crimine ab vno Diſce omnes. Sed accipere proprie eſt auribus percipere, vt apud Salluſtium. Vt bem Romam vt accepimus &c. Poſſet etiã & alijs modis & acceptum dici, ſed his modo contenti ſumus Nam dare ſymbolũ eſt, quod vulgus dicit ſoluere ſcotum, vt Comicus. Symbolum dedit, & dare vela ventis pro nauigare. Dare operam, id eſt, diligẽtiam adhibere. Dare munus, & dare ſacrificium ꝓ ſacrificare. vt apud Perſium. Quin damus, id ſuperis de magna quod dare lance. Non poſſit magni Meſſalę lippa propago. Compoſitum ius, faſq; animi &c. & conſimilia a vulgari, ac propria non decedunt ſignificatione. Sed ad authorem tandem redeamus.

¶Do fidem, habeo fidem. Cap. cccxv.

Do fidem

DO fidem non eſt (vt multi nunc loquũtur) des fidem verbis illius, & nõ credit fidem illi ſecũ tantis verbis loquẽti. Hi videntur ſignificare, ꝙ nõ credatur verbis illius, quod latine dicitur, fidem habere, loquendũq; potius ſic. Habeas fidem verbis illius, Nam dare fidẽ, eſt aliquid ſancte promittere, vt Terent. Grauidaq; facta dat fidẽ vxorẽ ſibi fore hanc. Verg. Accipe, daq; fidem (id eſt, accipe ſponſionẽ factã a me, & tu da mihi viciſſim tuã. Quint. Fidẽ habeas hoĩbus, quos mentiri alius affirmat. Accius apud Cice. Non dedi, neq; do infideli fidem cuiq; i. nõ promiſi vere ex animo, qa ipſe metur, vt viciſſim fallatur.

Habeo fidem

¶Epitome cap. cccxvi.

¶Præ ſe ferre eſt dicto, facto, aut geſtu animi, qualitatem aut opinionẽ de aliqua re indicare. Et itẽ præfero. & præ me duco. Eſt etiã præ ſe, ante ſe, aut in cõparatione ſui.

¶Præ ſe ferre, & præfero. Cap. cccxvi.

Prę ſe ferre

PRÆ ſe ferre eſt dicto, factove, & ipſa ſtatim fronte, qualẽ opinionẽ de aliqua re aut homine habeas, confiteri. Quintilianus. Fiduciã igitur p̃ ſe ferat orator, ſemperq; ita dicat, tanq̃ de cauſa optime ſentiat, id eſt, ex ipſo aſpectu oratoris, ex ipſa voce, ex ipſa tota oratione eluceat fiducia, quẽadmodũ qui pugnaturi ſunt in vultu, & geſtu indicant tacitam vel formidinẽ, vel fiduciã, hoc eſt præ ſe ferunt fiduciam, formidinẽve. Cicero, Nam ille qui accipit iniuriam, meminit, & præ ſe fert, id eſt, ait ſe accepiſſe iniuriã, vel ſe mentẽ pſequendæ iniuriæ hr̃e oſtẽdit Iterum. At beneficio vſus ſum tuo, quod quanquã illud ipſum quod cõmemoras præ me ſemp tuli, malui tamẽ me tibi debere cõfiteri, q̃ cuiquã min⁹ prudenti non ſatis gratus videri. Præ ſe ferre & confiteri pro eodem poſuit. In eundẽ ſenſum accipi ſolet præfero: item præ me duco, præ me gero, añ me duxi. Idem. Et tamen quum ita viuit, neminem præ ſe ducit hominem, niſi accipiatur præ ſe ante ſe, vel in comparatiõe ſui. Et alibi. Præ ſe vtilitatem gerit,

Præfero

Præ me duco

Præ me gero

Et alibi. Tamen iniuriam a te in me factam ſemp ante me duxi.

¶Epitome capitis. cccxvij.

RAtionem alicuius habere eſt reſpectũ habere dũtaxat in bonum. Rationẽ cum aliquo habere, eſt cõmerciũ, ac negotiũ habere. Rationẽ conſtare eſt legitimã rationẽ oſtendi, aut apparere oſtendi poſſe.

Rationem habere alicuius.

¶Rationem habeo, & ratio conſtat. Cap. cccxvij.

RAtionem habeo, idẽ eſt, quod reſpectum habeo, ſed tantummodo in bonum, vt habenda eſt ratio ſalutis, ratio honoris, ratio rei familiaris, non autem infirmitatis, turpitudinis, incõmodorum, vt quoſdã annotauit ſcribentes, & tu facis contra rationem valetudinis, i. non habes reſpectum valetudinis, ſanitatis, inq̃, non ægritudinis, q̃ duo hoc ſignificat nomen, quæ exempla, quia paſſim inueniuntur omitto. Cicero inuſitatius inquit ad Marium. Pudori tamen malui cædere, q̃ ſalutis meæ rationem ducere. & in. ij. offi. Siue ratio conſtãtiæ virtutiſq; ducitur, aut hæc ars eſt, aut nulla omnino, per quam eam aſſequamur, & hoc fit cum genitiuo: cũ ablatiuo autẽ ꝑpoſita præpõne cum, habet aliam ſignificationem, vt Cicero in Catone maiore. Rationẽ habet cũ terra, quæ nunq̃ recuſat imperiũ. i. negotiũ, & habet cũ terra cõmercium, qđ probatur ex illo in Tuſculanis. Quis eſt omniũ, qui nõ cũ muſis. i. cum humanitate, & doctrina habeat aliquod cõmerciũ, qui ſe non hunc mathematicũ mallit, q̃ illum tyrannũ? Idem ad Atticum. Nũc vero quoniã ea quæ putaui pręclara, expertus ſum q̃ eſſent inania, cũ omnibus muſis rationẽ habere cogito. Rationẽ conſtare (vt breuiter dicã) eſt æquã legitimãq; rationem aut oſtendi, aut apparere oſtẽdi poſſe. Plinius iunior. Mihi & tentandi aliquid & quieſcendi illo authore ratio conſtabit. Et iterum. Mirũ eſt, q̃ ſingulis diebus in vrbe ratio conſtet aut conſtare videatur, pluribus cunctiſq; nõ conſtat. Vlpianus. Plane ſi defendendi gratia aliquid fecerit, rationẽ ei cõſtare oportet. i. rationẽ eũ iuſtam, aut oſtendere, aut facile, poſſe oſtendere.

Valetudo

Rõnẽ hr̃e cũ aliquo.

Rõnẽ conſtare.

¶Epitome cap. cccxviij.

E Republica. i. ꝓ republica eſt, non ex re, tollitur enĩ x fere ſequente r, vt e regiõe. i. ex oppoſito. vel ex aduerſo, e re noſtra. i. vtilitate, e dignitate quoq; i. ad dignitatẽ, vel pro dignitate & ita in ſimilib⁹. Ex tempore dicere. i. improuiſo, e renibus laborare, eſt morbũ in renib⁹ pati. Ex vinculis dicere, eſt alligatũ reſpondere criminationib⁹ Ex æquo pugnare, eſt ſedentẽ in ęquo pugnare

¶E republica, e regione, ex tẽpore.

Caput, cccxviij.

E Republica ẽ, id eſt, ꝓ republica eſt. Qui. Ad hoc nemo dubitabit, quin ſi nocentes mutari in bonã mentẽ aliquo modo poſſunt, ſicut poſſe cõceditur, ſaluos eſſe eos magis e repub. ſit, q̃ puniri. E republica dicẽdũ eſt, vt in ora. Cic. teſtatur, nõ ex republica. Tollit enĩ x, ſicut in oĩbus fit fere quæ ab r incipiunt, vt e regione. i. ex oppoſito. vl̃ ex aduerſo, atq; ecõtrario, non ex regiõe, e re mea, e re tua, e re nr̃a. Liui⁹ lib. xxxiij.

E republica

E & ex in cõpõne aliqñ ſignificat ꝓ

Vbi dictio incipit ab r tolli debet x.

Perinde

Perinde aciſi nõ poſtulauerint,quæ e re ſua eſſet,ſed ſuaſerint quæ nobis cenſerẽt vtilia eſſe. Siſr e dignitate,ex vtilitare,ex vſu,ꝓ eo quod eſſet ꝓ dignitate,vel ad dignitatẽ,vtilitatẽ,vel vſum Ciceronis.Ex tua ac reipublicæ dignitate facies,& alibi. Legem (vt æquũ eſt)ex vtilitate reipublicæ cõſyderate,Terentiꝰ.Quod ex vſu fiet.Cæſar in cõmenta.Vtrũ pliũ cõmitti ex vſu ſit.Ex tempore dicere,eſt ex improuiſo & impmeditatũ dicere nec domi cõpoſitã orationem afferre,hinc vocatur extẽporalis oratio. Perſius autẽ ait.Ex tempore viuitur,ex tẽpore quoꝗ agere.Cicero offi.ij.Quos credimꝰ expedire rem & cõſiliũ ex tempore capere poſſe.Aliter idem in iij.eiuſdẽ operis libro dixit.Vnius generis quæſtiones ſunt hæ omnes:in quibus ex tempore officiũ quæritur,ex tempore quaſi ex temporis conditione. E renibus laborabat idem inquit,hoc eſt,morbum in renibus patiebatur.Ex vinculis cauſam dicere,eſt alligatum reſpondere criminibus,vt ex equo pugnare,eſt in equo ſedentẽ pugnare

Eregione

Ex tempe dicere.

Extẽporalis oratio.

E renibus.

Ex viculis

Ex equo

¶Epitome cap.cccxix.

¶Æſtimo & cõſydero,& appꝛtior,exiſtimo,iudico Sicut agito animo voluo,excogito,inuenio.

Æſtimo.

Exiſtimo.

¶Æſtimo,exiſtimo,cogito,excogito. Cap.cccxix.

EStimo & exiſtimo a pleriſꝗ confunduntur,quum diuerſa ſint,ſicut cogito,& excogito.Vnde eñ eſt cogitare deinde excogitare,licet non quicunꝗ cogitat,ſtatĩ & excogitet. Ita priꝰ rẽ æſtimamꝰ,deĩde ꝗlis ſit exiſtimamꝰ.Æſtimare eñ ẽ cõſyderare,exiſtimare vero iudicare. Quĩ.Cõſũptis affectibꝰ nõ repiens quo digne modo vultũ patris poſſet exprimere,velauit eius caput,& ſuo cuiuſꝗ animo dedit æſtimandũ. Cicero de legibꝰ.Siſenna eius amicus omnes adhuc ſcriptores,niſi qui forte nondum ediderunt,de quibus æſtimare non poſſumus facile ſuperauit:& in Verrinis. Expedite hæc atꝗ æſtimate.vnde dictum eſt æſtimare pro taxare,ab æs æris,& τιμα græce,quod eſt pretiũ latine. Ouid.iij.libro de triſtibus. Quod quicunꝗ leget(ſi quis leget)æſtimet ante compoſitum quo ſit tempore quoque loco.

¶Epitome cap.cccxx.

COniuro & conſpiro in malam partem accipiuntur,ſed ſi legitima eſt ratio,etiam in bonã:ſed conſpiratio aliqñ ſine alterius fit pnitie,coniuratio nunꝗ.

¶Coniurare,conſpirare,& conſpiratio ꝗd ſignificat. Cap.cccxx

COniurare & conſpirare,fere in malum accipiuntur,quoties in patriam,aut bonum principem cõiuratio fit,atꝗ conſpiratio.Sed ſi honeſta cauſa id fiat,in bonum etiã accipi debent. Nam & Mutius Scæuola ad Porſennam regem inquit.Trecẽti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ,vt in te hac via graſſaremur.Et Cicero ad Cæſarem ꝓ Ligario,fratrũ conſpirationẽ dixit,quaſi vnanimitatẽ.Verum conſpiratio,vt in hoc ipſo loco,nõnũꝗ nemini pnicioſa eſt,in neminẽꝗ graſſatur.Coniuratio ſemp in alteriꝰ pniciẽ graſſari ſolet.

Coniuro.

Conſpiro.

Sic apud Flaccũ,& cõiurat amice

Cõſpiratio

Cõiuratio.

Ci.li.ij offi. magnas vtilitates adipiſci

¶Epitome cap.cccxxi.

¶Cordi eſſe eſt delectare & complacere,ſed in animo eſſe,eſt velle aut conſtituere.

¶Cordi eſt & animo eſt. Cap.cccxxi.

COrdi eſt,& in animo eſt,differũt. Nãꝗ hoc ſecundũ notũ eſt ſignificaret in animo habeo,vel animus eſt mihi vel volo atꝗ conſtituo. vt ad Terentiã.Cicero Nã mihi in animo erat mittere ad Dolobellã.Illud vero eſt delectat.vt placet,vt idẽ. Itaꝗ nõ tam me iſta ſapientiæ quã modo Fannius cõmemorauit,fama delectat,falſa præſertim,ꝗ quod ſpo amicitiæ noſtræ memoriã ſempiternã fore.Idꝗ eo mihi magis eſt cordi,ꝙ ex oĩbꝰ ſeculis vix tria aut quatuor paria numerantur amicorũ quo in genere ſperare videor Scipionis & Lelij amicitiam poſteritati notam fore.i.eo magis me delectat,& placet.Ter. Si tibi hæ nuptiæ ſunt cordi.& alibi.Quia vterꝗ vtriꝗ eſt cordi.i.nuptiæ iucundæ ſunt tibi,& vterꝗ alterũ amat.

mũr conſpiratione hoĩm atꝗ cõſenſu.Et ꝓ domo ſua hãc noſtrã conſpirationem ĩ repu.bene gerenda certi hoĩes fictis ſermonibus diremerũt

Cordi eſſe

In animo eſſe.

¶Epitome cap.cccxxij.

INuertere eſt quaſi ad contrarium vertere. & interiora exteriora facere,interuertere rem dolo non reſtituendã efficere,quaſi in alienũ vſum vertere.Itẽ inuertere accipitur a nonnullis ꝓ deprauare,quaſi peruertere.

Inuertere

Interuertere.

Plau.ĩ Aſi Hem iſtuc ago c̃ mõ argentum interuertã.

¶Inuertere & interuertere. Cap.cccxxij.

INuertere eſt quaſi in contrariũ vertere,vt interiora veſtis aut pellis,aut aliarũ rerum exteriora facere.ꝑpoſtereꝗ verba ꝓnuntiare,vt ꝓ lauo vola. Et interuertere eſt rem,aut cõmodatam,aut depoſitam,aut creditam callide,doloꝗ ne domino reſtituatur,efficere.vt Cicero in Verrẽ. Candelabrũ quod rex Aegypti Ioui Capitolino dono tulerat a Verre,qui illud,cõmodato a rege acceperat,interuerſum conqueritur.Marcellus iuriſcõſultus.Si duo (inquit) heredes rem apud defunctum depoſitam dolo interuerterint.

¶Epitome cap.cccxxiij.

COmptum eſt mihi & exploratum eſt,itẽ cõpi & exploraui idẽ ſunt.i.ꝑ inueſtigationem ſcio,ſed exploraui ſępe accipitur pro inueni,quum exploro ſit inquiro ſagaciter,vñ exploratores ſubtiles indagatores,& inquiſitores. Idẽ conſtitutũ eſt,deliberatum eſt,decretũ eſt mihi,cõſtitui,ac decreui idẽ ſunt.hoc eſt cogitando firmatũ eſt. Sed deliberaui nõ eſt idẽ quod conſtitui,aut decreui,ſed diſqſiui,dubitauiꝗ.Siſr exigo.i.iure quodã poſtulo ſed exegi & exactũ eſt:eſt poſtulando obtinui,& poſtulando obtentũ eſt.Item quæſitũ eſt.i.partum & acqſitũ eſt,quũ quærere ſit iquirere.Eſt tñ etiam quaſi accumulare.Hora. Quærit & inuentis miſer abſtinet & timet vti.

Cõpertũ eẽ

Exploratũ eſſe.

¶Cõptum eſt,exploratũ eſt,exactũ eſt,& quæſitũ eſt. Cap.cccxxiij.

COmpertum eſt mihi,& exploratum eſt mihi,idem eſt ꝙ ſcio ꝑ iueſtigationẽ. Similiter compi & exploraui.Cõſtitutũ ẽ mihi,deliberatũ eſt mihi,decretũ eſt mihi,idẽ ꝗd apud me cogitãdo firmatũ eſt Similiter cõſtitui,& decreui. At nõn ita deliberaui Poſſum nãꝗ deliberaſſe,& nihil tñ cõſtituiſſe.Quĩ.

Compi

Exploraui

Cõſtitutũ.

Deliberatur.

Decretum

Conſtitui,

deliberaui

Decreui. Explorani Exploro. Explora-tor. Exigo. Exegi. Exactũ eſt Quęſitũ eſt

in agro redẽpto. Oderitis licet cõfeſſionẽ meã, deliberaui, hoc ẽ, dubitaui & hęſitaui. Itaq́ differt an dicamus, ſenatus deliberauit, an ſenatui deliberatum eſt. i. decreuit. Pli. iunior. Tũ ego, ſi fixũ iſtud tibi, ac deliberatũ eſt, ſequar te. Cice. in Verrem. Deliberatum autem eſt, ſi res opinionẽ meã, quam de vobis habeo, fefellerit, non modo eos perſequi ad quos maxime culpa corrumpendi iudicij, ſed etiam illos ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. Explorauí tamen pro inueni fere accipitur quum exploro idem ſit quod inquiro ſagaciter, vnde exploratores. Idẽ fit in nõnullis alijs, vt exigo, quod eſt vehementer, & iure quodam poſtulo. Inde exegi, & exactum eſt, quod poſtulando obtinui, & poſtulando obtentũ. tale eſt quæſitũ, pro partum, a quæro.

¶Epitome capitis. cccxxiiij.

FOenero tibi. i. pecuniã, aut aliud pro fœnore ſeu vſura do. Mutuo tibi. i. mutuo do. fœneror abs te. i. mutuo accipio.

Mancinel.

¶Id autem proprie, nã interdũ confundũtur: vnde Mancinellus. Fœnero & fœneror idẽ ſignificant. Seneca epiſtolarũ cap. ij. Quantũ paſcat, aut fœneretur, id eſt ad vſuram det. Epiſtola. xij. Multum ferit, multũ fœnerat &c. Cice. item in Lelio inquit. Vt eñ benefici liberaleſq́ ſumus, nõ vt exigamus gratiã, neq́ enim beneficium fœneramur, ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus. Sic amicitiam non ſpe mercedis adducti: ſed ꝙ oĩs eius fruct⁹ in ĩpo amore ineſt expetendã putamus. Et prouerbi. xix. Fœneratur dño qui miſeretur pauperis. Aul. Gel. itẽ lib. xvij. cap. xij. ſcribit. Fœneror pro fœnero dictum eſt, ſicuti aſſentior pro aſſentio, & pigneror pro pignero. Et Feſtus inquit. Fœnero & fœneror dici poteſt. Sciendũ tamen eſt fœnero tibi, & fœneror tibi, vt ſuperius patuit, idem eſſe. Fœneror autem a te aliud ſignificare, nã idẽ eſt ꝙ ad vſuram accipio, legimus enim lib. xxxi. digeſto. prope finem. Si autem aliquis eorũ voluerit vendere partẽ ſuam (domorũ ſupple) vel fœnerari ſuper eam, poteſtatem habeat vendere cohęredi ſuo, & fœnerari ab eo. Inueniuntur autẽ plura eadẽ terminatione diuerſa ſignificare, diuerſis quidem caſibus, vt comitor illum, actiua ſignificatione. Comitor ab illo paſſiua. Præterea mutuo, & mutuor idem ſignificant, ſicuti fœneror & fœnero, vt diximus. Seneca eñ epiſtola. lxxxij. inquit. Quãto hilarior eſt qui ſoluit quã mutuat &c. i. qui mutuo accipit. Priſcianus etiã lib. viij. ſcribit ꝙ multa ancipiti terminatione in vna eadẽq́ ſignificatione protulerũt antiqui, vt partio & partior: meridio & meridior, mutuo & mutuor. Quod quidem Iſidorus nõ ignorauit: ait eñ lib. xx. cap. vij. ſic. Sed vtrũ Latini a Græcis, an Græci a Latinis hæc vocabula mutuaſſent, incertum eſt.

*Fœnero tibi & fœneror tibi idẽ ſignificant.

*Fœnero vbũ quod eſt pecuniã ſine aliã rẽ ad fœnus mutuo accuſatiuo iũgit Marti. hæc ſapit, hæc oĩs fœnerat vna deos.

¶Inter fœnero & fœneror, mutuo & mutuor, Cap. cccxxiiij.

FOENERO tibi dicitur: ſicut mutuo tibi, fœneror abs te, ſicut mutuor abs te. Qui mutuat pecuniam, dat mutuo. Qui fœnerat pecuniam, dat ad vſuram. Qui mutuat pecuniam, mutuo accipit. Qui fœneratur pecuniam, ad vſuram accipit.

Fœneror. Fœnero. Mutuo. Mutuor.

¶Epitome capitis. cccxxv.

GRadum facere nõ eſt tranſitũ facere, ſed quaſi ſcalas, & gradum ad aliquam rem facere vnde & gradum iacere quidam dicũt, & Cicero adytũ iacere, & munire pro eodẽ dixit.

¶Gradum facere. Cap. cccxxv.

Gradũ facere.

GRADVM facere nõ eſt tranſitũ facere, ſed ad aliquã rem gradum, & quaſi ſcalam ad alia facere. Ideoq́ a quibuſdam dicitur, gradum iacere, vt ſi riuum tranſire, ſi arborẽ, feneſtrãve, aut tectum ſcandere velim, ex ſaxo, aut ſcãno, aliquave alia re gradũ facio, vt apud Quin. Nãq́ & illud frequens eſt, vt ea, quibus minus confidimus, cõtractata ſint, omittamus interim ſpõte noſtra, velut donãtes, interim ad ea quæ ſunt potentiora gradũ ex his feciſſe contenti. Hoc eodẽ modo Ambro. in lib. offi. vtiẽ Cice. contra Rullũ. Nunc quaſi gradum quendam atq́ adytũ ad cetera factum intelligetis. Idem pro Cluentio. Anteq̃ ad hoc nefariũ facinus accederet, adytum ſibi alijs ſceleribus ante muniuit.

Adytum munire.

¶Epitome capitis. cccxxvi.

CErtum eſt. i. manifeſtũ eſt, aut decretum, & deliberatum eſt: ſed poſterius fere cũ infiniti uo & cũ dtõ expreſſo, vel ſubĩtellecto dicim⁹

¶Certum eſt. Cap. cccxxvi.

Certũ eſt.

CERTVM eſt, non modo accipitur pro manifeſtũ eſt: vt Quin. Nẽpe legẽ eſſe, certum eſt, ſed etiã pro deliberatũ & conſtitutũ eſt, in quo ſecũdo plerũq́ adiũgitur dtũs cũ infinitiuo, vt certum eſt mihi ire in Hiſpaniã, nõnunq̃ dtũs ſubintelligitur, vt apud Verg. Certũ eſt in ſiluis inter ſpelea ferarum Malle pati. i. mihi.

Ver. i. bu.

¶Epitome capitis. cccxxvij.

LIceor, & licitor fere ꝓ eodẽ accepta ſignificãt pretiũ deferre, ſeu vt dicũt preſentare in auctione. i. publica vẽditione facienda: ſic tñ ꝓprie, vt qui licetur ſemel dũtaxat, aut ſine reſpectu aliorũ pretiũ deferat, qui licitatur, frequenter. & cũ reſpectu. Curtius tñ ſine auctione, ac reſpectu licitamini dixit. Polliceri autẽ ſignificat aliquid vltro ꝓmittere, quaſi vt pollicenti quid addicat. Addicere eñ eſt per licitationẽ vendere aut venditũ cõſignare, vñ addicti ſunt, qui iuſſu p̃toris quũ ſoluẽdo non eſſent. creditoribus vendebanť, ſeu adiudicabãtur. Addictus morti eſt eidem deſtinatus,

¶Liceor ergo actiuã habet ſignificationẽ. Eſt eñ deponẽtale, ſed liceo vult paſſiuã habere, vñ eſt vbũ ſicu lus. Nõ licet aſſe mihi, q̃ me nõ aſſe licetur. i. nõ æſtimatur a me pretio aſſis, qui nõ eſtimat me aſſe.

¶Liceor, licitor, polliceor, & addico. Ca. cccxxvij.

Liceor

*Perſi. & centũ græcos curto centuſſe liceatur.

Licitor. Polliceor.

LICEOR videtur carere pręterito, tamen quaſi præteritũ habeat, format a ſe frequentatiuũ, ſed eiuſdẽ tamen ſignificationis, licitor: vnde ſunt participia licitãs, & licitatur⁹ vtruſq́ igitur verbi ſignificatio eſt, pretiũ differẽ in auctione facienda, hoc eſt in venditione quæ publice fit. Hinc vnũ compoſitũ fit polliceor, nõ multũ a primitiua ſignificatione diſſidens. Eſt eñ polliceri aliquid vltro promittere, ita qui licentur, aut licitanť, vltro ꝓ re emenda pretiũ, alius alio maius pollicentur, vt ſibi potius, q̃ alteri venalia addicantur. Nã tali mo-

Addico. do vendere addicere eſt,& in de apud iuriſcõſultos de in diem additione eſt titulus, quem noſtri iuriſ periti emendant:de in diem adiectione, non ver bum mõ,ſed ſententiã quoq;,atq; ius ipſum corrũ pentes.Afferamus ergo exẽpla vtriuſq; verbi. Vl pianus.Si res eius venierit,& exiſtat q plus liceatur an inintegrum ꝓpter lucrũ reſtituendus ſit,& quo tidie ꝑtores reſtituunt,vt rurſum admittatur licita tio.Caius.Licitatio vectigaliũ,quę calorẽ licitantis vltra modũ ſolitæ conditionis inflauit,ita demum admittenda eſt,ſi fideiuſſores idoneos & cautionẽ is qui licitationẽ vicerit offerre parat⁹ ſit ad condu cendum vectigal inuitus nemo cõpellitur,& ideo impleto tẽpore conditionis licitatores alloquendi ſunt.Licitatores vectigalium ad iterandam condu ctionem antequam ſuperiori conductioni ſatiſfa ciant admittendi non ſunt.Paulus. Si venditor ſi mulauerit meliorẽ allatã conditionem,quum mi noris vel etiã tantidem aliȷ̃ venderet,vtriq; empto ri inſolidũ erit obligatus. Sed ſi emptor alium nõ idoneum ſubiecit,eiq; fundus addictus eſt:non vi deo inquit,quemadmodũ priori ſit emptus,quum alia conditio vera & ſubſecuta ſit.Sed ſi neuter ſub iecit emptorem,maiore autem precio addictum ẽ ꝑdium,qui ſoluendo non eſt:abitũ eſt a priori em ptione,quia ea intelligitur melior,q̃ venditor com probauit,cui licuit non addicere. Quibus ex verbis intelligitur,quid ſibi velit illud Ciceronis in offi.li. iȷ̃.Non licitatorẽ venditor,nec q contra ſe liceatur/ emptor opponet.Idem pro Cecina. Quum eſſet vt dicere inſtituerã,cõſtituta auctio Romæ mulier mã dat vt fundũ ſibi emam.Ebutio negociũ dat,adeſt ad tabulã,licet Ebutius.Deterrentur emptores,mul ti partim gr̃a Cęſenię,partim pretio fundus addiſ Ebutio.Pecuniã argentario promittit Ebuti⁹,quo teſtimonio nunc vir optimus vtitur ſibi emptũ eſſe quaſi vero aut nos ei negemus addictũ,aut cũ quiſ q̃ fuerit qui dubitaret,quin emeretur.Cęſeniæ, quũ id pleriq; ſcirent oẽs fere audiſſent quum pecunia Cęſenię ex illa hæreditate deberetur,eã porro in ꝑ dȷ̃s collocari maxime expediret. Eſſent autẽ ꝑdia quę mulieri maxime conuenirent,ea venirent,lice retur is quẽ Cęſeniæ dare opam nemo miraretur. Quĩt.de paſtu cadauerũ.Si nobis nihil ex cõmeatu noſtro partiris,nos vicinę ciuitati vendemus,liceat ſeruire vbi frumentũ eſt.Non exigua res eſt,ꝓ vita ꝓ ſepultura,pro innocentia licemur.Idẽ in agro re

Addicti. dempto.Oẽs facultates in ꝑtia collegi,rus,ſeruulos, penates,& oĩa vtiliora ꝓperanti æſtimatione parẽ

Addictus morti. tis addixi.Inde adducti apud veteres dicebantur,q ꝑtoris ꝓnũciatione ac iuſſu,quũ ſoluendo nõ eſſẽt creditoribus videbãtur.De quib⁹ magna apud Li

Licitor uiũ fitmentio:& addictus morti deſtinatus dicitur

Quid inter ſit inter lice ri & licita ri. Ci.offi.lib.iȷ̃.Et is q morti addict⁹ eſſet paucos ſibi dies cõmendãdorũ ſuorũ cauſa poſtulaſſet:vas fa ct⁹ ẽ alter.Aliqñ ſine auctiõe fit licitatio,vt apđ Cur tium de Dario,q pollicebaẽ ꝑtiũ,ꝑ capite Alexadri

⁜ Plinius li.vȷ̃.ariſti dis thebãi pictoris vnã tabulã cetum talẽ ſi quis eũ dolo occidiſſet.Ita inquit. Et quũ habea tis arma.ita licitamini hoſtiũ capita.Si quid tñ iter liceri & licitari differt.i.ꝙ liceri videẽ,aut ſine reſpe ctu eſſe aliorũ emere volentiũ,aut tantũ ſemel de ferre ꝑtiũ.Licitari vero,cũ multis,& ſepius augere ꝑtium,vt emere volentes deterreas ab emendo.

¶Epitome cap.cccxxviȷ̃.

AVdire & exaudire indifferenter tam pro eo quod eſt aurib⁹ percipe,q̃ pro eo quod eſt petenti annuere,& concedere accipiuntur. Audire tñ frequẽter accipitur ꝑ eo qđ eſt fidem ha bere,& acquieſcere ſeu parere ꝑcipienti, idq; fere cum negatione,& frequẽti⁹ per dictionẽ audiend⁹ Nonnũq̃ etiã audio ſignificat fateor: ideoq; ſæpe auditum legitur.Exorare eſt orando impetrare,vñ multi orant,qui nõ exorant,vñ dicẽdũ eſſet,oram⁹ te deus,nõ exoram⁹.Aut ſic.Sine aut permitte te ex orari. tis rex Attalus licitatus eſt.

¶Eodẽ quoq; modo dicunt quidã multos audiri, qui non exaudiũtur,quaſi audiri ſit tm̃ aurib⁹ perci pi.Exaudiri cũ interptatiõe.Sed exaudiri ꝑ expſſe audiri legitur,vt in illo Geo.Vox quoq; ꝑ lucos vul go exaudita ſilentes.Nihilominus ꝓpria ſignifica tio eſt audiri cũ impetratione,vñ petimus Dñe ex audi orationẽ meam &c.

¶Audio & exaudio dupliciter accipiuntur. Cap.cccxxviȷ̃.

AVdio & exaudio indifferenter ponun tur pro duplici ſignificatione.Vna ꝑ eo quod eſt auribus accipio.Altera ꝑ eo quod eſt audita petenti conceden do,vt viſa ſum audire vocem militis Et. Vox quoq; per lucos vulgo exaudita ſilentes. Item.Audȷ̃t & cœli ianitor de parte ſiniſtra Intonu it læuum,Et.Nulli exaudita deorum Vota,ꝑceſq; meæ.Audio tñ frequenter accipitur ꝑ eo quod eſt credo,accedo,pareo præcipienti,ſed fere cũ negati one.& frequẽtius per participiũ quod tranſit in no men,quod eſt audiendus,vt apud Quinti.Nec audi endi quidam,quorum eſt Albutius, qui tris modo partes primas eſſe voluit,quia memoria,atq; actio natura non arte contingant.Audiendus nõ eſt,idẽ eſt ꝙ audiri non debet.Ideoq; licebit dicere:Neque vero quoſdã,quorũ eſt Albutius,audire debemus. Sine participio.Cicero Tuſcu.li.i.Nec Homerũ au dio qui Ganymedẽ a dȷ̃s captum ait propter for mam.Sine negatione.Idem in eodem. Endimion vero(ſi fabulas audire volumus )neſcio quando in Lycio obdormiuit.Sed coniunctio hæc tacitam quandam in ſe habet negationem,aut certe idem hoc loco dicemus,quod diximus libro tertio de vl lus.Sed nonnũquã ſine negatione apte dicitur, vt apud Liuium.Ciuem tuũ non audiſti arma capere ac ſequi ſe iubentẽ Hannibalẽ. Paulopoſt. Audiſti caſtra prodi,& arma tradi iubentem.Audio inſup pro fateor,quæ ſimilis ſignificatio ſuperiori eſt. Iõ ſæpe ſic ſcriptum legimus audio & fateor,quaſi po ſtenus declaret primum.Exoraui hoc munus , idẽ eſt quod orando impetraui:exoraui patrem.i.exo rando induxi, quod licet etiam pueris notum ſit (quippe Terentium legentibus)vbi hoc ve.bũ mil lies eſt nec vnq̃ repi.ur aliter acceptũ,tñ quidam ſic loquuntur.Exoram⁹ te de⁹.

Audio Exaudio Audio ꝑ credo. Verg. Progeniẽ ſedentem troiano a ſanguine duci Audi erat

Audiend⁹

Audio ꝑ fateor Exora ⁜ Exoro ꝑ oro rat ictu vbũ.

¶Epitome cap cccxxix.

¶Verba cõpoſita cum ꝑ important effectũ,& con ſummationem ſignificationis ſuę,vt ꝑlego ad finẽ vſque lego.Perfero ad finem vſq; fero.i. porto,aut tolero.Peruigilo totum tẽpus vigilo,tam diurnũq̃ nocturnũ,Pernocto totã noctẽ,duco inſomnẽ, vñ

pernox luna.Peroro,orationē cōcludo,aut peroran
do afficio,& commoueo,vnde peroratio,aut conclu-
ſio orationis,aut cōmotio affectuum.Perago, ad fi-
nem ago.Perago reum id eſt ad condēnationem,
vſq; ago.Perſuadeo,id eſt ſuadendo induco ad per-
ſuaſionem id eſt fidem, & credulitatē vſq;,vnde fi-
des chriſtiana perſuaſio,recte dici poſſet,diſſuadeo
autem eſt cōtrariū eius,quod eſt ſuadeo,ſed vtrūq;
ſine effectu id eſt ſine perſuaſione.vnde ſi is quē de-
hortatus ſum mihi credidit,nō dicam,diſſuaſi hoc
illi,ſed perſuaſi ne hæc faceret Permaneo,ad finem
vſq; maneo.Perſcribo ad finem vſq; ſcribo.

¶De lego,perlego,ſcribo, perſcribo multiſq; aliis a per compoſitis. Cap.cccxxix.

Lego & perlego.

LEGO ET perlego differunt, & mul-
ta huiuſmodi.Legere quid ſit notum
eſt.Perlegere vero ad finem vſq; lege-
re,vt Quinti.in.xii.Ideoq; opus eſt in-
tueri omne litis inſtrumentū,quod vi
dere non eſt ſatis,perlegendum erit.Ouidius.Perle
gis,an coniunx prohibet noua. Lactā.in procemio
lib.v.Non iniuſte petere vt ſi quis erit videmur,qui
inciderit in hæc,ſi leget,perlegat.Ita differt ſcribere,
& perſcribere, quæ exempla ſunt plurima. Titus
Liui.libro.i. ſtatim in procemio.Facturus ne opere-
pretium ſim,ſi a primordio vrbis res geſtas popu-
li Romani ab initio perſcripſerim.Perferre vſq; ad
conſtitutum finem ferre.Vergi. Nec ſpatium eua-
ſit,nec totum pertulit ictum.Et multi ferunt literas,
ſed eas vel negligentia,vel dolo,vel caſu non perfe
runt.Cice.Sed nuntius ille qui literas accepit nō per
tulit.Seneca in tragediis.Leue eſt miſerias ferre,per
ferre autem graue id eſt ad ſpatium tēporis in mi-
ſeriis eſſe leue eſt. Ad finem vero vitæ vſq; graue eſt
vt in illo ſimili exemplo Martialis .Nam vigilare
leue eſt,peruigilare graue,hoc eſt partē noctis vigi-
lare leue eſt,vſq; ad finē vero,& totā noctem inſom
nem ducere graue,quod dicitur etiam pernoctare,
vnde & pernox, qđ a peruigilādo ita differt, ꝙ hoc
interdiu quoq; fieri poteſt,illud vero tantum modo
noctu quāq; pernoctare vigilātes facere poſſumus,
id eſt totam noctem ducere.Peruigil draco dictus
eſt,nō quia pernox eſſet,ſed ꝙ nunq̄ dormiret,ſem
per vigilans.Peragere reum eſt non tantum agere
reum,niſi peruenias ad illius condēnationem.Dici
tur enim accuſator reum condēnaſſe,quū illum con
demnandum curauit.Vlpianus.Peregiſſe aūt quis
reum nō aliter videtur,niſi & condēnauerit.Perora
re finem orationis orare, vnde peroratio orationis
dicitur finis,ſed quia in hac parte vtimur plerūq; af
fectibus,ideoq; vſurpamus interdum perorare pro
ipſa cōmotione affectuū,vt Quinti. At iſta legem re
citat,& in cadauere filii perorat,id eſt indignationē
cōmouet.Perſuadere eſt ſuadendo inducere,vt Cice.
in Philip. Duo tamē tēpora inciderūt,quibus aliqd
cōtra Cæſarē Pōpeio ſuaſerim, eā velim reprehen-
das,ſi potes.Vnū,ne quinquēnii imperiū Cæſari ꝓ
rogaretur.Alterū,ne pateretur fieri,vt abſentis eius
ratio haberetur.Quorum ſi vtrūuis perſuaſiſſem,in
has miſerias nunq̄ incidiſſemus.Suaſit ergo & non
perſuaſit Cice. Pompeio. Ideoq; dicere ſolemus, ſic
mihi perſuadeo,non autem ſic mihi ſuadeo.Et per
ſuaſum habeo,perſuaſum eſt mihi, non autem ſua-
ſum habeo,ſuaſum eſt mihi.Idem ad Brutum. Per-
ſuaſum eſt ad[illegible] & maxime per me,niſi Anto
nio eiecto rempublicā ſtare nō poſſe.Ille tamē q aliis,
ſiue alios(vtrūq; eñ dicimus)perſuaſit,nō perſua-
ſor eius ſententiæ appellari ſolet,ſed author.Cice.lib.
iii.offi. Atq; huius deditionis,ipſe poſthumius,q de
bebatur,ſuaſor,& author fuit, quaſi dixiſſet ſuaſor,
& perſuaſor. Apud Quinti. autē,cæteroſq; ſui tēpo-
ris dicit perſuaſio;pro certa opinione,atq; ſententia,
quā nobis perſuaſimus,vt lib.i.Si qua publice eſt re
cepta perſuaſio.Quæ(quantū ego quidē ſentio)id ſi
gnificare videt,qđ chriſtiani dicunt fidē, & ſi origi-
nem græcam inquiramus,neſcio an cōmodius dica
mus perſuaſio,q̄ fides,præſertim re ipſa pro nobis,
faciēte.Fides enim proprie latine dicit ꝓbatio,vt fa
cio fidē per inſtrumēta,per argumēta,per teſtes.Re-
ligio aūt chriſtiana nō ꝓbatione nititur,ſed perſua
ſione,quæ præſtantior eſt,q̄ probatio, Nā ſæpe ꝓba
tionib9 nō adducimur,vt malus ſeruus,malus filius,
mala filia,mala vxor,optimo conſilio,qđ confuta-
re nō poteſt,non tamē acquieſcit. Qui perſuaſus eſt,
plane acquieſcit,nec vlteriorē ꝓbationē deſyderat.
Nō ſolū eñ ſibi probatū putat,ſed ſeſe cōmotū ad
ea exequēda intelligit.Sed quia fides etiā pro(vt ſi
dicā)credulitate accipit,quale eſt habeo tibi fidem.
Recte etiā noſtra religio nominata eſt fides,ſicut a
græcis πιστις. Verū vt eo vnde egreſſi ſumus, re-
uertamur. Perſuadere eſt in effectu, ſuadere autē in
actu. Itēq; diſſuadere. Itaq; nōnulli peccant,quū di-
cūt,diſſuaſi hoc illi pro eo qđ eſt reuocaui ab opinio
ne in qua erat.Si quidē pro hoc ſenſu dicimus, per-
ſuaſi ne faceret,ſicut ediuerſo,pſuaſi vt faceret.Qua-
re & ſuaſor & diſſuaſor niſi perſuadeant, nihil effe-
cerunt.Quintil.Ergo pars deliberatiua, quæ eadem
ſuaſoria dicitur.de tempore futuro conſultat,quærit
etiam de præterito,officiis conſtat duobus,ſuadendi
& diſſuadendi,non dixit perſuadēdi, quoniam nō
eſt officiū oratoris poſitum in euentu, qualis eſt per
ſuaſio,neq; eſt eius ars perſuadēdi, ſed ſuadendi, &
diſſuadēdi in deliberatiuo genere,in vniuerſum au
tem bene dicendi, quod eſt in actu, non in euentu.
Præterea deliberatio vocatur ſuaſoria,quoniā vtrin-
q; ſuadetur.Qui enim diſſuadet,nil aliud q̄ incōtra-
rium ſuadet.Cicero in Catone maiore.Diſſuaſimus
nos, deinde vt ſcias finem, euentumq; diſſuaſio-
nis,ſubiunxit,Itaq; lex popularis ſuffragiis populi
repudiata eſt. eſt diſſuaſimus,& diſſuadendo ne
fieret,perſuaſimus.Quantum errent philoſophi no
ſtri,quorum Albertus vnus eſt,quum de compara-
tione dialectice,& rhetorice diſputant, huius verbi
ſignificationem neſcientes,quiſquis illos legit, intel
liget.Permanere eſt vſq; ad finem manere.Plinius
iunior.Tunc demū lente, cunctanterq; veniunt,nec
tamē permanēt,ſed ante finē recedūt. Alii diſſimu-
lanter,& furtim,alii ſimpliciter,& libere.

¶Epitome capitis.cccxxx.

PEr in compoſitiōe multifariam accipi ſolet,
primo in malā partē,vt periurus,pfidus, per
tinax,perfugax,perditus, pditus, peruerſus,
perpeſſus. Secundo per medium, vt perluceo, ſeu
pelluceo,pellucidum.pellucens,pro quibus tranſlu
ceo,tranſlucens,tanſlucidum a Pli.dicūtur. Perfluo,
perpluo. Tertio ꝓ valde,vt augeat,vt permagnus,

Perferre.

Peruigilo. Pernocto. Pernox.

Peruigil draco.

Peragere reum.

Peroro. Peroratio.

Perſuadere.

✱ Terē. in Andria Ipſus mihi Dauus qui intimus eſt coꝝ conſiliis dixit & is mihi perſuadet nuptias q̄tū queam vt maturem.

Perſuaſū habeo.

Author.

Perſuaſio,

Fides.

Diſſuadere.

Suaſoria & deliberatiua pars.

Per.

periucundus.Idq̧ cū poſitiuo vt dictū eſt.Quarto in obteſtatione,& adiuratione,interiecto fere nomati-uo inter ipſam, & caſuale, vt per ego has lachry mas &c.Quinto,vt alibi dictum eſt in excluſione alieni auxilij,vt per me id feci,id eſt,mea vnius o-
Præ pa.Præ autem magis auget:nam perq̄ diuites mul ti eſſe poſſunt prædiuites multum eſſe poſſunt,præ diuites pauci.Gaudet autem præ his dictionibus iungi,potēs,celſus,latus,fulgens,diues,dulcis,du-rus,curtus,longus,clarus,coquus,maturus.Interdū tamen a ſimplici non differre videtur, vt in his p̄-ludo,præcido,præmorior,præcingo,in quibus ta-men vera ſignificatio eſt,vt præ ſignificet ante: nā non præludit quiſquā poſt medium ludi,ſed tamē ludit adhuc.Tertio,igit̄ præ ſignificat ante,vt i præ ſequar.Quarto in comparatione,vt par eſt p̄ no-
Mācinell⁹. ſtris diuitijs.Quinto,quaſi ꝓpter,quum ab aliquo impedimur,vt non potui hiſcere p̄ timore:Re ſæpe
Per. compoſitum non mutat,vt recubo ,repugno ,reſe-
Periurus co,repromitto,reuincio,refodio,& interdū reuertor vt alibi dictū eſt,vbi diximus.Re cum v̄bo celandi
pfidus aut claudendi poſita cōtrariū importat,vt reuello recludo,refero,retexo,ꝓprie autē importat iteratio nē.vt relego,repeto,reſtituo &c.

¶Mancinellus ꝓ reſeco legit reſero,q̄ author non negaret aliud eſſe q̄ ſerare,ſed qui vites putat reſecat q̄uis nō iterū ſecet.Recinctus autē non ſemp̄,licet in exemplis in contrariū adductis a ſimplici diſcre-pet.Verba Mancinelli ſunt.Refero & recingo,lon-ge diuerſa ſignificāt a ſero & cingo.Ouidius ſine ti tulo.Ecce Corinna venit tunica velata recicta. Et li. vij.Meta.de Medea.Egreditur tectis veſtes induta recinctas. Nuda pedē,nudos humeris infuſa capil los.Proptius lib.i.Ianua vel domina penitus crude lior ipſa. Quid mihi tā duris clauſa taces foribus? Cur nunq̄ reſerata meos admittis amores &c.

¶De p,p̄,& re,ꝓpōnibus,& earū cū nominibus cōpoſitione. Cap.cccxxx.

Præpoſitio pin malū interdum accipitur
ptinax
pfuga
pditus

Ocuti ſumus nonnihil de ꝓpoſitione p.quando componitur. Addamus adhuc aliquid amplius. Nonnunq̄ hæc p compoſitionē in malum accipi tur:piurus,pfidulq̧,qui iuſiurandum fidēq̧ violat:ptinax qui nimis eſt tenax:pfuga qui ad hoſtes tranſit:pditus qui in omne ſcelus eſt tra-ditus.Percitus,qui iracundia furoreq̧ eſt incitatus,
pcitus. Peruerſus qui verſatur in malo,& a bono v̄ſus eſt.
puerſus Perpeſſus,laborioſe paſſus.Sæpe accipitur quaſi p
ppeſſus. medium,vt plucidum,ſiue pellucidum,id eſt,p cu-
Perlucidū ius medium fulgor emanat.Perſpicuum,per cuius
pellucidū. medium licet,optum ſit,oculos dimittimus,& per
pſpicuum eius mediū videmus,vt aqua,glacies,laterna,veſi-
pluceus ca,vitrum,cryſtallus,gemma.Sed pſpicuum ple-rum ꝙ ad mentē refertur,vt id quod ais pſpicuū eſt. id eſt tale,quale vitrū,aut cryſtallus:plucidū ma-gis ad corporea.Plautus in Aulularia.Ita is pellu-cet,quaſi laterna punica. Seneca de tranquillitate. Quid pellucentis ad imū aquas, & circunfluentes ipſa conuiuia?Quin.Sed v̄ inter ſe iuncti,atq̧ ita co hærentes ne cōmiſſura pelluceat.Aliquando,ſed fi-gurate ad mentē refertur,vt apud Mar.Tul.in Bru to.Ita reconditas exquiſitaſq̧ ſententias mollis & pellucens veſtiebat oratio,Idē eſt pellucens & trāſ-lucens adeo vt Plinius maior fere nunquā vtit̄ pel- Pellucens.
lucens ſiue pellucidus:ſed tranſlucens,ſiue tranſlu- Trāſlucēs.
cidus,quod etiā figurate ad mentē refertur,vt apū pfluo.
Quintili.li.viij.Similiter illa tranſlucida , & v̄ſico- Trāſfluo
lor quorundā elocutio res ipſas effœminat,quę illo- pfluo.
rū v̄borū habitu veſtiantur.Perfluere per medium alicuius fluere,vt ſi lagena male materiata,maleq̧ compacta ſit,pfluit,id eſt per eius medium humor p p valde
qui intus eſt fluit.Terentius.Hac,atq̧ illac perfluo, frequenter
id eſt in modum non fidelis lagænæ,quæ mihi com accipitur
mittuntur,effundo.Plini⁹ idē ſæpi⁹ vtitur tranſfluo Præ
ꝓ perfluo.quæ idem ſunt,vt pfuga,& tranſfuga. ppotens
Perpluere,per medium alicuius pluere, vt hæc do- pcelſus.
mus ppluit,hoc tectum perpluit.Quintilian⁹ in.vi. pfulgens
Quum cœnaculū eius ppluerer. Frequentiſſime ac pdiues
cipitur ꝓ valde,vt alio libro oſtendi,permagnum pdulcis
pergraue, periucundum. Quo in loco notandum pdurus
eſt q̄ quum præ in eadem ſignificatione reperiatur plongus
tamē quædam vocabula cū præ coniunguntur nō pclarus
cum p,vt præpotens,præcelſus,plātus,pfulgens,p- pcox
diues,prædulcis,plongus,pdurus,pcultus, præcla- pmaturus
rus.Quod ſi quid inter has præpoſitiones intereſſe pcoquus
velis,id erit,quod vehementius auget præ.Nam præ pludo
longus homo,prælonga oratio,ea dicitur quę enor pcido.
mi longitudine eſt,& præpotens pcelſus,& ſimilia pmorior
maiorem in modū potens, celſuſq̧, & quaſi p̄ter pcingo
modum morēve aliorum ipotens,ac celſus. Vnde Re.
etiam pcox fructus p̄ter morem cæterorum coctus Reſeco
ſiue ante cæteros.Vnde vue,ficuſq̧ pcoces dictæ,& Recido.
præmaturus anteq̄ ſit tempus maturum collectus Recingo
Quidā tn̄ pcoquus dicunt,vt Martia. Vilia mater- Repurgo
nis fueram⁹ pcoqua ramis.Nunc in adoptiuis per- Refodio
fica cara ſumus.Eadē ꝓpoſitio iuncta cum verbo- Repromit
nonnunquam habet pene nihil diuerſū a ſui ſim- to
plicis ſignificatione,vt præcludo,pcido, præmori- Reuincio
or,pcingo:idem ſunt enim quod cludo, cedo, ſiue incido morior cingo.Cuius naturæ eſt etiā re,vt reſe co,recido,recingo ,repurgo refodio , repromitto, reuincio,quæ ſæpe vix q̄ zippiā a ſimplicibus in ſi-gnificatione diſſentiunt.Per in obteſtationibus,at- per
q̧ admirationibus fere ſolet ſeparari a ſuo accuſati p ego has
uo,interiecto nominatiuo,qui frequentiſſime ē ego &c.
vt Vergilius. Per ego has lachrymas dextranque tuamq̧.Quītilianus in Mathematico. Per has ego te optime pater(ſi vis)tantum fortes manus.

¶Epitome capitis.cccxxxi.

¶Proſequor cum ablatiuo fere idē ſignificat quod afficio,cum eodem,vt proſequor,ſeu afficio te hono re,id eſt,honoro te:vituperio,id eſt vitupero:amo-re id eſt amo:odio,id eſt odi:pſequor autem,id eſt, inſector,ad finem vſq̧,& id in malum, aut pſeue-ro agere quod inceperam.& etiā id in bonū,vt pſe quor hoſtem,& perſequor ſtudium literarum

¶Inter ꝓſequor & pſequor,quæ accuſati uo cū ablatiuo iunguntur. Cap.cccxxxi.

Proſequor
pſequor.

Roſequor,& perſequor multi neſciūt diſtinguere,qui ne falli poſſint,ita ac cipiant.Proſeq nō fere caret comita tu ablatiui.vt ꝓſequor te oculis,chari tate,odio,honore,v̄ſib⁹,cātu ,cōuit ijs Significatq̧ actio declarās alteri⁹ affectū in alteꝝ.

Perſequor autem vel in malam partem.i.inſequor, vel inſector, vel in bonam, quum perſeuero exequi quę d agere cœperam.

Perſequor Perſeuero exequi ꝙ agere cępe rem.Ply. Qui mihi oĩs ſuadẽ rẽt, vt cœ ptũ opus perſequi feſtina.

¶Epitome capitis.cccxxxij.

¶Partio & partior deponentale idem ſunt, ſed in actiua voce notius, eſt compoſitum impertio, cuius paſſiuũ eſt impertior, quod rarius imperſonaliter reperitur, in deponentali autẽ ſimplex partior. Eſt autẽ partiri diuidere in partes, impertire aut impẽdere, aut participem facere.

¶Vnde iactanter dictũ a Gnatone. Plurima ſalute Parmenonẽ ſuũ impertit Gnato, quaſi ipſe abundãs ſalute participem eius fecerit Parmenonẽ. quocirca ad feliciorem me ſcribens nõ auſim dicere Aſcenſius te impertit ſalute.

¶Partio & partior. Cap.cccxxxij.

Partio. Partior. PARTIO, & partior quidã pro eodem legunt. Sed mihi videtur raro reperiri partio ſine in, & partior cum in, qñ eſt deponens, ſed qñ eſt paſſiuum. Eſt nãq; impartio idem, quod impendo, vel in partẽ do. M. Impartio. Tul. Huic rei aliquid tẽporis impartias, quaſi impẽdas. Idẽ. Laboris mei laudẽ nemini impertio, quaſi partem do. Reperit̃ aliquando mutata conſtructione, vt apud Teren. Plurima ſalute Parmenonẽ ſuũ impertit Gnato, quaſi plurimã ſalutẽ Parmenoni ſuo impertit Gnato. Eo modo quo dicit̃, dono tibi hunc equum, & dono te hoc equo. Huius paſſiuum Impertior. eſt impertior. Cice. Atq; etiã viro forti collegę meo laus impertitur. partior idem eſt quod partes facio parteſq; diſtribuo, ſicut ſortior ſortes facio, ſortemve recipio. Verg. Et ſocios partitur in omnes. Quintil. Partire vel gratis, dum quo reſpiremus afferas. Partiri itaq; de partibus dicimus. Impertio magis Impertio. de re incorporea, & quaſi communico. Impartiri tamen aliqui dicunt pro impartire, ab ipſo deponente partior.

¶Epitome capitis.cccxxxiij.

IN manu & in manibus eſſe, eſt in poteſtate eſſe: diciturq; tã de futuro, ꝗ de pñti. In manibus quoq; eſſe dicitur etiã pro eo ꝙ eſt inter manus, aut quia res admirationi eſt, aut quia nondum conſummata.

¶Sicut res ſuper incudẽ dicit̃ eſſe, dũ tornatur & fit & ad vmbilicũ aut vmbilico tenus deducta, dũ ad medium ducta, aut peracta eſt.

¶In manu eſt, & in manibus dupliciter accipiuntur. Cap.cccxxxiij.

In manu. IN MANV eſt, & in manib⁹ eſt, vtrũq; accipitur pro eo, quod in poteſtate eſt. Sed dupliciter, de pñti, & de futuro. De præſenti, Cice. Nõ eſt iſtud in manu mea. Et filius in patris, & ſeruus in dñi manu eſſe dicit̃, vñ mancipiũ, & manumiſſio. Luca. In manib⁹ veſtris quantus ſit Cęſar habetis. Verg. Terra autẽ in manib⁹ veſtris. De futuro. Sallu. Verũ enĩuero pro In manib⁹ deoꝝ, atq; hoĩm teſtor fidem, victoria in manu vobis eſt, viget ętas, animus valet. Cõtra illis annis, atq; diuitijs oĩa cõſenuere. Tñ incepto opus eſt, cetera res expediet. In pñali tñ frequentius, quũ dicim⁹, victoria in manibus eſt, quaſi iam iã tenet̃. Etiã dicimus in manib⁹ eſt, in aliã ſignificatione, pro eo qđ eſt inter manus eſt, aut quia admirationi eſt, aut qa nondũ operi ſumma manus impoſita. Quãdo eſt admirationi. Cice. in Catone maiore. Eſt in manib⁹ laudatio, quã quũ legimus, quẽ philoſophũ nõ contemnimus? Qñ res nõ eſt cõſummata. Idem in eodem libro. Septimus mihi liber originũ eſt in manibus, omnia antiquitatis monumenta colligo.

¶Epitome capitis.cccxxxiiij.

PRęditus dicit̃ quaſi prę cæteris donatus, ſed id nõ ſolũ bono, verũetiã malo, licet rarius Cõſtruiturq; cũ ablatiuo, ſicut affectus ſum qđ indifferẽter de bono, ac de malo dicit̃, ſed & alterũ ablatiuũ cũ a vel ab admittit, quẽ preditus refugit, vt affectus ſum ab rege magnis honoribus. Nõ autẽ prẹditus ſum ab rege magnis honoribus. Cauſa eſt, quia dari vñ cõponit̃ abſolute dici ſolet de his rebus quæ a deo, aut natura cõferuntur, vt hoc mihi datũ eſt. Item ſicut præditus ablatiuo iungitur, ita hęc adiectiua ſingularis, notabilis, nobilis, inſignis, eximius. Quæ interdũ ablatiuos regunt, interdũ cum eis regũtur. Regunt, vt vir notabilis macie. Reguntur, vt vir notabili macie. Singulari probitate &c.

¶Præditus ſum, & affectus ſum, in bonã, & malam partem accipiuntur. Cap.cccxxxiiij.

PRÆDITVS ſum bono dicit̃. & præditus ſum malo, ſicut affectus ſum malo, & affectus ſum bono. i. (vt breuiter magis ꝗ optime dicã) habeo bonũ, & habeo malũ, vt præditus ſum humanitate, virtute, diuitijs, dignitate, viribus, qui ſermo eſt vſitatiſſimus. Nõnunꝗ tamen cũ ablatiuo, & præpoſitione a vel ab, vt fit in affectus, veluti ego ſum a rege magnis honoribus affectus, nõ autẽ ſum prę ditus a deo magnis viribus. De malo rarius. Cice. pro Sylla. Niſi vero vnũ me vis ferũ, prẹter cæteros me aſperum, me inhumanũ exiſtimari, me ſingulari immanitate, & crudelitate præditum. Idẽ pro Rabyrio. Senectute affectus, morbo præditus. Contingit idem in ſingulari, vt in proximo exemplo, exiſtimari me ſingulari immanitate. Sæpeq; legimus, ille eſt ſingulari improbitate: tu es ſingulari ſtultitia. Similiter fit in alijs tribus, quatuor vocabulis, notabilis, nobilis, inſignis, & eximius. Quint. Hunc tu animũ modo inter libidines, ac ſcorta perdebas, macie notabilis, pallore deformis, ſolaque impatientiæ tuæ fabula notus. Nobile ſcortum: quaſi in ordine meretriceo excellens, vel maxime inter alia notum, vt apud Liuiũ. Nobilis ille clade Romana locus. Et apud Cicero. Cuius præter cæteros eſt nobilitata crudelitas. Et latrones vocamus inſignes: qui maiore manu, maioreq; audacia graſſantur: & inſignis improbitas, inſigniſq; ſtultitia dicitur rarius. Quemadmodum ſingularis, & eximia ſtultitia rarior eſt. Cic. Verrinarum. iiij. Sin hãc vos in rege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexiſſe audi.nt.

Predit⁹ ſũ. Affect⁹ ſũ. * Prædit⁹ dicit̃ q aliqua re aliꝰ pit, vt pditus virtute preditus vitijs.

Singularis Notabilis Nobilis. Inſignis. Eximius.

¶Epitome capitis.cccxxxv.

DEſcendimus in prælũ/in forũ/in campum/ in pugnam nõ tantum in locum inferiorẽ: ſed minus tutum, aut rem magis difficilem.

¶Deſcendo. Cap.cccxxxv.

Deſcendo

DEſcendo in plium, deſcendo in forum, deſcendo in campum dicimus, nõquia de loco ſuperiore in inferiorem deſcendimus, ſed quia de loco tuto, in locũ diſcriminis opinor, ꝙ qui in loco ceſſiore ſe tenet, pugnam detrectare exiſtimatur, quẽ quũ relinquit, & in locum æquum venit, atq́ deſcendit mentem ſe habere pugnandi declarat. ideoq́ non fere dicimus in forum deſcendere, niſi qui pugnandi & defendendę litis cauſa venit in forę, non rerę venalium coemptor ac negociator. Et in campum deſcendere non niſi qui litis dignitatiſve cauſa (ſicut in campo Martio fiebat) certaturus vadit. Neç in prælium, pugnamve deſcendere, ꝙ in loca inferiora deſcendat. Non enim locus eſt pugna & prælium, quum nihil interſit qualis locus ſit, plan⁹ an montuoſus, in quem ſe confert, qui in pugnam deſcendere dicitur, vt apud Vergiliũ (Satis em̃ erit in re pſpicua vnum exemplũ protuliſſe). Inſtructos acie Tyberino a flumine Teucros/Tyrrhenáq́ manum totis deſcendere campis.

¶Epitome cap. cccxxxvi.

AMare eſt vehementer diligere: diligere eſt remiſſius amare, aut potius e multis feligere quẽ ames. Adamare eſt amatorie amare ideſt vehemẽter, ſed interdum etiam honeſte. Amicus honeſtus eſt amica viri concubina, amator mulieris aut pueri inhoneſtus fere intelligitur. ¶Adieci de meo, ſed interdum etiã honeſte, propter hanc Mancinelli limam. Adamare eſt item honeſte ac valde amare. Cicero libro ſecundo epiſtola ad Curionem. Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta & parata incredibilis quædã expectatio, quam in vna re facillime vinces, ſi hoc ſtatueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus hæ laudes

Mancinel.

comparantur, in his eſſe laborandum. Et libro .iij. de oratore ſic inquit. Deinde ab Antiſthene, qui patientiam, & duritiam in Socratico ſermone adamaret Cynici primum &c. Alibi quoque eodem lib. ita ſcribit. Demoſthenem ſequi vultis & ſi illam p̃claram, & eximiam ſpeciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamaſtis &c.

¶Amare, diligere, adamare, amicus amica amator. Cap. cccxxxvi

Amo diligo

AMare eſt generalis ſignificatu, idem qđ diligere, niſi quod putatur plus quidẽ eſſe in amando, q̃ in diligendo. vt Cice. ad Brutũ. L. Clodius valde nos diligit, aut (vt εμφατικώτερον dicam) valde nos amat. Et iterũ. Sic igitur facies, & me aut amabis. aut quo contentus ſum diliges. Idem ad Dolobellã. Quis erat, q putaret ad eum amorẽ, quẽ erga te habebã, poſſe aliquid accedere? Tantum tamẽ acceſſit, vt mihi deniq́ nunc amare videar, antea dile

Adamo

xiſſe. Adamare eſt amatorie amare, vt Quint. multis in locis, ſed vn⁹ ſuffecerit. Me quidẽ marite ſi qs interroget, omnes matres liberos ſuos tãq̃ adamauerint, amãt, videbis oculos nũq̃ a facie vultuq́ deflectere, comere caput, habitũq́ cõponere, ſuſpirare quũ receſſerint, exultare cũ venerint, conſerere manus pendere ceruicibus, non oſculis, nõ colloquijs, non præſente voluptate ſatiari. Amicus tamen honeſta res eſt. Amica quando ad virum refertur, in honeſta, vt hæc amica mea eſt, id eſt concubina. Ego vero ipſius non amicus, ſed amator ſum. Ideoq́ apud Terentium dicitur, here putaui hunc Pamphilum amicum amatorem virũ. Ne putares amicum in malam partem accipi, adiecit amatorem. Sed apud proſam hoc obſeruatũ ſemper inuenies apud poetas forſaſſe non ſemper.

Amicus. Amica. Amator.

¶Epitome capitis. cccxxxvij.

DEclarare frequentius ad facta pertinet, q̃ ad dicta, ſed interdum etiam ad dicta, & nonnunq̃ ſignificare ſignificat.

¶Declaro. Cap. cccxxxvij.

Declaro.

DECLARO frequẽtius ad facta pertinet, q̃ ad dicta. Cicer. Declarauit id modo temeritas. C. Cæſaris, qui omnia iura diuina, & humana peruertit. Aliquando etiam in dictis. Idem ad Ligurium. Poſtea vero q̃ magnam ſpẽ habere cœpi, fore vt breui tempore te incolumen haberemus, facere non potuit quin tibi & ſententiam, & voluntatem declararem meam. Et in eadẽ epiſtolã. Quãdo quid ſentirem expoſui, vellẽ tua cauſare potius declarare, q̃ oratione. Interdum accipitur pro ſignifico, vt idem libro. i. de finibus. Nullum verbum eſt, quod idem declaret latinæ, qđ græce ηδονη q̃ voluptas. Declaret, id eſt ſignificet, vel oſtendat, vel indicet.

¶Epitome capitis. cccxxxviij.

INgredi cum motu ad locum eſt intrare, ſed cũ motu in loco eſt ingredi, aut progredi. ſeu incedere, qđ ſic quoq́ accipitur, vt in loco cõgruat.

¶Ingredior. Cap. cccxxxviij.

INGREDIOR componitur quidem ex in, ſed diuerſa ratione, nũc ad locum vt ingredior forum, vel in forũ, qui modus loquendi nemini ignotus eſt, nunc in loco qđ eſt ambulo, & incedo. Verg. Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingreditur, & mollia crura reponit. Cicero libro. v. ad Atticum. Si dormis, expergiſcere. Si ſtas ingredere. Si ingrederis, curre, ſi curris, aduola. Idem eſt ergo ingrederis hoc loco, quod graderis, quod eſt ambulas.

¶Epitome capitis. cccxxxix.

COnſulo te, id eſt cõſilium abs te peto. Inde cõſultus homo prudens, a quo conſilium petitur, poniturq́ aut paſſiue, vt conſulti medici, aut pro prudente, vt vir conſultus, ſicut inconſulti imprudentes, aut quibus conſilium non eſt datum, vt Æneid. iij. Incõſulti abeunt, ſedemq́ odere Sybillæ. Item pro perito & ſcio, digno videlicet quem cõſulas, idq́ cum genitiuo, vt conſultus iuris, vel ſapiẽtiæ. Epicurice, aut cũ ablatiuo, vt iure conſultus. Conſulo tibi, id eſt conſilium do, ſed potius rebus q̃ animo, aut rationi tuæ. Inde conſultor qui cõſilium petit ſed interdum quaſi conſiliator reperitur. In plurali autẽ cõſulunt, aut potius cõſultant, pro deliberãt, aut cõſilium inter ſe captant, dicimus abſolute.

Cõſulo te.

¶Cõſulo te, cõſulo tibi, cõſultor, cõſultus, & inconſultus. Cap. cccxxxix.

CONSVLO te cōſiliū peto a te vel interrogo, & īqro. Quin ti. Quid ꝑ fidē facere vultis iuuenem quē de parricidio cōſuluit pater ille ſeruatus, miror hercu le (nō dixiſſe volui) ſum veneficus, ſum parricida. Itē Ergo qđ primū eſt, & vt qđ miraturus eſt quiſq; intelligat, & quare bonū ſit ſciat, tū in ſuſcipiendo onere cōſulat ſuas vires. Et iterū. Ego aures cōſules meas. Cōſulo tibi, cōſiliū do tibi, vel ꝓuideo tibi, ſed hoc frequētius, & magis ꝓprie in reb⁹, vt cōſule vitæ tuæ, cōſule valetudini, cōſule dignitati, cōſule ſaluti, cōſule rebus tuis, adeo frequentiſſime, vt quū dicit, cōſulere volo mihi, & meis liberis, intelligitur potius de corpore, & rebus externis, ꝙ de animo. In plurali aūt numero interdū reperit ſine appoſito, vt cōſulūt ſenatores, qđ frequētius dicim⁹ cōſultāt. i. deliberāt. Niſi eī adſit qui conſiliū petat, & qui cōſiliū det, nō erit deliberatio, ſiue cōſultatio, atq; vt cōſulūt dicimus, ꝓ conſultant, hoc eſt ꝙ altera pars petit, altera dat cōſiliū, ita ecōtrario nōnūꝗ cōſultare eſt vnius, nō pluriū partiū, ſed ita ſi is apud ſe duas partes ſuſtinet, ſecūq; deliberat. Hinc duo nomina naſcūtur cōſultor & cōſultus. Cōſultor fere ꝓ eo qui aliū cōſulit accipi ſolet, nōnunꝗ tamē ꝓ eo, ꝙ alij cōſulit. Salluſt. in Iugur. Simul ab eo petunt vti fautor, cōſultorq; ſibi adſit. Et iterū. Ita cupidine, atq; ira peſſimis cōſultoribus graſſari, neq; facto, neq; dicto abſtinere. Cōſultus, eſt homo prudēs, ac ſciēs, dignuſq; a quo cōſiliū petas. Cæterū non occurrit mihi, vbi repperim, niſi aut per participiū, vt ibi. Cōſulti medici dixerūt eūdem eſſe languorē, aut nomē ꝓ iuriſcōſulto, vt Hora. Eris tu, ꝙ modo miles, mercator, tu cōſultus, modo ruſticus. Quintil. in. vij. Scripti & volūtatis frequētiſſima inter cōſultos quæſtio eſt. Liuius tamē li. i. ait de Numa Pōpilio. Cōſultiſſimus vir, vt illa quidē ætate eſſe poterat, omnis diuini, atq; humani iuris, & l. x. Callidos ſolerteſq; iuris atq; eloquētiæ cōſultos. Hora. i. carminū Parcus deorū cultor, & in frequēs, inſaniētis dū ſapiētiæ cōſult⁹ erro. In cōpoſitiōe frequēs eſt, ſed adiectiuū, vt apđ Quint. O inconſultā muliebrē ſemper amentiā. i. imprudentē, incōſyderatā, & nulli⁹ cōſilij. Alterū quoq; cōpoſitū, ſi cōpoſitū eſt, vt iuriſcōſult⁹, qđ etiā dici ſolet iurecōſult⁹, nōnūꝗ ī ſimplici, vt Oui. l. i. de arte amādi. Sit tibi credibilis ſermo, conſultaq; verba.

Cōſulo tibi.

*Cic. Conſuli qdē te a Cæſare ſcribis ſed ego tibi ab illo cōſuli malleis.

Cōſultus.

Ser. primo

Incōſultus

¶Epitome capitis. cccxl.

AGimus gratias verbo, ꝓ quo barbare dicit regratiamur, raro aūt ſingulariter ago gratiam dicimus. Habemus gratias, & licet rarius gratiā aīo aut mēte memori. Referimus grām aut grās re ipſa, & facto beneficiū reddētes, ſed referimus vſitatius in re bona ꝙ reddim⁹ dicem⁹ referimus tū, & malas grās. Agere grates raro apđ oratores, frequentius apud poetas metri gratia.

¶Agere gratias, habere gratias, referre gratias. Cap. cccxl.

AGERE gratias, eſt verbo, qđ quidā barbare dicūt regratior, habere gratias eſt in animo, quū memorē accepti beneficij mentē, animūq; habeo, & inuicem gratificādi voluntatē. Referre, ſiue reddere gratias eſt facto, vt ſi tu a me ſubleuatus aut pecunia, aut patrocinio, aut manu, aliove ſubſidio viciſſim me aliquo modo ſubleuaueris, gratias retuliſti, reddidiſtiq;, licet Sene. nolit malas referri poſſe ſed reddi. Cice. in Sallu. ait. Nā ꝙ iſta inuſitata rabie in vxorē & filiā meā inuaſiſti, quæ ſe facilius mulieres abſtinuerunt a viris ꝙ tu vir a viris ſatis docte ac perite feciſti. Non enim ſperaſti me mutuā tibi gratiam relaturū, vt viciſſim tuos cōpellarē, ꝗꝗ Cic. nūꝗ fere ait reddere gratiā, ſed referre. porro hoc exēplum in aliū vſum quoq; attuli, qđ videt ſignificare gratiā etiā verbo referri, nō ſolū facto, ſed multū tū differt ab illo agere gratias, quo tantū innuit cōfeſſio accipiētis beneficiū. Qui vero refert gratiā, reddit beneficiū & interdū maleficiū, ſiue facto, & ſiue dicto, quoniā dicēdo nōnunꝗ proſumus eque atq; faciendo. Plācus ad Cice. Immortales ago tibi gratias agāq; dū viuā. Nam relaturū me affirmare nō poſſum. Tantis enim tuis officijs nō videor mihi reſpōdere poſſe. Ecce reſpōdere officijs & ſatiſfacere beneficijs eſt gratias referre. Cæterū frequētius eſt refero gratiā, ꝙ habeo gratiā. Itē frequētius, habeo gratiā, ꝙ ago gratiā. Vix enim audiuimus ago gratiā, ſed gratias, & raro refero gratias, ſed gratiam. Cuius rei teſtimoniū eſt illud in lib. xlvi. Ti. Li. Satiatuſq; tandem cōplexu filij, renūtiate (inquit) gratias regi, me agere referre gratiā aliā nunc nō poſſe ꝙ vt ſuadeā, vt nō ante in aciē deſcēdat, ꝙ in caſtra me redijſſe audierit. Dicimus itē ago grates, ſed ſepius apud poetas, qui neceſſitate verſus ago gratias dicere nō poſſunt. Nōnunꝗ etiā apud oratores, vt Cice. Aliquātoq; poſt ſuſpexit ad cœlū, & grates ſibi (inquit) ago ſumme ſol, vobiſq; reliqui cœlites, niſi legēdum eſt gratias, nō grates pro eodē ſignificato, ſiue ꝓ eo qđ eſt reddo gratias. Sene. in tragę. quæ inſcribit Agamennon, dixit. Reddunt grates tibi grādeui, laſſiq; ſenes cōpote voto. Reddunt grates id eſt (vt ego interpretor) agunt gratias. Quis eīn referre poſſit gratiam deo? qđ etiā fando nunꝗ cognitum eſt preterꝗ apud quoſdā recētes, nihil niſi barbare loqui neſciētes, ſed gratias agimus. Raro etiā gratiā dijs habere dicimus, quoties agnoſcimus, apudq; noſipſos fatemur ab illis beneficiū accepiſſe. citra ſpē gratiā referendi, vt in Andria Terentius Polidijs labeo, gratias, ꝙ in pariundo aliquot affuerunt libere.

Agere gratias. Habere gratias.

Referre ſeu reddere gratias.

Referre grām. Refero gratias raro.

Ago grates.

¶Epitome capitis. cccxli.

GRatulari cum datiuo tacito, aut expreſſo, eſt ſignificare te gaudere de fortuna, ac felicitate alterius qui eā obtinuit, etiam ſi tu is fueris, ita vt duplicē perſonā geras, & gratulātis, & ei⁹ cui gratuleris. Gaudemus igitur (vt Donatus dicit) noſtra felicitate, gratulamur alienæ. Pro quo poetæ & interdū hiſtorici grator vtuntur. Gratulari quoq; eſt gratias agere præcipuæ dijs hoc eſt ſupplicare ꝓ felicitate obtenta. Quomodo etiam grator accipi poſſet, longe tamen differunt a gaudeo, ita vt gratulari poſſet qui non gaudeat, vt aſſentator.

¶Gratulari & gratari. Cap. cccxli.

GRATVLARI, eſt verbo teſtari te gaudere de fortuna, ac felicitate alterius apud eum ipſum, qui affectus eſt felicitate, nonnunꝗ apud teipſum ob tuam felicitatem. Ideoq; fere poſtulat

Gratulor.

datiuum,vt gratulor tibi ob tuam præturam adeptam.Gratulor manibus meis,quibus,vt te contingerent datum eſt.Quin. Non efficiet tamen infandum præſentis reatus,indignumq́ diſcrimẽ, vt miſera puella non gratuletur ſibi,quod ipſam pauper accuſare iam poteſt.Poetæ nonnunquam prætereunt datiuum,vtiq́ quum fuerit pronomen,quæ fuerit cauſa vt quidam exiſtimarent, quorum eſt Apuleius, hoc verbum idem ſignificare,quod gaudeo.Ouid. in heroidibus.Gratulor Oechaliam titulis accedere noſtris,gratulor inquit tibi, vel mihi, vel nobis. Idẽ libro.iij.de arte amandi.Priſca iuuent alios,ego me nunc deniq́ natum Gratulor.Gratulor ſubintellige mihi.Et interdum etiam oratores,vt Quin. in paſtu cadauerũ.Gratulemur iam,quod nulla ciuitas famæ laborat,ſubintellige nobis. Verba autẽ Apuleij hæc ſunt in apologia de magia.Eo in tẽpore, quod non negabunt in Getuliç mediterraneis montibus fuiſſe,niſi piſces per Deucalionis diluuia reperirentur, quod ego gratulor neſciſſe iſtos,legiſſe me, prætermiſit datiuum atq́ gratulor pro gaudeo accepit. Quod tãtum abeſt,vt approbem,vt poſſit gratulari quis, quũ minime gaudeat,atq́ adeo doleat(quod frequẽter vſu venit) vtiq́ inter falſos amicos, quum alter inuidus,atq́ emulus tacite quidem dolens, quod alter honoribus auctus ſit,tamen illi gratulatur,forte & Apuleius ſubintellexit mihi.In eadem ſignificatione accipitur grator,ſed poeticum, hiſtoricumq́ eſt. Vergi.Iuueni germana viam,gratare ſorori.T.Liuius libro. vij. Tuum ſequentes currum, Iouis optimi maximi templum gratantes, ouanteſq́ adire. Dicimus aliquando gratulari pro eo,quod eſt gratias agere,ſed nõ fere niſi dijs immortalibus.Ideoq́ proprie idem eſt quod ſupplicare.Siquidem triumphantes in Capitolium accedebant. Ioui optimo maximo,cæteriſq́ dijs gratulatum.Eiuſdem quoq́ ſignificationis fortaſſis eſt grator,quod ſignificat Liuius libro.x.dicens. Itaq́ prætor exemplo edixit, vti ędítui ædes ſacras tota vrbe aperirent,quo circũeundi, ſalutandiq́ deos,agendiq́ grates per totum diem populo poteſtas eſſet.Nec mirum,ſi dicimus gratulari,gratiarive dijs, quaſi oſtẽdere,nos illis aggaudere,quum dicamur etiam eoſdem ſalutare, quaſi ſalutem illis optare,quod hominibus cõuenit,nõ dijs.

*Grator.*

¶Epitome capitis.cccxlij.

*Fingo.*

Fingere eſt more figuli aliquid componere. Effingere autem eſt ad alterius formam fingere,effigiẽq́ eius ducere.Effigies enim eſt ſimilitudo,aut imago rei ad viuum efficta.

¶Fingere & effingere. Cap.cccxlij.

FINGERE proprie eſt figuli, qui formas ducit ex luto,inde gẽnerale fit vocabulum ad cætera, quæ ingenio, manuq́ hominis artificioſe formantur præſertim inuſitate,& noue. Effingere eſt ad alterius formam fingere,& quodãmodo fingendo repræſentare.Cicero libro.ij.de ora.Tum accedat exhortatio,qua illum,quem delegerit,imitãdo effingat atq́ exprimat. Quin.Nam id quoq́ eſt docilis naturæ,ſic tamen vt ea quæ dicit,effingat.Et iterum.Nam mihi videtur M.Tullius quum ſe totum ad imitationem Græcorum contuliſſet,effinxiſſe vim Demoſthenis,copiam Platonis ,iucunditatẽ Iſocratis,vnde dictum eſt nomen effigies,figura ad viuam alterius ſimilitudinem,vel adventatis imaginem facta,tam in picturis,quam in ſcalpturis.

*✱Salluſti⁹ Quæ natura vẽtri pro na atq́ obedientia finxit. Lactã.li.i. Itaq́ homines eorũ ſimulacra finxerunt, vt haberẽt aliquod ex imaginũ cõtẽplatione ſolatiũ. Effingo. Effigies.*

¶Epitome capitis.cccxliij.

Obire ſignificat exequi, & perficere munus aut officium eius quod additur, vt obeo legationem, prouinciam, diem, aut mortem Quando autẽ nihil additur,vt obijt,ſignificat mortuum eſſe,quaſi omnia officia executum,ſicut oppetere mortem,id eſt terram mordicus petere, dicere licet aut abſolute, oppetere pro eo quod eſt necari, ſeu occidi,aut potius occiſum terram mordicus petere ne vocem viro indignam emittat,ſed interdũ etiam pro morte fatali,ſeu naturali dicitur. Similiter defunctus,& perfunctus varijs officijs dicitur,ſed dum nihil additur, intelligitur toto munere vitæ defunctus,id eſt mortuus.Detulit autem per ſe poſitum ſignificat accuſauit,vt auctor declarat.

¶Ob eo legationem.Prouinciam,mortẽ, diem. Item oppeto mortẽ, defunctus, & perfunctus,ac defero. Cap.cccxliij.

OBEO legationem,id eſt exequor munus,& officium legationis, obeo prouinciam exequor officium prouinciale.Ita obeo mortem exequor, & perago mortem,vel adeo mortem. quẽadmodum dicitur quis obijſſe diem, pro adiuiſſe. Item obijt diem ſuum, idem eſt quod mortuus eſt, & iuit ad diem fati, vt apud Quintilianum. Nunciatum eſt Marcellum diem ſuum obijſſe, prætermittimus autem nonnunquam illum accuſatiuum, dicentes. Marcellus obijt,quod idem fit in illis ſignificatione ſimilibus verbis,oppetijt,& defunctus eſt,atq́ etiam detulit,& ſi qua inſunt alia. Nam in priore ſubintelligitur accuſatiuus mortem,in poſteriore ablatiuus vita. Quid ſigni? quod ſæpe reperimus hæc nomina his verbis eſſe adiuncta.Eſt autem oppetere frequentius quidem mori, non fatali, ſed illata morte. Interdum tamen & fatali.Cicero in offi.Et Aiax traditur milies mortem maluiſſe oppetere,quam mulieribus(ſi Circe & Caliſpo mulieres appellandæ ſunt)vt Vlyſſes fecit, inſeruiſſe. Itẽ de diuinatione.Equius eſſe cenſuit ſe maturam oppetere mortẽ, quam Publij Aphricani filiam adoleſcentem fœminã emiſit,ipſe paucis poſt diebus eſt mortuus.Sine accuſatiuo,vt apud Ver. O terq́ quaterq́ beati. Quis ante ora patrum,Troię ſub mœnibus altis Contigit oppetere.Defunctus quoq́ dicit, quaſi perfunctus munere viuendi,ideoq́ vt dicimus, perfunctus eſt, ſiue defunctus officio prætorio, munere edilitio, cura tribunitia,ita defunctus vita,id eſt ab hac adminiſtratione,ab hoc munere,ab hac procuratione ceſſauit,vt apud eundẽ.Defunctaq́ corpora vita. Detulit autem(quod tertio loco poſui)in idem ſignificatum accipio,quod eſt pro accuſauit,vbi ſubintelligitur reum,vt Quinti.Diuitem detulit,rem pauper inimicus occiſi pater.

*Obeo cũ diuerſis. Obijt. Oppetijt. ✱Dicim⁹ ſimplr̃ oppeto & cũ additione mortẽ oppeto.oppeto,aliqñ eſt incurro. Pla. Atq́ illa viua viuat,et peſſẽ oppetat. Defunct⁹. Perfunct⁹. Defero.*

¶Epitome capitis.cccxliiij.

¶Veſtigo eſt inquiro quaſi per veſtigia,ſed inueſti-

go & perueſtigo ſignificant non ſolum quæro, ſed etiam, & quidem frequentius quærendo inuenio.

¶Veſtigo, perueſtigo, & inueſtigo. Cap. cccxliiii.

Inueſtigo. Veſtigo.

PERVESTIGO & inueſtigo, non ſolum quæro, ſed & quidem frequentius quærendo inuenio, vt ſit veſtigo quæro, inueſtigo etiam & perueſtigo quaſi acquiro. Ductum eſt autem hoc verbũ e veſtigiis, tanq̃ ſignis indiciiſq́;, quibus ad rei notitiam peruenimus. Cice. iii. de oratore. Ipſa tractatio, & quæſtio quotidie ex ſe gignit aliquid, quod cum deſidioſa delectatione veſtiges. Idem in eodem lib. ii. Noſſe regiones intra quas venias, & perueſtiges quod quæras. Idem pro Ligario. Sed quoniam diligentia inimici inueſtigatum eſt quod latebat, confitendum eſt vt opinor. Terentius. Nihil tam difficile, quin quærendo poſſit inueſtigari.

¶Epitome capitis. cccxlv.

NVtriuntur parui, vt creſcant, nutriuntur etiã adulti vt viuant, quo modo etiã alii dicunt, ſed res incorporeæ aluntur, vt creſcant dũtaxat, hoc eſt augentur. & fouentur.

¶Nutriri & ali, quid ſignificet. Cap. cccxlv.

Nutriri. Ali.

NVTRIRI eſt paruulorum, vt creſcant, vnde nutrices dicuntur nutriciiq́;, qui curam infantium habent habuerunt ve & adultorum, vt viuant. Alii quoq; in eodẽ ſignificato, vnde lex illa duodecim tabularum. Liber parentes alant, aut viciantur. At in rebus incorporeis frequentius vt creſcant. Quin. Sed alere facundiam, vires augere eloquẽtiæ poſſit. Perinde ac ſi dixiſſet, augere facundiam, augere vires eloquentię poſſit. Cice. Sed nec illa extincta ſunt, alũtur potius, & augentur citatione, & memoria mea. Cõiunxit & ipſe hæc duo, ſicut ſolemus in multis, q̃ ſimilia ſunt, vt poſſum, & licet, vt munus, & officiũ, vt mens animuſq́;. Vergi. Hos ſucceſſus alit. i. quaſi horum animos ſucceſſus augeſcere facit.

¶Epitome capitis. cccxlvi.

Spero.

SPero, & confido pro credo leguntur tam de præterito q̃ de præſenti, & futuro, vt author exemplis docet.

¶Spero, confido. Cap. cccxlvi.

Confido. *Spero tã de p̃ñti q̃ de p̃terito dicitur.

SPERO PRO credo vſitatum eſt, ſiue de præſenti loquamur, ſiue de præterito. De præſenti. Quin. Facilis (vt animaduerterevos ſpero) defenſionis meæ curſus eſt. De præterito. idem. Et innocentiam quidem puellæ ſatis (vt ſpero) defendimus. Et Cice. Spero iam probatam eſſe amicitiam noſtram. Similiter confido pro credo, tum in præterito, tum in præſenti, tum in futuro. In præterito. Quoniam probatam rationem officii mei vobis eſſe confido. In præſenti. Quamq̃ a Cratippo noſtro principe huius memoriæ philoſophorum, hæc te aſſiduæ audire, atq; accipere cõfido. In futuro Ita fore confidimus. Hæc exempla ex Cicerone ſunt.

¶Epitome capitis. cccxlvii.

DIcere ſententiam competit conſiliario, ferre iudici, ſed interdum dicere pro ferre legitur. Similiter dicere leges differt a ferre. Nam ferimus ad noſtros, dicimus ad victos.

¶Dico ſententiã, & fero ſententiã. Dico legem, & fero legem. Cap. cccxlvii.

Dicere ſententiam. Ferre ſententiam.

DICO ſententiam conſiliarius, fero ſententiam iudex, quorum exempla frequẽtiora ſunt, q̃ vt a me repeti debeãt. Nõnunq̃ tamẽ dico pro fero, vt apud Quintilia. Apud iudices quidem ſcd̃m legem dicturos ſententiam, de confeſſis præcipere, ridiculum eſt. iuris quoq; conſulti hoc verbo in hũc ſenſum frequentiſſime vnde videntur. Dico leges aliud, q̃ fero leges: Eſt enim ferre ad ſuos, dicere ferre ad victos, vt Liuius libro. xlvi. Nihil ea nouerunt regem tutam fore bellis Aſiam ratum, quãdo perinde ac victoriam ſibi leges dicerentur.

Ferre legẽ. Dicere legem.

¶Epitome capitis. cccxlviii.

CIrcũſto, id eſt circundo, ſtando proprie. Circũſiſto, id eſt inuado, & irruo, aggrediorq́;, terrificandi gratia, ſed interdum etiam terroris auferendi. Interdum pro circunſto, & circunſiſto.

¶De circũſto, & circũſiſto. Cap. cccxlviii.

Circũſto. Circũſiſto.

CIRCVNSTO, & circunſiſto vtrunq; facit circunſteti, ſed primum pro circundo, alterũ pro inuado, & irruo, & quaſi terrificatione aggredior. Vergi. Circunſtant animæ dextra leuaq; frequentes. Idem. At feſſi tandem ciues infanda furentes. Armati circunſiſtunt, & alibi. At me tum primum ſæuus circunſtetit horror. Quintilianus in apes pauperis. Quum me euocaſſet ſubito trepidum, totoq; fortunæ ſuæ ſtrepitu circunſtetiſſent. Nonnunq̃ non terrificandi, ſed terroris auferendi gratia ponitur, vt Cæſar in commentario. Si quis grauiore vulnere accepto deciderat, circunſiſtebant, hoc eſt ſocii iacentem exhortantur, tela hoſtium arcentes. Nonnunq̃ etiam, vt circunſto accipitur, vt apud eundem. Et mercatores in oppidis vulgus circunſiſtit, quibuſq; ex regionibus veniant, quaſq; ibi rẽs cognouerint, pronunciare cogit. quo etiam modo apud Quintilianum accipi poteſt.

Circũſiſto nõnũq̃ p̃ circũdo accipitur.

¶Epitome capitis. cccxlix.

VSurpare eſt vti ſeu vſitare tum dicto, tum facto, ſed cum accuſatiuo, interdumq; pro dictito ponitur, ſicut frequentius pro factito.

¶De vſurpo. Cap. cccxlix.

Vſurpo. * Amb. lib. hexame. p̃ ſolere poſuit. Ipſum mũdũ ſemper fuiſſe & fore Ariſto. vſurpat dicere.

VSVRPARE eſt vti, ſiue vſitare tum dicto. tum facto. Cicero in oratore, poſt inuenta cõcluſio eſt, qua credo vſuros veteres illos fuiſſe, ſi iã nota, atq; vſurpata res eſſet, qua inuẽta omnes vſos magnos oratores videmus. Hoc etiã ſic dicere licebat in eandem ſententiã. Poſt inuẽta concluſio eſt, quam credo vſurpaturos illos fuiſſe, ſi iam nota, atq; vſurpata reo eſſet, quam inuentam omnes vſurpaſſe magnos oratores videmus. Idem. Quod ſemper vſurpamus in omnibus dictis, ac factis minimis, ac maximis, quum hoc decere dicimus, illud non decere. Idem. Præclare enim hoc eſt vſurpatum a doctiſſimis, quorum ego anthoritate nõ vterer, ſi mihi apud aliquos agreſtes habenda eſſet oratio. Sed quum apud prudentiſſimos loquar

quibus hęc inaudita non ſunt, cur ego ſimulem, me ſi quid in his ſtudijs opere poſuerim perdidiſſe. Dictũ eſt igitur ab eruditiſſimis viris, niſi ſapientẽ liberũ eſſe neminẽ. Vſurpatũ & dictũ ꝓ eodẽ accepit, ſicut doctiſſimis & eruditiſſimis. Quid multa? quũ frequenter iuriſcõſulti vtantur vſurpo ꝓ dictuto? Nam ꝓ factito min⁹ dubium eſt.

¶Epitome cap. cccl.

¶Præſto ſum idem eſt quod adſum .i. auxilio ſum, ſempq; fere v̾bo ſum ſimplici cohæret. Adſum aũt tria ſignificat. Primum præſentem eſſe, idq; naturaliter ſignificat & ablatiuũ mediãte præpõne in regit, aut datiuũ. Alterũ auxilio, ſeu pſidio eẽ, quomõ aduocati, adſunt. Tertiũ aduenire ſeu aduenturum eſſe. Quæ tria etiam præſto eſſe ſignificat.

Præſto ſum
Adſum.

¶De præſto ſum, & adſum. Cap. cccl.

ITer facere eſt ingredi viã, hoc eſt ire. Viã facere eſt vbi nõ erat via aut tranſitus, hũc aut hãc aperire. Munire viã eſt eam purgare, reficere, aut ſubſternere interdũ lapidibus. Et ſicut viã munire quando eã purgamus & reficim⁹ dicimur, ita & ripam, ac alueũ, ac aditũ, ꝓ eo quod eſt viã munire. Iter habere eſt aliquẽ aliquo eſſe iter facturum, ſeu debere ire.

Iter facere

¶Iter facere, viã facere, viã munire: itẽ iter facere, & iter habere quid differant.

Caput ccclxx.

ITer facere, viã facere, viã munire. Itẽ iter facere, & iter habere differũt. Iter facere, eſt (vt impiti loquuntur) itinerare: vt periti, ingredi iter, aut viã, vt Cic. de ſenectute. Maſſiniſſam cũ pedibus iter ingreſſus eſt, in equũ nõ aſcẽdere, quũ in equo, ex equo nõ deſcendere. Idẽ lib. i. off. Tempus a natura ad eligendũ, quam quiſq; viã viuẽdi ſit ingreſſurus, datũ eſt. Viã facere eſt proprie vbi nõ erat via, viã ac tranſitus aperire. Quinti. Feratur igitur non ſemitis, ſed cãpis, non vti fontes anguſti fiſtulis colliguntur, ſed vt latiſſimi amnes totis vallibus fluãt, ac ſibi viã (ſi qñ nõ acceperit) faciat. quod non probe dixeris, muniat. Eſt em̃ munire viam repurgare, reficere ac ſubſtruere, interdum lapidibus, quales ſunt viæ Romanæ a pleriſque portis in multorum dierum iter ſilicibus ſtrate. Cicero ꝓ Milone. Appius ille cecus viam muniuit, non qua populus vteretur, ſed qua poſteri ſui latrocinarentur. Et per tranſlationem de corporalibus ad incorporalia. Quĩt. lib. iij. Propterea ꝙ plurimi authores q̃uis eodem tenderent, diuerſas tamen vias munierunt, & in ſuam quiſq; induxit ſequentes. Dicimus etiã vt viam ita ripam munire, alueum munire, aditũ munire, quũ illa reficimus vel reparamus. Cicero etiam aditũ munire, pro viã munire dixit pro Cluẽtio. Aditum ſibi alijs ſceleribus ante muniuit. Iter habere, eſt iter aliquem eſſe facturũ. Cice. habebat iter ad Hiatrum regẽ pro Flacco, & ad fratrẽ. Et ꝙ ille in Sardiniam iter habebat

Iter facere eſt ire. Pli. cũ p eã regionẽ iter facturi eſſent, quod etiam iter tenere dicimus. Vg. Quib⁹ aut veniſtis ab oris. Quoue tenetis iter. Viã facere

Munire viam.

Iter habere

¶Epitome capi. ccclxxi.

¶Proponere & oſtendere p̃mium ac ſpem & metum ſi quid differunt, hoc eſt, proponit qui poteſtatem ac imperiũ habet: oſtendit vero q tantum adhortatur, atq; cõſilium dat.

¶Proponere præmiũ, metumve, oſtendere ſpẽ, aut metũ quid differãt Cap. ccclxxi.

PRopono præmium, propono metum oſtendo ſpem, oſtendo metum, fere in eadem ſignificatione, hoc eſt hinc hortor, illinc deterreo, niſi ꝙ proponere eſt potius poteſtatẽ, imperiumq; habentis. Oſtendere vero conſilium dantis. Cicero Quis eſt q propoſito tanto p̃mio non excitetur? Idẽ. Propoſitis mortis, & exilij minis. Iterũ. Spem metũ ꝙ oſtendere. Atq; iterũ. Magnũ huic vrbi periculũ oſtenditur

Propono p̃mium. Oſtendo præmium & ſi'ia

¶Epitome cap. ccclxxij. patet.

¶Pacificatum eſſe, pacatum eſſe, placatũ eſſe quid differant, Caput. ccclxxij.

PAcificatus ſum, pacẽ feci, pacatus ſum, in pace ſum, vl' ab armis receſſi. Placatus ſũ, ab indignatione animi ad lenitatẽ redij, vel animo leni ſum.

pacificat⁹ Pacatus. Placatus.

¶Epitome cap. ccclxxiij.

¶Parẽ eẽ ſignificat ſufficere alicui opi, ſiue reſiſtẽdo illi, ſiue exequẽdo. Par quoq; interdũ idẽ eſt qđ decẽs, aut æquũ. Paria facere ẽ qđ alibi amiſſũ eſt, vel quod aliũde acceptũ, alibi vl' aliũde cõpenſare

¶Parem eſſe qđ ſit, & paria facere. Cap. ccclxxiij

PArem eſſe idem eſt quod ſufficere alicui operi, ſiue reſiſtendo illi, ſiue exequendo. Cicero ad Atti. lib. xi. Tum interpellat fletus, repugno quoad poſſum, ſed adhuc pares non ſumus. Quintilianus in geminis languetibus. Nunc infelix nõ eſt, par dolori: nũc non inuenit vlla ſolatia, ex quo ſibi videtur filium perdidiſſe victurum. Idem. Non fallit nos nefande quid captes, hoc ꝙ ſupra ſilẽtiũ trahis alta ſuſpiria ꝙ in prorumpenti videris exclamatione deficere, mendacio paratur authoritas, & in fidem erupturæ vocis affertur, vt fateri videaris inuitus: dic tamen par eſt huic rei matris integritas vt mentiaris? Luc. Hunc habuiſſe pares phœbeis ignib⁹ vndas, & hoc in reſiſtendo, in exequẽdo aũt idẽ Quinti. Aſpicio par laboribus corpus. Nõnunq̃ par idẽ eſt quod decẽ, vt idẽ. Si ꝓpter matrimonia violata vrbes euerſæ ſunt, quid fieri adulterio par eſt? Paria facere, eſt quod alibi amiſſum eſt, vel quod aliunde acceptum, alibi, aut aliunde cõpẽſare: idem Quint. Paria tecũ facio reſpublica, quæ propter me

parem eẽ.

Par ꝓ decens

Paria facere

vnũ ciuẽ perdideras.& alibi.Sic paria faciem⁹. Tu illic eris vicarius meus.Plinius auunculus.Naſcunt & alio mõ terrę,ac repente aliquo mari emergũt, velut paria ſecũ faciente natura, ꝙq; hauſerit hiat⁹ aliquo loco reddẽte. Pli. iunior ad Priſcum lib. xiij. Habuerũt officia mea in ſecundis,habuerunt in aduerſis,ego ſolatiũ relegatarum:ego vltor reuerſarũ nõ feci tamen paria,atq; eo magis hanc cupio ſeruari,vt mihi ſeruãdi tẽpora ſuperſint. Sene. Vt ſtatim tibi ſoluam quod debeo,& quantum ad hanc epiſtolam paria faciamus.

Sollicito.

*Terẽ. in And. Cur meã ſenectutẽ ſollicito huius Amentia. Curt.lib.ij. Verũ enĩ vero cum mõ milites meos lr̃is ad ꝑditionẽ, modo amicos ad ꝑniciẽ pecania ſollicitet ad internitionẽ mihi perſequẽdus eſt

¶Epitome capitis.cclxxiiij.Patet.

¶Sollicito. Cap.cclxxiiij.

SOLLICITO TE,vel ꝙ ſpem, me tum ve tibi oſtendo,vt ſollicitare plebẽ, vel inquieto,& tibi curam inijcio.

¶Epitome capitis.cclxxv.

GRatum facere eſt quaſi obſequi,& inſeruire. Gratificari eſt quaſi beneficiũ conferre.Itaq; minus eſt gratũ facere,ꝙ gratificari,quũ dij gratificari dicant, nõ gratũ facere hoĩbus.

Gratum facio.

¶Inter gratũ facere,& gratificari. Cap.cclxxv.

GRATVM facio,& gratificor (ſi quid differunt)ita differunt,quanq̃ vtrũq; eſt ex gratum & facio,nõ tamẽ vtrũq; cõpoſitũ.Differunt autem ita ꝙ gratũ facere eſt quiddam minus,& prope idem quod obſequi,& inſeruire, vt Cice. Si hunc iuueris, gratiſſimũ mihi feceris.Gratificari quiddã maius, vt deum gratificari hoĩbus dicimus,nõ autẽ gratũ facere,quaſi idem ſit,quod beneficia conferre.

Gratificor.

*Cic. Lr̃. Qd Põpeio ſe gratificari putant.

Deduco. Reduco.

¶Epitome capitis.cclxxvi.

DE duco,& reduco pręter generalem ſignificationẽ ſpecialiter ſignificant alicui præſtare comitatum ex officio fere parium.Comitari vero minorũ erga maiores. Deduco aũt,& reduco certũ ſpectant locum.Aſſectari vero eſt comitatũ præſtare per totam fere vrbem.

Deduco in hoc ſignificatu cõtrarię ſignificationis verbum habet reduco

¶Deducere/ reducere/comitari/aſſectari q̃d ſignificent. Cap.cclxxvi.

DEDVCO, ET reduco generalẽ habent ſignificationẽ,ſed in hoc ſpecialẽ quoties alicui officij præſtamus comitatum,vt deduxi Catonẽ in ſenatũ,cũq; vt domũ reducam,hic expecto.Sed proprie hoc eſt inter homines nõ multũ dignitate, & authoritate diſtantes.Comitari vero minorũ potius erga maiores.Caterũ deducere/& reducere eſt, quaſi ad certũ locũ,Aſſectari quaſi comitatũ ꝓſtare,nõ tantũ in itinere,aut nauigatione, aut militia: ſed fere per vrbẽ,vt Cicero de ora.lib.ij.Quũ edilitatem Craſſus peteret,eumq; maior natu,& conſularis.Sergius Galba affectaretur, ꝙ Craſſi filiam,C.filio ſuo deſpondiſſet.

Comitor. Aſſectator

*Cicer.in Cato.Satiari delectatione non poſſum,vt meę ſenectutis requiẽ oblectamẽtũq; noſcatis. Ad corpus viſus eſt colu mel.lib.ix. Satiatq; ſe modius cibi in dieb⁹ ſingulis cẽtenos turtures.

¶Epitome capitis.cclxxvij.

¶Satiare ad omnes ſenſus attinet, transferturq; ad animũ,ſaturare ad ſolum guſtum.

Satiare. Saturare.

¶Inter ſatiare,& ſaturare. Cap.cclxxvij.

SATIARE ad omnes ſenſus attinet, ſaturare ad vnũ guſtũ.Nã figurate locutus eſt Cice.Iracũdiã meã ſatura tuo ſanguine,quaſi ſitim meam ſatura.Satiare frequenter ad animũ transfertur.

¶Epitome capitis.cclxxviij.

INcedere eſt ambulare, ſed fere ſublimiter, & cũ faſtu,licet inceſſus ſit qualiſcũq;, ſiue tardus ſiue feſtinus,ſiue cõmotus,ſiue incõpoſitus,immoderatuſq;

Ambula.

¶Inter incedere,& ambulare. Cap.cclxxviij.

INCEDERE EST ambulare,inde inceſſus,ſiue tardus,ſiue feſtinus,ſiue commotus,& incõpoſitus immoderatuſq;, proprie tamen ſublimior quidã,& faſtũ præ ſe ferens.Verg.Regina ad templũ magna ſtipante caterua Inceſſit.Et iterũ. Et vera inceſſu patuit dea.Quod Seneca quodã loco declarat Tenero,ac molli paſſu ſuſpẽdimus gradum,nec ambulamus, ſed incedimus.

¶Epitome capitis.cclxxix.

¶Aduerſor tibi quid ſit, notum eſt, auerſor autem te:eſt te cum auerſione vultus deteſtor.

¶Inter aduerſari,& auerſari. Cap.cclxxix.

ADVERSOR tibi,&auerſor te,de primo nihil dubij eſt.Secũdũ ſumit ſignificationem a geſtu, quoties ab aliqua re quam deteſtamur,vultũ auertimus. Quintil.in.xi.Aſpectus enĩ ſemper eodẽ vertit,quo geſtus,exceptis q̃ aut dãnare,aut concedere,aut a nobis remouere oportebit.Vt idẽ illũ videamur vultu auerſari, manu repellere. Maro. Dij talẽ terris auertite peſtẽ.In Deuteronomio,& alijs pluribus locis eſt.Gentes quas dñs auerſat̃,i. deteſtat̃ atq; abomiat̃,& a qb⁹ prę odio vultũ auertit, Multi tñ indocti legunt,ſcribũtq;,aduerſat̃ dñs,

Aduerſor. Auerſor. *Ouidius in faſtis. Officiolo le uem nõ auerſat honorem.

¶Epitome capitis.cclxxx.

¶Leuo,id eſt alleuo,& laborẽ, moleſtiãq; extenuo, nota aũt ſignificatio eſt ſurſum tollo,q̃d dicit̃ exalto.Subleuo.i.auxiliũ,defenſionẽq; ꝑſto, aut alleuo. Alleuo aũt.i.de imo ſurſumtollo,aut de miſeria erigo.Eleuo extenuo,& imminuo,nec ſe aliter legiſſe meminit author.¶Propria tñ ſignificatio eſt erigere,& quaſi e tenebris ſurſum tollere. At quia in trutina quod erigitur,minus valere cenſetur,ideo per tranſlationẽ eleuare eſt imminuere ęſtimationẽ, & pretium rei,vnde recte Perſius .Nec ſi quid turbida Roma Eleuet,accedas, examenq; improbũ in illa Caſtiges trutina. Cæterũ aliter quoq; acceptũ atteſtatur Mancinellus dicens ſic.

Mancinel.

¶Eleuo item ſignificat in altum tollo.Plau. Capedum lapidem hunc,atq; eleua,

¶Leuo/ſubleuo/alleuo/q̃d ſignificẽt. Ca.cclxxx.

LEVO eſt alleuo,& moleſtiam, laborẽq; extenuo. Nam pro illo ſignificato, q̃d eſt ſubſtollo,notũ eſt, vt Liui⁹ li.xxi. Mox aqua leuatur vento, quum ſuper gelida montiũ cacumina concreta eſſet Subleuo,auxiliũ,defenſionẽq; præſto. Cice. Zopyrus qui ſe naturam cuiuſq; ex forma perſpicere profitebat̃,deriſus a cæteris eſt,qui illa in Socrate vitia nõ agnoſcerẽt,ab ipſo aũt Socrate ſubleuatus, quũ illa ſibi ſigna ratione a ſe deuicta diceret. Alleuo,in altum tollo,vel de imo,& vbi quid iacet eſt:ſurſum tollo.Quintil.Vidi multos,quorũ ſupercilia ad ſingulos vocis conatus alleuarent. Idem. Homini in aquã lapſo,atq; vt alleuaret oranti.Inde tranſlatio eſt ad qualitatẽ fortunę,vt idẽ.Quare,nõ petiſt,vt mi

Leuo. Subleuo. Alleuo.

ferum putetis,niſi & innocens fuerit,nõ petit,vt afflictũ alleuetis,niſi & probauerit ſeſe infeliciorem ꝙ patrẽ amiſeritq;,ꝙ oculos.Etiã nonnũꝗ̃ ſubleuo pro alleuo.vt apud Sueto.de Veſpaſiani vita.Dũ ꝙ ſurgit,ac nititur inter man⁹ ſubleuantiũ extinct⁹ eſt.Eleuo,imminuo,& extenuo vt idẽ Quint.Nam quis ignorat quin id longe ſit honeſtiſſimũ,ac liberalibus diſciplinis,& illo quem exigim⁹ animo digniſſimũ,non vendere operã,nõ eleuare tanti bñficij authoritatẽ,quũ pleraq; hoc ipſo poſſint videri vilia, ꝙ ꝓtium habent.Nuſquam memini in aliũ ſenſum repiſſe me.Nã Hiero.teſtatur quodã loco Eſaiæ.Eleuatũ eſt ſup liminare templi debuiſſe trãſferri ſublatũ eſt,ſed ad tollendã ambiguitatẽ(ne qs putaret ſẽſum eſſe talem)qualis eſt.Sublatũ ẽ mihi palliũ,ad aliud verbũ recurſũ fuiſſe, propriũ tamẽ erat ſublatũ.vt idẽ Quinti.Tunc nefas eſt ſubleuatis ad cælum manibus proclamare.Mathematice mentitus es.

Eleuo.

¶Epitome capitis.cclxxxi.

¶Perpendo.i.exacte pondero.& examino,non antẽ intelligo,aut pcipio.Expendo quoq; pro perpendo fere accipitur.Appendo.i.ſuſpendo,aut ad lancẽ ſtateráve pondero.Impendo.i.impſior:ſed impẽdeo eſt ſup caput iamiã caſurus pendeo:ab vtroq; fit participiũ impendens,ſed diuerſæ ſignificatiõis ¶Impendere penultima longa poteſt ſcribi cum apice ſic,impendere:quõ ſcribi ſolent,ante,q;,ve,ne queuis ſyllabæ,vt,vtraq;,vtreq;,vtriq;.&c.

¶Perpendo,expendo,appendo, impendo, & impendeo Cap.cclxxxi.

Perpendo. PErpendere,eſt exacte ponderare, atq; examinare,nõ autem (vt aliqui volũt) intelligere,atq; animaduertere Cicero. Quid in amicitia fieri oportet,quæ tota virtute perpenditur? Expendo. Expendere eiuſdẽ fere ſignificationis eſt.Idem in Verrem.v. Deinde hæc expedite,atq; æſtimate.Idẽ off.i.Quæ contẽplantes expendere oportebit,quid quiſq; habeat ſui eademq; moderari,nec velle expiri,ꝗ̃ ſe aliena deceant.Appendere eſt tum ſuſpendere,vt notũ eſt, vt appendi vuas,tũ ad lancẽ,ſtaterẽve ponderare.Idẽ in Antoniũ.Vt iam appendatur pecunia no numeretur. Appendo Et in proœmio orationũ Æſquinis,ac Demoſthenis a ſe tranſlatarũ figurate ad incorporea trãſtulit.Ea putaui nõ annumerari lectori debere, ſed tanquã appendere.Impendo habet participiũ prẽſentis tale,quale eſt ab impendeo. Vt admoniti ſimus cauendũ eſſe,ne iſta nos fallas ambiguitas,ꝗ̃le eſt apud eũdem de ſenectu.Mortẽ igitur impendentẽ omnibus oris timens,qui poſſit animo cõſiſtere,Hoc participiũ eſt ab impendeo,nõ ab impendo.Eſt autẽ impendere ſupra caput iãiam caſurũ. pendere,vt nubes impendent,& gladius ille cęna ſeta appenſus ſupra Dionyſium cõuiuæ caput imminens impendebat.Impendere ab ĩpẽdere apice diſtiguẽdum eſt.

Impendo. Impẽdeo. Impendẽs ⁂ Impendere ſecũdæ cõiugationis verbũ quid ſignificet.

¶Epitome capitis.cclxxxij.

RApere res aliquas,eſt eas violenter & celeriter auferre.At ſapere perſonã eſt eam,aut ſicut alias res auferre,aut vitiare potiſſimum virginem.Eripe aũt cum datiuo, & accuſatiuo eſt quaſi e manib⁹ alicui ſua rapere:nõ tamẽ ſemp ad vſum rapientis.Itaq; in malũ fere accipitur,ſed cũ accuſatiuo & abltõ mediante de vel a vel ab vl abs plerunq; in bonũ,vt eripuiſti ab hoſte, ſed interdũ quoq; in malum,vt eripuiſti a me filiã.Preripe aũt non regit ſic ablatiuũ,ſed qui præripit ſemp in ſuũ vſum rapit:nõ tñ præ illic anteceptionẽ tpis ſemp declarat:interdũ tamen eſt ante rapere,ſed poti⁹ in paſſiua,vt præreptus morte,quaſi præuentus

¶Rapere,eripe,præripere quid ſint Caput.cclxxxij.

RApere manifeſtã ſignificationem habet,quum de alijs rebus loqmur.Quũ vero de pſonis,duob⁹ modis accipit. Rapere Vno q ad res quoq; pertinet,vt apud Verg.Quid faceret? quo ſe rapta bis coniuge ferret?Rapta dixit pro ablata.Et alibi Raptas ſine more Sabinas.Altero pro eo quod ẽ vim afferre atq; vitiare,vel ſi non aſportet,nec fœminã loco deducat,quod proprie de virginib⁹,quæ vitiatæ ſunt dicitur,vt apud Senecã,qui eandẽ legem nõ eiſdem verbis repetit,quodam loco ſic retulit. Rapta raptoris,aut mort̃,aut ĩdotatas nuptias optat Alio loco ſic.Vitiata vitiatoris,aut mortem,aut indotatas nuptias optet.Ab hoc verbo duo compoſita ſunt,eripio & præripio,quorum primum quoties habet cum accuſatiuo datiuum,fere in malam partem accipitur,vt eripuiſti mihi omnes bene viuendi facultates.Quoties vero ablatiuum cum præpoſitione a,vel ab,ſiue abs:plerunq; in bonam,vt eripuiſti me a periculo. Interdum in malam,vt eripuiſti a me filiam.Quod verbũ ita differt,a præripio(præterq̃ ꝙ nunquã hoc poſtulat talem ablatiuum )ꝙ qui alteri aliquid eripit, poteſt id non in ſuos vſus eripere,vt eripuit illi vitam:qui vero præripit,in ſuos ꝓprios vſus rapit,neq; prępoſitio illa anteceſſionem temporis declarat.Cicero pro Gallo Demoſthenes tibi præripuit ne eſſes primus orator.Tu illi,ne ſolus.Nõ hoc intelligit Cicero.ꝙ Demoſthenes huic,aut aliquid eripuerit(vt qui offerre nihil poſſet nondum nato )aut priorem ſe fecerit. Non eñ Demoſthenes primus oratorum antiquitate tẽporis dicitur,ſed facultate neq; hũc ſolus Demoſthenes ætate anteceſſit,eo qdem magis , ꝙ hic ipſe æqualis Ciceroni.non potuiſſet inuicem antiqſſimo illi aliquid ante auferre.Ergo ille præripuit tibi.i.rapuit tibi iſtam dignitatẽ,vt ſummus orator eſſe videatur:futurus etiam ſolus,niſi tu partem in te illius laudis tranſtuliſſes:eſſeſq; tu dignus nomine oratoris,ꝗ̃uis non æquandus Demoſtheni,quo nomine adhuc poſt illum præter te dignum vidimus neminẽ.Nõnunꝗ̃ hoc verbũ ſignificat añ cape,ſed magis in paſſiuo,vt immatura morte præreptus non potuit pſtare qualẽ promiſerat regẽ. Sũt enim hæc verba Pliñ Iunioris de viris illuſtribus, quaſi dixiſſet immatura morte præuentus.

Teren.in Andria. Sublime hunc intro rape q̃ tũ potes. Ver. lib.i. Atq; illum in pceps prono rapit alueus anni. Eripio Præripio. Lactãti⁹ de ira dei Areſcãt oculi. os tremat lĩgua titubet, dentes cõcrepẽt. Præreptet.

¶Epitome cap.cclxxxiij.

¶Titubare eſt pedibus non valentis inſiſtere præ ſenio/ebrietate,aut infirmitate ſe huc,illucq; motare transferturq; ad animũ,& ad linguam ac dentes. Nutare ẽ ꝓprie male ſolidare molis ruinã minãtis ac vertice tremẽtis,ſeu hoĩs caput agitantis aut ani

mo titubantis. Vacillare eſt alterno motu incōſtan
tem eſſe, quomodo & naues vacuæ vacillant, & per
tranſlationem literæ non recte ſcriptæ vacillantes
dictę ſunt a Cicerone, & a iuriſconſultis teſtis non ſa
tis conſtans vacillans. Transfertur enim ad animū
quoq;.

¶Titubare, nutare, vacillare quid
ſint Cap.cclxxxiij.

Titubare.

TITVBARE eſt pedibus non valentis
inſiſtere, quales ſunt ebrij, aut infirmi,
aut vulnerati, aut decrepiti ſenes, vt apd
Quintilianum. At non tua culpa fames
cœpit, ſed vulneratum iugulaſti, tituban
tem ſtrauiſti, fumantem incendiſti. Transfert etiam
ad animū, vt apud eundē. Neq; vlla vnq̄ tanta fue
rit dicendi facultas, quæ nō titubet, aut hęreat, quo-
ties ab animo verba diſſentiūt. Titubare quoq; lin-
gua, & dentes dicuntur, hinc linguæ, & oris tituban
tia. Nutare eſt proprie alicuius male ſolidatæ mo-
lis ruinā minantis. De animo quoq; dubitātē, & ne-
ſciente quo potiſſimū ſe cōferat, nutare dicitur. Va-
cillare eſt alterno motu incōſtantē eſſe, vt idē. Eſt &
illa indecora in dextrū, & ſiniſtrū latus vacillatio al
ternis pedibus inſiſtentiū. Cice. Quū ex eo in vtraq;
partē toto corpore vacillante quæſiuit. Vnde & na-
ues vtiq; vacuæ vacillant. Et idē Cice. de quodā, præ
infirma valetudine nō recte ſcribente inquit. Vacil-
lantibus literulis. Ad animū quoq; transferimus,
vt apud iuriſcōſultos, de fide teſtis vacillāte, qui incō
ſtantia, & diuerſa teſtimonia dixerit.

Nutare.

Vacillare.

¶Epitome cap.cclxxxiiij.

VAcare cū datiuo eſt operā dare, cū ablatiuo
vacuū eſſe, & carere, ſed vacamus omnibus,
quę nō habemus, caremus proprie quib[us] ege
mus, nec caret qui nō ſentit, deeſt vero quicquid de-
ſit. Vacat aūt imperſonale, aut vacuū, & non occu-
patū eſſe ſignificat, aut inane, & ſuperfluū, aut pla-
citum, & libitū. Iuuen. Si vacat & placidi rationē ad
mittitis, edam. Vergil. Et vacet annales noſtrorum
audire laborum, id eſt vacuum ſit tempus.

¶Quod Æneas tunc non fuiſſe innuit. Æneid. i. vbi
ea verba ſic ſcribuntur. O dea, ſi prima repetens ab
origine pergā. Et vacet annales noſtrorum audire
laborꝫ, ideſt ſi vacuū, & placitum ſit. Errauit ergo in
hoc author noſter, qui putauit ea verba .ij. Æneid. ſic
haberi. Sed ſi tātus amor caſus cognoſcere noſtros,
& vacat &c. quū illic ſubſequatur. Et breuiter Troię
ſupremū audire laborē. Mācinellus quoq; nōnihil
in ipſum annotauit, dicens. Marcus Tullius li.i. Tu
ſcu. ita ſcribit. Carere igitur hoc ſignificat egere qđ
habere velis, ineſt enim velle in carendo &c. poſtea
ſubijcit. Dicit etiā alio modo carere, quū aliquid nō
habeas, & nō habere te ſentias, etiā ſi id facile patia
re &c. Subſequitur inde. Carere enim ſentientis eſt,
nec ſenſus in mortuo, nec carere quidē igitur in mor
tuo eſt. Praterea carere de omnibus fere, non ſolum
de illis quibus indiges dicitur Pliñ. lib. xxviij. c.i. de
capra loquens ait. Quod equidem miror, quū febri
negetur carere, & Ouid. lib. xv. Metamorpho. Mor
te carent animæ. Hora. Item lib. ij. carminū. Quæ ca
ret ora cruore noſtro. Tu Vero lector, attende vlte-
rius errare illos, qui volūt careo habere ſignificatū
quod habet deſum. Duo eñ careo ſignificat, vt per

Mācinell[us].

Ciceronis verba patuit. Egeo ſcilicet, & non habeo,
nec idem eſt deſum, & nō habeo, vt ignari quidam
eſſe cōtendunt, hinc careo ſentiētis eſt. Aliud igitur
eſt careo denarijs. i. egeo denarijs, ſiue nō habeo de
narios. Aliud deſum, quo ita vtimur, deſunt mihi
denarij.

¶Vaco quot modis accipiatur &
careo. Cap.cclxxxiiij.

VACAS ſapientię, das operā ſapientiæ.
Vacas ſapientia, cares ſapientia, q̄q̄ care-
re proprie, eſt vacare, quibus indiges, qđ
ſignificauit Cice. quum inquit. Satiatis ve
ro, & expletis iucundius eſt carere, q̄ frui, q̄q̄ non ca
ret is, qui non deſyderat. Improprie tamē dicimus
cares culpa, cares periculo, cares dāno, cū nomine
tamen ſignificāte actionē quandam, ſiue qualitatē
adiungimus a præpoſitionē, vt vacas a labore, va-
cas a cōponēdo, vacas ab agricultura, vacas ab om
ni moleſtia. Similiter per nomē vacuus ſum ab om
ni occupatione, atq; ab omni ſollicitudine. Hoc au-
tem verbum, quū ſit imperſonale, quæri poteſt, quid
ſignificet. Quintilia. inquit. Non immo oderit reum
verba aucupantē, & anxiū de fama ingenij, & cui
eſſe diſerto vacet. Hic videtur vacet accipi pro eo q
eſt, curę ſit. Idem alibi. Tunc inchoare hęc ſtudia, vel
non vacabit, vel non licebit, hic videtur eſſe pro eo,
quod eſt, tēpus vacuū erit. Nā libebit idem eſt qđ cu
ræ erit. Et ne quis auderet immutare licebit, ꝓ libe-
bit. Pliñ. iunior (q̄q̄ infinita ſunt huiuſmodi exēpla)
quærens q nō poſſet operā dare admirando cuidā
philoſopho, ita ad amicū ſcribit, quo magis te do-
cui vacat hortor, quū in orbem proxime venies (ve-
nies aūt ob hoc maturius) illi te expoliendū, liman
dūq; permittas. Quid igit̄ duas has ſignificationes
huic tribuimus verbo, quū præter id, qđ ambiguū
erit, vtrū potius ſignificet, ſuperuacuū videatur dice
re, vel non vacabit, vel nō licebit, ſatis ſit dicere, non
vacabit, quo videbuntur fortaſſe duo illa ſignifica-
ri, quare exponamus, vt cæteros locos, ita & illū, cui
eſſe diſerto vacet, vacuum eſt, hoc eſt, vacuū tempus
eſt vel ſi vis, cui eſt vacuus animus. quod ſignificauit
Vergi. quū inquit. Sed ſi tantus amor caſus cogno-
ſcere noſtros, hoc quātum ad voluptatem, qđ eſt, ſi
libet. Deinde quantū ad facultatē tēporis, vel vacui-
tatem animi. Et vacet, annales noſtrorum audire la
borum. Dixerat enim. Et iam nox humida cęlo prę
cipitat, ſuadētq; cadentia ſydera ſomnos, quaſi nō
videretur tēpus illud tantā narrationē pati, aut ipſa
Dido eodem tempore ęquo animo poſſet audire,
quod audire cupiebat.

Vaco.

* Vaco ſi cū ablatiuo iungat̄ ſine ꝓpoſitione, p careo accipit̄

Vacas a labore.

Vacuus es.

Vacat imperſonale.

* Vacat qñ eſt imp[er]ſonale qđ ſignificat.

* Iuue. Si vacat, & placidi rōnē admittitis edam,

¶Epitome cap.cclxxxv.

COnſciſcere fere ad mortē pertinet, vt ſit con-
citare & inferre ſibi mortē. Aſciſcere eſt re-
motum aliquid quaſi ſcire vocatum capere
Deſciſcere eſt ſe ab imperio, ductuq; alterius quaſi
per defectionem ſubtrahere.

¶Inter conſciſcere, aſciſcere, &
deſciſcere. Cap.cclxxxv.

Conſciſco.

CONSCISCERE fere ad mortē perti
net. Plerūq; eñ ſic legimus mortē ſibi
ipſe cōſciuit, mortē tibi ipe cōſciſcis, mor
tem mihi ipſe cōſciſcā. Cogā te ad mor
tē tibi per teipſum cōſciſcendā. Aſciſcere, eſt remotū

*Cic. Ma. rio. Mortē mihi cur conſciſcerē cā nō eſt vi ſacur opta rē multę.
Aſciſco.
Deſciſco,

aliqđ,quaſi ſcire vocarū capere.Cice.de ora.Exper
tes eſſe prudētia:quā ſibi aſciuerūt.Idē in ora.ꝙ mi-
nime polite minimeq́ꝫ elegantes ſunt, aſciuerunt
aptum ſuis auribus opimū quoddā,& quaſi adipa
ſe dictionis genus.Deſciſcere eſt ſe ab imperio, du-
ctuq́ꝫ alterius ſubtrahere,vt milites a duce,populi a
dño,diſcipuli ab opiniōe magiſtri, quam prius ſe-
quebantur,præſertim ad alterius, vel imperiū, vel
ſententiam ſe transferentes.

¶Epitome capitis.cclxxxvi.

ASſeuerare eſt inter ipſa argumenta admiſce
re vim animi,motūq́ꝫ. Qñ videlicet fiduciā
præferentes,audactes,aut exclamamus, aut
minaciter interrogamus,aut ſimile quid in appro
bationem facimus.

¶Aſſeuerare quid ſit. Cap̄.cclxxxvi.

Aſſeuero.

ASSEVERARE eſt inter ipſa argumē
ta,probationeſq́ꝫ admiſcere vim animi,
motūq́ꝫ. Qđ declarat Quint. quū inquit.
Altera ex aſſeueratione ꝓbatio eſt.Ego
hoc feci,tu hoc mihi dixiſti,& o facinus
indignū.Et alibi. Quū præſertim quorundā proba
tio ſola ſit in aſſeueratione,& perſeuerantia.

¶Epitome capitis.cclxxxvij.

EXhibere & facere aut facere alicui negotiū
eſt ipſū moleſtia,ac labore afficere &vt plu
rimū per accuſationē: cuius cauſa videt̃, ꝙ
negotiū apud Ciceronē ſæpe laborem ſignificat.

¶Exhibere & facere negotiū. Cap̄.cclxxxvij.

Exhibere, facere ali cui nego-tium.

EXHIBERE illi negotiū, vel facere,
vel faceſſere negotiū,eſt alteꝝ moleſtia
ac labore afficere, frequenter quidē per
accuſationē,vt Cice. offi.iij. Criminabat̃
etiam ꝙ Titū filiū,qui poſtea Torqua-
tus eſt appellatus,ab hominibus relegaſſet, & ruri
habitare iuſſiſſet,quod quū audiſſet adoleſcens,ne-
gotiū videlicetexhiberi patri,hoc eſt Patrē accuſari
vel moleſtia,laboreq́ꝫ affici. Nā negotiū ſæpe pro

Negotiū

labore apud hunc præſertim legimusvt quid nego
tij eſt iſta poetaꝝ portenta conuincere? quid ope-
ris?quæ exempla paſſim reperiuntur.Idē de natura

Deturbo
Exturbo
Diſturbo
Cic. ꝓ do-mo ſua Etiam ſevi dere diſtra hi a cōple-xu ſuorum diſturbari tecta diri pi fortūas

deoꝝ.Dīj nec habent negotiū ipſi, nec alteri exhi-
bēt.Qui.li.v.vt vulneratus aut filio orbatus nō fue
rit aliū accuſaturus,quādo .ſi negotiū innocenti fa-
cit.liberet eum noxa,q admiſerit.i.ſi innocentē eū
facit.Cic.ad Appiū.Quum eſt ad nos allatum de te
meritate eorum,qui tibi negotiū facerent .i. te accu
ſarent,inſectarentur,ad pœnā vocarent.

¶Epitome capitis.cclxxxviij,

¶Deturbare eſt deorſum cum violentia deijcere,
Exturbare eſt violēter eijcere e loco.Diſturbare diſ-
ſipando,diruendoq́ꝫ deſijcere.

¶Deturbare,exturbare,& diſturbare.qđ
differant. Cap̄.cclxxxviij.

DEturbare eſt deorſum cū violentia de
ijcere.Verg. Puppi deturbat ab alta.
Exturbare e loco eūdem in modum
eijcere.Diſturbare diſſipando diruen-
doq́ꝫ diſijcere,Quinti. Non em̄ diſcuſ
ſos alicuius opis angulos, aut diſturbatos parietes
obijcimus.Cice.Vt dicere in hoc ordine auderet ſe
publicis operis diſturbaturū publice ex ſenatus ſen
tentia ædificatam domū.



¶Epitome capitis.cclxxxix.

¶Admouere ē cū motu apponere,amouere remo
uere.Aduertere ad aliquid conuertere.Auertere ali
cunde alio conuertere.Auerſus dicitur oppoſit⁹ ob
iecto pectore.Auerſus terga oſtendens.

¶Inter admoueo,& amoueo,aduerto,& auer
to,aduerſus,& auerſus. Cap̄.cclxxxix.

admoueo
Amoueo.
Aduerto
Auerto.
Aduerſus
Auerſus.

ADmoueo manū,appono manū. Amo-
ueo manū,remoueo manū. Aduerto o-
culos,mentēve aliquo oculos,mentēve
conuerto. Auerto oculos aut mentē,ali-
cunde conuerto oculos,aut mentē. Ad-
uerſus oppoſit⁹,oppoſito pectore atq́ꝫ obiecto. A-
uerſus terga oſtendēs. Vnde illud Tullianū aliquā
to obſcœnius,ſed ad rem declarandā pertinens. Et
aduerſus & auerſus impudicus es.

¶Epitome capitis.cccxc.

¶Conſternere eſt corpus ſternendo conturbare. Cō
ſternari animo turbari,vnde fere conſternatus ani-
mo dicitur.

¶Conſternere & conſternari quid diffe-
rant. Cap̄.cccxc.

COnſternere eſt corporis. Conſternari autem
animi,quū mens turbata eſt,& de ſtatu mo
ta,& quaſi humi ſtrata.Ideoq́ꝫ ſæpe cōiungi
animum videmus,vt conſternatus animo. Salluſt.
tamen hiſtoria prima inquit.Equi ſine rectorib⁹ ex
territi,aut ſaucij conſternantur: quum ſit vſitatius
conſternuntur.

Conſterne re
Cōſternari
Sallu.Qua victoria e-lati hoſtes noſtri terri ti atq́ꝫ ani-mis cōſter nati diſceſ ſere.

¶Epitome capitis .cccxci.

¶Placere ſibi eſt ſuperbire dote aliqua,aut bono q̃
confidit,cum inferiorum contemptu,idemq́ꝫ quaſi
eſt,amirari ſe.Sed non placere ſibi aut diſplicere ſi
bi manifeſtæ ſunt ſignificationis,ſicut aliquid præ-
ter ſe,quod laudi dari ſolet.¶Nā mirari quaſi pro
imitari dicitur.Vnde Luca. Miratorq́ꝫ Catonis. Si-
cutautem dicitur quis placere ſibi,aut mirari ſe,ita
ego placere mihi,& mirari me,& tu tibi ac te &ita
in conſimilibus.

¶Non placeo mihi,& diſpliceo mihi,quid diſ-
ferant a placeo mihi. Cap.cccxci

NOn placeo mihi,& diſpliceo mihi,ab
illo placeo diuerſæ ſignificationis ſūt
præter negationē.Namq́ꝫ a prima a-
perti intellectus ſunt,vt de Ora.Cicero
Nūq̄ mihi min⁹q̄ heſterno die placui

Non pla ceo & diſ pliceo mi hi

& in Philippi.Quumq́ꝫ de via languerem,& mihi
met diſplicerem.Tertium eſt idem ꝙ ſuperbio do-
te aliqua,bonove,quod mihi abſit, & glorior &
mihi eo nomine confido,plerunq́ꝫ cum inferiorum
contemptu.Quint.Placeas licet tibi,opum tuarum
fiducia diues,ſi mihi idem inuidere non expedit,pa
res ſumus.Pene in hunc ſenſum accipitur mirari
ſe.Nam id efficere in alterum laudabile eſt,vñ apđ
eundem de Socrate dicitur,nam ideo dictus eſt τει
ρων,ideſt agens imperium & admirator aliorum
tanquam ſapientum.De ſeipſo crebrius in vitiū eſt,

Mirari ſe

Idem ꝙ ſe ſilentio patricida miratur. Valeri⁹ Mar-
tia.Ipſe ego quem dixi,quid dentem dente iuuabit
Rodere?carne opus eſt,ſi ſatur eſſe velis.Ne perdas
operam,qui ſe mirantur in illos Virus habe, nos
hæc nouimus eſſe nihil.Se mirantur dixit,quaſi ſibi
placent,vel de ſe magnifice ſentiunt.

¶Epitome capitis.cccxcij.

MOror te, & maneo te vulgus exponit per expecto,ſed id fit apud poetas.Nã oratores moror te pro retineo te,aut detineo te dicunt.Maneo autẽ cũ accuſatiuo pro eo quod eſt futurum eſt,cũ datiuo,

¶Moror te,& maneo te pro expecto. Ca.cccxcij.

Moror te. Maneo te

MOROR te,& maneo te, a quibuſdã exponũtur pro expecto.Sed mea tamen ſententia magis poetice q̃ oratorie. Verg. Et tua progenies mortalia demoror arma.Terẽ,Quẽ hic manes? Oratores potius accipiunt moror te,pro retineo te, & in mora teneo.Ideoq; hæc duo verba ſæpe iungũtur,vt pud Quintil. Quid me adhuc pater detines? Quid moraris abeuntẽ?Maneo pro eo quod eſt futurum eſt,vt ipſe accipio apud ipſos interdũ etiam poetas.Verg.Te quoq; magna manent regnis penetralia noſtris,id eſt tibi futura ſunt. Cice. Cuius te fatum,ſicut Curionẽ manet,hoc eſt cuius fatum tibi futurum eſt,ſicut fuit Curioni.

¶Epitome capitis.cccxciij.

COnflare ac contrahere æs alienũ,eſt fieri debitorem,diſſoluere æs alienũ,eſt contractum reſtituere pluribus.

¶Conflare,ſiue contrahere æs alienũ quid ſint,ac diſſoluere. Cap.cccxciij.

Cõflare cõtrahere & diſſoluere æs alienũ quid eſt.

⁎ Salluſt. Alienũ æs grande cõflauerat,q̃ flagitium aut facin⁹ redimeret

CONFLAVI æs alienũ,& cõtraxi æs alienum,idem eſt quod factus ſum debitor alienæ pecuniæ.Diſſoluo æs alienum idem eſt quod cõtraxerã æris alieni reſtituo,ac pluribus ſoluo, vel quaſi catena,qua alligabar me ſoluenda pecunia diſſoluo. Quintil. Non ego æs alienum luxuria contraxi.Cice.Patri perſuaſi,vt alienum æs filij diſſolueret,quibus exẽplis plena ſunt omnia.

¶Epitome capitis.cccxciiij.

MIgrare eſt domiciliũ mutare. & alio ſe ad habitãdum conferre relicta priore habitatione, cui ſimile ſignificant cõpoſita emigro,demigro,cõmigro, ſalua tamen ſignificatione præpoſitionis.Vnde remigrare eſt in priſtinum domiciliũ.Tranſmigrare autem in longioris loci domiciliũ habitationẽ mutare.Immigrare vero in domum aliquã habitandi gratia ire. Quocirca morientes migrare dicunt:ſed apud doctos cum appoſitione hmõi,aut ſimilis clauſulæ,e vita,hac vita ex hoc mundo,aut ad inferos,aut ad ſuperos,ad infernas ſedes.Milites autem nõ migrare,ſed diſcedere dicunt.Decedere licet accipiatur nõnunq̃ pro diſcedere,aut recedere,tamen ꝓprie eſt a mãdato cuſtodię ſuæ loco recedere,quẽ quia morientes derelinquunt.ideo dicunt decedere.ſed ſi nihil addatur intelligit vita.Excedo autem vult vt exprimatur particula vita,aut e vita.

Liui⁹.lib.i. Et Romã inde freq̃nter migratũ eſt a parentib⁹ maxime & ꝓpinquis raptarum.

¶Quomodo migro,decedoq; differant a diſcedo,& recedo. Cap.cccxciiij.

Migro. Emigro. Demigro. Cõmigro. Remigro.

MIGRO decedoq; ſic a diſcedo recedoq; differunt:q; migrare eſt domiciliũ mutare,& alio ſe ad habitandũ cõferre,relicta priore habitatione. Et eſt apud iuriſconſultos titulus de migrando.Similia huic ſunt emigrare,demigrare, commigrare.Remigrare autem reuerti in priſtinũ domicilium.Trãſmigrare eſt in longinquioris loci domicilium,habitationem ve migrare.Immigrare in domũ aliquã habitandi gratia ire .Ea propter hoĩes qui moriuntur,migrare dicuntur. Sed rectius cũ appoſito q̃ ſine appoſito:vt multi faciunt, neſcientes Ciceronem cũ appoſito ſolere loqui:vt de repu.lib. vi. Anteq̃ ex hac vita migro, conſpicio in meo regno, nec in iuſſu eius, a quo ille eſt nobis datus ex hominũ vita migrandũ eſt, & his tectis .P. Corne. Scipionẽ,& Quintil.in corpore piecto.Seu quũ ad infernas ſedes anima migrauit.Etenim qui moriũtur,tanq̃ domiciliũ corporis relinquentes, alio ad habitandũ dũtaxat aĩa ſe transferũt.Cõtraq; neq̃ milites quũ caſtra mouẽt,aut de ſtatione, munitionibusve deſcendũt, migrare dicũtur, vtpote vbi domiciliũ nõ habuerũt,nec in domiciliũ ſe cõferũt. Decedere quanq̃ accipiaẽ nõnunq̃ pro eo quod eſt diſcedere,aut recedere,tamen ꝓprie eſt a mandato cuſtodię ſuæ loco recedere.Vñ conſules ꝓconſules, pſides,prætores dñr ex ꝓuĩcia decedere.Item pręſidia de vrbibus atq; caſtellis.Sine appoſitione intelligatur pro mori,quaſi a cuſtodia & gubernatione corporis proficiſci.Cicero de ſenectu.Vetat Pythagoras ſine iuſſu imperatoris id eſt dei, de præſidio & ſtatione vitæ decedere.Idem de repub. Ideoq; & tibi Publi.& cæteris oĩbus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis,ne aſſignatũ vobis a deo munus humanum defugiſſe videamini. Eo igitur modo dicitur deceſſit,quo dicit defunctus,vt ſubintelligatur vita. At in excedo additur vita, nõ ſubintelligitur.Idem in Antonium. In ipſa cura & meditatione obeundi ſui muneris exceſſit e vita.

Tranſmigro. Immigro. Diſcedo. Decedo. Excedo.

¶Epitome capitis.cccxcv.

PRecari deum aut ſimile quid ſine datiuo expreſſo aut ſubintellecto,notũ eſt quid ſit,ſed cum datiuo eſt imprecari,hoc eſt precando deos,optare alicui bonã aut malã fortunã, imprecamur tamen potius malam,

¶Precari quid ſignificet adiuncto datiuo. Cap.cccxcv.

PRECARI quid ſignificet, certum eſt, quum merum accuſatiuũ habet. Adiũcto autẽ datiuo idem eſt quod imprecari,hoc eſt optare alicui deos precãdo bonam fortunã, aut malam, qui datiuus ſæpe intelligitur:vt apud Marcum Tullium in Piſonem.vt omnes ſui ciues ſalutem, incolumitatẽ reditum precarentur,quod mihi cõtingit, an quod tibi proficiſcenti euenit,vt omnes execrarentur,male precarentur.Et Quintil. Inde fugientia vel a longo viſu proſecuti, facilem emptionem , ſecundos ventos,placidum mare,nõ ſic ſi ipſi nauigaremus precati ſumus.Cum datiuo idem. Sed ſi tantopere efflagitantur,q̃ tu affirmas, permittamus vela ventis,& ora ſoluentibus bene precemur. De imprecamur hoc eiuſdem ſit exemplum.Nõ imprecamur debilitates/naufragia/morbos/pauper ſit & amet quancũq; meretricem,& amare nõ deſinat.Quod crebrius accipitur in malum.

Precor cũ datiuo. Imprecor. Ora legũt peritiores.

¶Epitome capitis.cccxcvi.

¶Dices venuſte,habui orationẽ,nõ feci.Contra feci ſermonẽ,potius q̃ habui,nõnunq̃ tamen,& habui.

¶Habui orationē, feci ſermonē. Cap.cccxcvi.

Habui orationem feci ſermonem.

HAbui orationē,non feci orationē,feci ſermonē potius,ꝙ̄ habui.Nonnunꝙ̄ēt ſermonē habui.Cice.de ſenectute.Cyrus quidē habui.Cice.de ſenectute.Cyrus quidē in eo ſermone,quē moriēs habuit,quū admodum ſenex eſſet,negat ſe vnquā ſenſiſſe ſenectutem ſuā imbecilliorē factā,ꝙ̄ in adoleſcentia fuiſſet.

¶Epitome capitis.cccxcv ij.

HAbere cum infinitiuo,& accuſatiuo idē eſt ꝙ gerundiuū nomē cum ſubſtātiuo ſuo,& verbo eſt.Habere autē cum infinitiuo abſoluto idē ꝙ gerundiū in dum cū verbo eſt,& datiuo habeo quoq; videtur interdū accipi ꝓ volo. Exempla ſunt in textu,vt tm̄ habeo polliceri.i.tantū pollicendū ē mihi,habeo conuenire debitores.i.conueniendi ſunt mihi debitores

¶Habeo polliceri,& ſimilia quid ſint. Cap.cccxcvij.

Habeo polliceri Conuenire Cōueniendus eſt

TAntum habeo polliceri, inquit Cicero ad Lentulum.Idem in Catone maiore. Nec eos ſolum conuenire habeo,quos vidi,ſed etiam quos audiui & legi. Idē de orato.Audire habeo quid hic ſentiat.Quod(vt ipſe interptor)idē eſt quod de pollicendum,conueniēdum,audiēdum eſt mihi,quod probatur ex illo:licet diuerſo loquēdi modo qualis apud Quinti.Adeo ludibrijs miſeræ ſum diuerſitatis implicitus,vt impetrandū a vobis habeā odij mei fauorē.i.vt īpetradꝰ mihi ſit a vobis odij mei fauor: quod licet commutare in ſuperiorē modum,ſic,vt impetrare habeam odij mei fauorem:ſicut contra illum in hunc , ſic: tantum habeo pollicendum nec eos ſolos conueniendos habeo, audiēdam habeo huius ſententiam:vel habeo pro volo , vt non mirum ſit quare aliqui legant,aueo: ſed non recte legere eos,ex illis Auguſti verbis oſtenditur,quum dixit.Quid aliud habeo,ꝙ̄ deos immortales pcari.

¶Epitome cap .cccxcviij.

MEreor de te eſt aliquid in te confero bñ mereor de te,eſt aliquid beneficij in te,confero ꝓ male mereor maleficij. demereor.i.bñ de te mereor.Emereor,id eſt expreſſe mereor.Emeritꝰ ſum,id eſt extra merēdi officium ſum donatꝰ rude, quū ſit,qui ꝓ me opus agat,id eſt laboret.

¶Vnde milites qui p̄ ſenio amplius militare non poſſunt,& gladiatores q nō amplius dimicare , donantur rude,id eſt,virga,qua dimicantes dirimant ſi legem excedant.hinc ꝑ tranſlationem etiam boues qui amplius arare non valent,dicūtur emeriti.

¶Mereor & eius compoſita. Caput.cccxcviij.

Mereor de te bñ mereor Male mereor de te.

MEreor de te eſt aliquid in te confero.Si beneficij quidem bene mereri de te dicor. Sin autē offenſionis de te male mereri.Nonnunꝙ̄ vtrū q; reticemus,ſed in ambiguum ſenſum,vt quid de te ſum meritꝰ. Nō nunquam ꝑ negationem,ſic homines nihil de me meriti,ideſt,qui nihil in me beneficij,aut officij contulerunt.Quibus exēplis omnes M.Tullij libri ſcatēt.Demereor quoq; probe ne de aliquo mereor accipitur,ſed cum accuſatiuo ,vt Ouidius heroidum Dic mihi quid feci niſi non ſapienter amaui?Crimine te potui demeruiſſe meo.Et Quintilianus.Simul vt pleniore obſequio demererer amātiſſimos mei. Emereor idem pene eſt quod mereor,præteritum eius emeritus . Vnde emeriti ſtipendia qui militia perfuncti ſunt nominantur.Et in ſignificatiōe paſſiua,ſtipendia emerita,vt idem.Emeritis huic bello ſtipendijs,& per tranſlationem a Verg.Emeriti boues dicuntur,& quædam alia. Emeriti autem ſenes ſolent habere eos qui pro ſe laborent, qui dicuntur pro alio opus agere.Quintilianus de apibus inquit Habebam qui pro me opus agerent.

Demereor In bonū tamēſin e bñ vſus ē Vg. lib.vi.Qui ꝙ ſui memores alios fecere merēdo. Emereor. Emeritꝰ. Emeriti. Opꝰ agere

¶Epitome capitis.cccxcix.

Refero ad ſenatū & ad populum tuli. Senatuſcō ſultum. Rogatio. Refero acceptum.

REfero ad ſenatum, id eſt conſulo ſenatum, vnde fit ſenatuſcōſultū. Ad populū tuli, id eſt cōſului,vnde rogatio quę inſtar eſt legis Refero acceptū, id eſt fateor me abs te accepiſſe, tā bonum ꝙ̄ malū,aut habeo pro recepto,licet nō rece perim,vnde fit acceptilatio, nō accepti relatio, vnde etiam acceptum fero pro eodem dicimus.Retuli expenſum,id eſt rationem de expenſis exhibui.

¶Refero,& fero. Cap.cccxcix.

* Refero acceptū in bonā & nō nūꝙ̄ in malam partem. Acceptilatio.

RETVLIT Pompeius ad ſenatū,id eſt cōſuluit,in eadem tamen ſententia. Pōpeius ad populum tulit,ex illo fit ſenatuſconſultum . Ex hoc rogatio quæ inſtar eſt legis.Dicimus prætera refero tibi acceptum pro eo quod eſt fateor me hoc abs te accepiſſe,nec id modo in bonam partem, verum etiam in malam,vt pro Deiotaro Cice. Vitam acceptam refert clementiæ tuæ , idem in Antonium Omnia deniq; quæ poſtea vidimus( quid autē mali nō vidimus?)ſi recte ratiocinabimur,vni accepta referemus Antonio.Idem eſt fero tibi acceptum,ſiue pro eo qđ eſt habeo pro recepto abs te,quod mihi debebas,etiam ſi ſolutio nulla interceſſerit,vnde fit acceptilatio,quam Iuſtinianus per interrogationem & reſponſionem fieri vult.Retuli expēſum,id eſt rationem de impenſis confeci vel exhibui.

Retuli expenſum.

¶Epitome capitis.cccc.

Abhorreo Mācinellꝰ.

EXhorreo hanc rem,id eſt expaueſco. Abhorreo ab hac re,id eſt alienus ſum ab hac re.

¶Mācinellus docet dictū eſſe etiā abhorreo hanc rē,id tamen rariſſime,vt neſciebas,an legendum ſit abhorreo.Verba Mancinelli ſunt. Abhorreo non ſolum ablatiuo iungitur,ſed etiam accuſatiuo. Catullus enim ait . Seuaq; abhorrebas priſci præcepta parentis.Porphirio item ode.iij. libro videlicet, quem mortis timuit gradum ait . Quem mortis inquit gradum abhorrere poteſt, qui monſtra maris & aſperrima ſaxa ſine lachrymis videre potuit?Apul.lib.x.Meta.Nā & quid potiſſimum abhorrere aſinus excogitantes ſcrupuloſe &c. Plin. lib . cap.penul.In omni alio vſu acriora obhorrentes.Calepinus autē plura affert eiuſdem locutionis exempla,Quale eſt illud Tit. Liuij lib.iiij. Parum abhorrens famam ampliatam. Et illud Sueto.de Auguſt.Nam pumillos,& diſtortos, & omnia generis eiuſdem, vt ludibria naturæ, maliq; hominis abhorruit.Lactan.lib.iij.Non eſt ſapientia ſi centū hominū abhorret. Addit idem. Forte decepit Laurentium Vallā ab prępoſitio quæ ablatiuū exige-

re videtur,ſed ſi hoc in pleriſq; verbis ſiat, nõ tamẽ in omnibꝰ,ſicut in aboleo,abluo,& huiuſmodi,quę accuſatiuum non ablatiuũ poſtulant. Ambro.lib.i. offi. Abhorret,id eſt aliena eſt,quandoquidem ab efficiendo dictũ putamus,quaſi efficium. Sane ſicut quidã obhorreo pro abhorreo, aut exhorreo vſurpant,ſic abhorreſco,vt Lactantius de ira. Quem terra cõtremiſcit,& latebræ tarrareæ, & dęmones abhorreſcunt,vbi ergo in textu eſt,hoc ſemper addẽdum eſt fere,vt ſic fere ſemper,quia melius,& venuſtius cum alatiuo conſtruitur.

Ioannes. Theodo.

¶Cicero pro cluentio. Nemo illum aditu, nemo cõgreſſione,nemo ſermone,nemo cõuiuio dignũ iudicabat,omnes aſpernabantur,omnes abhorrebãt, omnes vt aliquam immanam, ac perniciosam beſtiam, peſtemq;, fugiebant.

¶De exhorreo,& abhorreo. Cap.cccc.

Exhorreo. Abhorreo

EXHORREO hanc rem,idẽ eſt quod expaueſco. Abhorreo ab hac re, idẽ eſt quod perq̃ alienus ſum ab hac re, hoc ſemper poſtulat huiuſmodi ablatiuum illud vero nunq̃,ſed accuſatiuum.

¶Epitome capitis.cccci.

BEne mecum agitur,id eſt in bona conditione ſum,& bene mihi ſuccedit,ſimiliter præclare & optime &c. Et nõnunq̃ cõſimiliter actiue, vt bene tecum egerunt ciues,ſed actũ eſt de aliquo ſemper in malam partem accipitur ꝓ eo quod eſt perijt,nec amplius de eo ſpes eſt.

¶Bene agi cum aliquo quid ſit,& quid actum eſſe. Cap.cccci.

Agi cũ aliquo.

BENE mecum agitur,idem eſt,quod in bona conditione ſum, itẽ præclare tecũ agitur,optime cum illis agitur, melius cum hominibus ageretur,ſi paruo contenti eſſent, ita male mecum agitur, & peius,incõmodiuſve,& peſſime. Cice. Cum illo vero neget actum eſſe præclare,mecũ incõmodius? Nõnunq̃ actiue. Valerius Maxi. libro.v., Bene egiſſent Athenienſes cum Militiade,ſi eum poſt trecẽta milia Perſarum Marathone deuicta, in exilium protinus miſiſſent,ac nõ in carcere,& vinculis mori coegiſſent. Actum eſt ſemper in malam partem accipitur,vt actũ eſt de republica. i. republica extincta, deſperata,& perdita eſt.

Actũ eſſe.

¶Epitome capitis.ccccij.

SAlio,id eſt ſaltũ facio,interdũ quaſi ſalto. Salto autem,id eſt tripudio, quod vulgo dicunt chorizo,peritiores choream duco,ſaltus eſt in compoſitus, vt ceruorum,agnorum,canum, leporumq;, ſaltatio hominum quod tripudium vocãt, idemq; dicitur ſaltatus,ſed non ſaltus.

Salio. Salto. Saltus. Saltatio.

¶Inter ſalire,& ſaltare. Cap.ccccij.

SALIO,vnde ſaltus,pro eo quod eſt ſaltum facio, ſalto tripudio,vnde ſaltatio. Interdum ſalio pro ſalto. Vergil.ij. Geor. Mollibꝰ in pratis vnctos ſaliere,per vtres. Quid autem diſtent ſaltus,& ſaltatio notum eſt. Saltus enim eſt qualis ceruorũ,leporũq;,ſaltatio vero illa hominũ iactatio, quam vulgo tripudiũ vocant, Et licet ſalio pro ſalto accipiatur,non tamen ſaltus pro ſaltatione,ſaltuve, qui eiuſdem ſignificationis ſunt. Liuius. Ferre,ac per vrbem ire cum tripudijs, ſolẽniq; ſaltatu iuſſit.

Saltatus.

⁎Sal. Sed in his Semproniaque multa viri lis audacie cõmiſerat, hęc mulier genere atq; forma ꝑterea viro liberiſq; ſatis fortunata fuit literis græcis atq; latinis docta pſallere, & ſaltare & cantare elegãtius q̃ neceſſe eſt ꝓbe.

¶Epitome cap.ccccij.

ABdicare eſt expellere filiũ a bonis paternis patre adhuc viuo. Exheredare poſt mortẽ, ideoq; grauius eſt abdicari, quod etiam exheredationẽ cõtinet,q̃ exheredari. Abdicare etiam eſt quaſi priuare,& alienum dicere. vnde Liuius libro.iiij. Dictator bello ita geſto,in vrbẽ redijt, magiſtratuq; ſe abdicauit. Item repudiare,vt Teren. Generum abdicat. Itẽ negare, ſed id apud veteres. Pacu. Regno expellunt, conſanguineam eſſe abdicãt.

¶Inter abdicare,& exheredare. Cap.ccccij.

ABDICARE eſt expellere a bonis filiũ dum viuit pater. Exheredare vero poſt mortẽ Sed abdicare eſt grauius, quod etiam in ſe exheredationem continet.

¶Epitome capitis.ccccij.

¶Ad me ſpectat, id eſt pertinet,ad mortẽ, perniciẽ, exitium,ſeu interitum ſpectat.i.reſpiciendo tendit

¶Ad me ſpectat quid ſit,& ad mortem ſpectat. Cap.ccccij.

AD ME ſpectat, id eſt ad me pertinet Ad mortem ſpectat, id eſt quaſi reſpiciendo tendit. Cice. offi. lib.iij. Ad extremum ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit,patriæ ſalutem anteponat ſaluti patris. Quintilianus in paupere amatore. Ex quo ad peſſimum ſpectat euentum,miſerabilis ſis,oportet,vt amator eſſe videris.

Abdico. Exheredo.

¶Epitome capitis.ccccv.

COnuenit hoc nobis,id eſt cõueniens eſt,& decens,aut vtile. Cõuenit inter nos,id eſt cõſtat & controuerſia,ſeu diſſenſione caret. Iuuen. Seuis inter ſe cõuenit vrſis. Cõuenit mihi hoc tecũ, id eſt ſentio de hoc,vt tu. Interdũ dicitur tãtum hoc cõuenit. Interdum ſolum conuenit. Et plurali cum ſuppoſito. Vnde Terẽ. Hæc fratri mecũ non conueniunt. Eſt vbi conuenio cum accuſatiuo conſtruitur vt in lib.iij. dictum eſt.

Spectat ad me. Spectat ad mortem.

¶Cõuenit nobis,& conuenit inter nos quo modo differant. Cap.ccccv.

CONVENIT hoc mihi, aut conuenit hoc nobis,id eſt decẽs eſt,& cõueniens. Conuenit hoc inter nos, id eſt conſtat, & controuerſia caret. Conuenit mihi hoc tecum,id eſt ſine controuerſia eſt inter nos, quod ego dixi. Cõuenit tibi mecum, id eſt ſine controuerſia, eſt inter nos,quod tu dixiſti. Nõnũq̃ ſine appoſito,ſed tamen ſubintellecto, vt hoc conuenit,nonnũquã ſine vtroq;,vt conuenit.

Conuenit nobis cõuenit iter nos

Conuenit mihi tecũ, aut tibi mecum. Conuenit.

¶Epitome capitis.ccccvi.

VArijs modis dicitur quis obuius,vt obuius tibi fio,obuius ſum tibi, obuiũ me tibi fero, obuium me tibi fortuna obtulit, obuius me tuli, more Vergiliano,obuiã veni,obuiã proceſſi, obuiam iui,obuiam exiui,obuiã me tuli, obuiã factus ſum,ſed potius obuius.

¶Dictũ autem fere volunt de minore ad maiorẽ,vt obuius factus regi,exiui obuiã regi. Rex habuit me obuiũ,ſed fit vterq; alteri obuius,& in itinere ſuo rex

habet milites obuios,& milites in ſuo regem. Exire autem vel procedere obuiam, eſt humiliantis ſe, aut exhibentis humanitatem.

¶Obuio tibi,& obuius tibi fio &c. Cap.ccccvi.

Obuiũ eſſe aut fieri.

OBVIO tibi,& obuius tibi fio, obuius ſum tibi, obuium me tibi fero, obuiũ me tibi fortuna obtulit. Cice. Fit ei obuius Clodius. Vergi. Cui mater media ſeſe tulit obuia ſylua. Domitius apher apud Quin. Forte nos in illa ſolitudine obuios caſus miſeræ mulieri obtulit. Obuiã quoq; per eadem, & per alia plura verba variatur, vt obuiã proceſſi, obuiam iui,& alia multa.

* Obuiã variatur p diuerſa v̄ba.

¶Epitome capitis.ccccvij.

SImiliter varie dicitur quis ſibi finem, ſeu ſummum bonũ proponere, vt in textu patet. Neq; tamen verba textus negligenter legenda ſunt, nã pter philoſophorũ de ſummo bono placita, quæ illis explicantur, opere pretiũ eſt, ſcire, terminare, finire, metiri, talem vſum habere. Nam terminare omnia voluptate eſt conſtituere finem omniũ in voluptate. Metiri naturę bonis ſingula, eſt eſtimare ſingula eſſe bona quatenus naturæ vtilia ſunt.

¶Quot modis vna, eadẽq; res dicatur, & quẽ finẽ ſibi quis ꝓponat. Cap.ccccvij.

Finẽ ꝓponere.

EPICVRVS omnia terminat voluptate. Zeno cuncta finit honeſtate. Hiero. vniuerſa determinat finitq; indolẽtia corporis. Carneades ſingula metitũ naturæ bonis. Ariſtippus nihil nõ ad cõmodum ſuũ refert. Pyrrhõ nihil reliquit, qđ nõ reuocet ad ſcientiã. Ille ſummũ bonũ in gula cõſtituit, ego bonum ipſum pono in dilectiõe dei. Tuus finis ad quem tendis tibiipſi ignotus eſt. Tot igitur verbis vnã, eãdemq; rem declaramus, quæ exẽpla paſſim inquirentibus ſeſe offerent.

¶Epitome capitis.ccccviij.

¶Conſimiliter & coniecturam facere.

¶Cõiectare cõiecturare, & coniecturam facere, & cætera pro eodem accipiuntur. Cap.ccccviij.

Ad coniecturã pertinentia.

CONIECTO, coiecturo, cõiecturam facio, coniectura colligo, coniectura ducor pro eodem accipiuntar aut parum differunt, quia efficacius quiddam eſt in coniectura conſequor, & cõiectura colligo, q̃ in cæteris quorum exempla adducere longũ eſſet.

*Cic. Cor. niſi, quãtũ copiarum haberes cũ i ſe coniectura cõſequi poterã tũ ex literiſ tuis cognoui.

¶Epitome capitis.ccccix.

ITem non ignoro, aut ſcio varie dicitur vt in textu patet, ſed & pluribus modis idem dici poteſt, vt non me latet, non ignoro, certo ſcio cõpertum habeo, cognoſco, & aliis non paucis.

¶Nõ me fallit, non me præterit, & cætera idẽ ſignificare. Cap.ccccix.

Ad ſciẽtiã pertinẽtia.

NON me fallit, non me præterit non me fugit, non me capit, idem ſignificare qđ non ignoro Quintilianus author eſt.

¶Epitome capitis.ccccx.

PRæterea varie dicere licet te in aliquo, ſpem habere. Sed capio ſpem de te, concipio ſpem ducor in ſpem vocor in ſpẽ, ingredior in ſpẽ, non tantum ſpei firmitatem ſignificant, quantum colloco, & repono in te ſpem.

¶Quod capere ſpẽ de te, nõ tantũ ſit quãtũ in te ſpem colloco. Cap.ccccx.

Ad ſpẽ ptinentia.

CAPIO ſpem de te, concipio de illo ſpem. Ducor in ſpẽ huius negotij. Vocor in ſpẽ, ingredior in ſpẽ, non tantum ſpei firmitatem ſignificant, quantum colloco in te ſpẽ, & repono in te ſpem. Cice. In quo maiores natu ſpem dignitatis ſuæ collocarent. Quintilianus. In quo ſpem vnicam ſenectutis reponebam.

¶Epitome capitis.ccccxi.

¶Ad hoc multifariã te memorem dicas, vt in mentem venit mihi, occurrit mihi, ſuccurrit mihi, ſubit mihi, ſed hoc vltimum frequenter de cõmiſerante dicitur. Reperitur etiã ſubeo cum accuſatiuo, quaſi ſubintro, & inuado, vt: ſera pœnitentia ſubijt regẽ.

¶In mẽtem venire mihi, occurrere mihi. & cętera ꝓ eodẽ accipi ſolẽt. Cap.ccccxi.

Ad mẽoriã ptinentia.

ARcere,idem ait eſſe prohibere.Sed mihi videtur potius eſſe vetare,ne accedant hi,qui veniunt. Iuno ſeptem tantum annos arcuit Troianos ab Italia, quem vbi contigerũt,non arcebat ab ea ãpli⁹ ſed in ea eſſe prohibebat.Transfertur (vt pleraque) ne corporeis ad ĩcorporea.Cice.in Paradoxis. Quæ vis enim eſt,quæ magis arceat homines ab improbitate q̃ ſi ſenſerint nullum in delictis eẽ diſcrimen? Contrarium huic verbo eſt abigere,quod ſignificat a loco fugare,atq̧ expellere,vt abige muſcas a facie mea ſcribentis:abige canes a popina tua:abige, ſturnos ſonitu a vinea. Quintilianus. Ibo in littus miſer, planctibus aues abigam. De pecoribus vero idem quod de cæteris animalibus accipiendum eſt,quæ ſi nobis odioſa ſunt abigimus, hoc eſt,expellimus,vt oues,capras,aſellos ab hortis,a vineis, a pratis.Quod ſi ita non fit,ſed furto tollimus vtiq̧ gregatim abigere aliud ſignificat.i.furto tollere, aut etiã latrocinio,vt apud eundẽ.Adhuc ſpolia trãſeũtium,& abacti pecoris greges ſub hoc titulo defendebantur.Vnde abactores vocantur pecuariorum animaliũ fures latrunculive. Hos quidã abigeos vocant,Vlpi.aũt inqt. Abigei proprie hi habentur,qui pecora ex paſcuis,vel ex armentis ſubtrahunt:& quodãmõ depdantur: & abigendi ſtudiũ quaſi artẽ exercent:equos de armentis,vł oues de gregib⁹ abducẽtes.Cæterum ſi quis ouẽ aberrantẽ vel equos in ſolitudine relictos abduxerit,nõ eſt abigeus,ſed fur poti⁹.Hic abigeũ a non abigeo diſtinguit loco,nõ numero.Claudi⁹ numero, nõ loco inquiens.Quãtitas diſcernit furẽ ab abigeo.Nam q vnã ſuem ſurripuerit,vt fur,coercebitur:q grege,vt abigeus.Hic furẽ ab abigeo ſeparat,vt ſuperior fecit.Macer nõ ſeparat,quũ ait. Abigeatus crimẽ publici iudicij nõ eſt,quia furtũ magis eſt:ſed quia plerũq̧ abigei,& ferro vtunt̃,ſi dephẽdãtur:ideo grauiter puniri eorũ admiſſi ſolet.Quõ aũt hi iuriſconſulti inter ſe cõueniãt,aut nõ cõueniãt:nihil ad hoc tẽpus.Hoc tñ dixerim,non modo fures,ſiue fures aliqui ſolent abigere armẽta vel greges,ſed etiam latrũculi qui facta pdonũ manu in alienũ agrũ incurſionẽ exercentes,pecora etiã interdũ abigunt,& abigei nominari poſſunt.Prçſtare (quo verbo ſæpe & iuriſconſulti,& oratores vtuntur) eſt prohibere, ne alicui fiat aliquid incõmodi,& nõ ꝓhibuerit,ſatiſfacere,vt venditor deberet pſtare vitiũ rei,quam vendit.i. ꝓhibere,atq̧ efficere, ne emptor dãni qd faciat,alioq ſatiſfacere:neq̧ illud in alterũ modo verum etiã in nos ipſos.Cice.in Tuſcula.Quum id quod ab homine non potuerit præſtari,euenerit.i. caueri,& prohiberi.

Abigere. Abactores Abigei Abigeat⁹. Præſtare. ✱Siponti. de hiſce dictiõib⁹ ita diſſerit. Innocuus aliqñ actiue capitur ꝓ inocente. Vg. littuſq̧ rogamus Innocuum Aliqñ paſſiue ꝓ eo cui nõ nocet. Idẽ. Et ſedere carinæ oẽs ĩnocuæ,hoc ẽſt ſine detrimẽto & innoxius ꝓ ĩnocẽte qd vir alioq doctiſſimus Valla. Feſtũ Pompeiũ hoc adferentẽ rephendẽs negauit repiri. Nõ legerat opinor Plau. alioſq̧ antiquos m⁹tis in locis hoc vocabulũ in eũ ſenſũ vſurpãtes. Plautus in merca. Nihil magis manifeſto teneo, innoxia es. abactores.

¶Epitome capitis.ccccxxxiiij.

¶Innoxius,innocuus,& innocens idem ſunt is videlicet qui non nocet nec nocuit,& ita extra culpam eſt:non autem innocuus cui nõ nocetur,vt vult Seruius.¶Littus autẽ innocuũ,& naues ĩnocuæ a Vergilio dicuntur figuraq̧ more poetico, quia eorum vſus nemini nocuit.

¶In eundẽ de innocu⁹,& innoxi⁹. Ca.ccccxxxiiij.

INnocuus(inquit Seruius) eſt cui non nocetur.Innoxius qui nõ nouit nocere. Vellem exempla reciaſſet,quibus oſtenderet eã expoſitionem innocui veram eſſe.Nãq̧ illd Vergilianũ quod eũ in hãc impulit opinionem,dũ nec roſtra tenent, ſic concedere carinæ,Oẽs innocuæ nõ eſt accipiendũ,q̧ ſubſe

Innocuus. Innoxius.

derũt tales, vt eis nihil noceretur, ſed vel more poetico ꝙ nihil peccauerint, quaſi innocentes homines nocẽtes enim ſunt quicunq; ab honeſto recedũt etiã ſi nemini noceant, vel quod nõ nocuerunt, neq; ſibi ipſis, neq; vectoribus aut nautis.

Nocentes. Innocẽtes.

¶Epitome capitis.ccccxxxv.

INſtar nõ adeſt ſimilitudinẽ, vt Seruius vult. ſed ad ęquiparationẽ, equalẽ magnitudinẽ, aut menſurã. Neq; dicemus ad inſtar, vt nõnulli, ſed ſine præpoſitione genitiuũ addemus.

¶Mihi quidem videtur inſtar deductũ ab in, & ſtatus, vt ſit in ſtatum & formã, quocirca dũ res reparatur, inſtaurari a peritis dicitur, & quia in æquipollet ſæpe huic præpoſitioni ad, fruſtra præponeretur nã vt nõ dicam ad in ſtatũ, ita nec inſtar. Seruius dixit ad inſtar. Serenus tamen lyricus (vt author eſt Seruius) dixit ad inſtar, ſicut & Hieronymus noſter vt Iob. xx. Et gaudium hypocrite ad inſtar puncti. Item Ioſue ſeu Ieſu naue. iij. Steteruntq; aquæ deſcendentes in vno loco, & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant procul ab vrbe. Sed hoc forte excuſari poſſit per regulam notam. Equiualẽs geminis &c. nolim tamen imitari.

Ioannes Theodo. Inſtar. *Inſtar ſignificat ad ſimilitudinẽ ſtatus aut cõditionis aut ad ęquiparationẽ.

¶Inſtar nomen pro ſimilitudine, figura ſeu effigie, apud Vergilium in eo opuſculo, cui titulus eſt. Vir bonus accipit, ita nimirũ ait poeta. Vir bonus &c. Iudex ipſe ſui totum ſe explorat ad vnguem. Quid proceres vaniq; leuis quid opinio vulgi. Securus, mundi inſtar habens teres, atq; rotundus. Habens mundi inſtar, hoc eſt ſimilitudinẽ, atq; figuram, vt qui teres eſt, atq; rotundus, qualem eſſe mundum vel hinc colligere eſt, quia orbem eũ appellamus. ad inſtar vſus eſt Apuleius ĩ vndecimo, ita inquiẽs: Quo me cogitationis ęſtu fluctuantẽ ad inſtar inſanię percitum ſic reſtrinxit nocturna diuinatione clemens imago. Pacuuius item apud Cicero. in. ij. rhetoricorum ad Herẽnium. Fortunam inſanã eſſe, & cęcam, & brutam perhibent philoſophi. Saxiq; ad inſtar globoſi prædicant eſſe volubilem.

* Calepinus illũ Cicero. ꝓ ad ſimitudinẽ accipi poſſe dicit. Amaui autẽ q ſiunt nõ vici. ſed verbis inſtar. Et in Piſonẽ. Vnꝰ ille dies mihi qdẽ imortalitatis inſtar fuit, cũ ſenatũ exceſſum vidi popul. Romanũ vniuerſũ. Sue. in Cæſa. Cuiꝰ ẽtiã ſed equi inſtar ꝓ æde Veneris genitricis poſtea dedicauit. i. effigiẽ conſimilem.

¶In eundem de inſtar. Cap.ccccxxxv.

INSTAR montis equum diuina palladis arte. Inſtar Seruius ait. i. ad ſimilitudinẽ. Quid ſimilitudinẽ equo ad mõtem? Quod ſi etiam ſimilis eſſet nõ tamen eum magnum potius q̃ paruum eſſe, quod Vergi. ſenſerit intelligeremus. Archimedes ille geometricus globũ ad ſimilitudinẽ celi fabricatus eſt. in quo effigies celi aderat, magnitudo nõ aderat, Idẽ ſit de tabula illa depicta ad ſimilitudinẽ orbis terrarum, quã nõ auſim dicere depictã inſtar orbis terrarũ, neq; alia multa hmõi, vt inſtar Antonij ambulas, inſtar patris ſcribis, inſtar languidi ſedes ſed ad ſimilitudinẽ vt in ſimilitudinem, vel in modũ, vel in morẽ, vel tanq̃, & ſimilia. inſtar potiꝰ ſignificat ad ęquiparationẽ, vel ad menſurã, vt apđ Verg. Argolici clypei aut phebeæ lãpadis inſtar. Cice. Hexametrorum inſtar verſuũ. Nã illud apđ eũdẽ. Inſtar mortis ducũt, & fulminis inſtar, ſignificat æquiparationẽ doloris in morte, & impetus ex flumine. Quod ſi quando reperiatur proxime accedere ad ſignificationẽ ſimilitudinis, admoniti ſimus, vt nimiã vtendi licentiã deuitemus. Nã vix ego auderem ſic vti. Vt Seruij familiariſſimus Macrobius

* Nimia vtẽdi lĩia deuitanda

quũ ſæpe alias tum ſtatim in procemio Saturnaliorũ, ita inquiens. Vt quæ indiſtincte, atq; promiſcue ad ſubſidiam memorię annotauerimus, in ordinẽ inſtar membrorum cohærentia conuenirent.

¶Epitome capitis.ccccxxxvi.

¶Paſſim nõ eſt (vt idem vult) vbiq;, ſed per paſſus, quaſi per ſingulos paſſus. Vnde interuallũ habet, vbiq; autem eſt in omni loco ſine interuallo. Neq; accipietur pro vbiq;, & vndiq; vt a Lactantio, ſed vſq̃ potius cõcedetur ſignificare & in loco, & in locum, ſeu ad locum.

¶Verum in exemplo Lactantiano poſſet paſſim accipi ꝓprie, vt ſit ſparſim, ſic. Eo ſparſim confugerunt ex finitimis locis.

¶Paſſim pro diſperſim: palabũdeq;, & ſine quo ordine vſus eſt. D. Brutus ad Ciceronem lib. epiſtolarum familiariũ decimo, ita ſcribens. Antonius anteceſſit, itinera multo maiora fugiens, q̃ ego ſequẽs. Ille ijt paſſim, ego ordinatim, quacunq; iuit, ergaſtula ſoluit, homines arripuit, cõſtitit nuſq̃ prius, q̃ ad vada peruenit.

Ioannes. Theodo.

¶In eundẽ de paſſim, vbiq;, vſq̃. Cap.ccccxxxvi.

PASSIM (inquit) ſignificat vbiq;. Mihi autem aliud videtur vbiq;, q̃ paſſim. Nãq; in prato vbiq; eſt herba, nõ paſſim. Contra grex paſſim paſcit potius, q̃ vbiq;. Quippe aliq̃d interualli eſt inter pecudem, & pecudem, nõ item inter herbam & herbam. Eſt autẽ paſſim, quaſi paſſu diſtante, vel ſparſim, quemadmodum dicimus paſſis manibus, & paſſis crinibꝰ. Quod accipi ſolet etiam pro crebro, dum de rebus mentis loquimur. Lactantius tamen pro vbiq; accepit, quum inquit. Creditur ei paſſim tanq̃ cognitæ veritati. Neq; ſolum pro vbiq;, ſed etiã (quod inuſitatius eſt) pro vndiq;. Quũq; is numerus condendæ vrbi parũ idoneus eſſe videretur, conſtituit aſylum, eo paſſim confugerunt ex finitimis locis peſſimi quiq; ſine vllo conditionis diſcrimine. Vſq̃ duo hæc potius ſignificat, in loco ſimul, ad locum, vt Teren. in Eunucho. Occidi, neq; virgo eſt vſq̃. Cice. in Philip. Neq; vero vſq̃ diſcedebam.

Paſſim. Vbiq;. Paſſim ꝓ vbiq;. *Paſſim ꝓ q̃libet ĩ illo verſu Vergilia. accipi. Paſſimq; ĩ littore ſicco corpa cu ramus autor eſt calepinus. Vſq̃.

¶Epitome capitis.ccccxxxvij.

ADuerbia in im, aut pro poſitiuis in e, & in erminus vſitatis ponuntur, vt priuatim pro priuate, ſeparatim pro ſeparate, properatim pro properanter, diſſimulatim pro diſſimulanter, vbertim pro exuberanter, affatim pro abunde, aut abundanter, raptim pro rapte ſeu raptanter aut feſtinanter, curſim pro currenter, quo barbari vtuntur, ſeu celeriter, & multa alia. Aut pro ſuis nominibus pluralis numeri, & præpoſitione per, aut pro ablatiuo ſingulari, aut pro gerundio in do, vt generatim per genera ſingula, aut in genere. Summatim. i. per ſummas, aut per ſummã, ſeu (vt dicũt) ſummãdo viritim ꝑ ſingulos viros, aut ſingula capita, aut vir cũ viro. Noĩatim per ſingula noĩa, aut noĩe. Mẽbratim ꝑ mẽbra, aut demẽbrãdo. Ceſim ꝑ inciſiones, aut incidẽdo. Punctim ꝑ punctiones, aut pungendo. Tractim, ꝑ tractus, aut trahendo. Catereuatim ꝑ cateruas, ſic gregatim, turmatim, manipulatim, imo ſturnatim, & coturnatim, quibus lepide vtis

tur Beroaldus.Præterea domeſticatim,vicatim , re-
gionatim,oppidatim,municipatim,prouinciatim
ꝑ varias domos,vicos,regiões,oppida municipia,
prouincias.In ſumma , & ad ſummã parum diffe
runt a ſummatim,niſi in vtẽdo.Nã ſic vtimur par-
ticula' ſummatim.Dicã de hac re ſummatim.In ſũ
ma ſic.In ſumma ne prolixi⁹ de hac re loquar,hoc
dictum volo.Ad ſummã ſic. Ad ſummã ne agam
de ſingulis,&c.Ad ſummum vero.i.ad ſummũ nu
merũ vltra quẽ plura negam⁹,vt ãnos vixit ad ſum
mũ ſexagita.i.ſexagita duntaxat,& nõ vltra.Inter
dũ refert ad tẽpus,vt ſcies autẽ cras,aut ad ſũmũ pe
rendie.i.ſi non cras,tñ non vltra perendinũ diem.
Semel autem ſic a Quintiliano,atq; aliis doctis dici
tur,vt ab imperitis ſimul totum.Quomõ etiã aduer
bium breuiter repitur dictũ,vt textus declarat.

## ¶De aduerbiis in im deſinentibus Caput .ccccxxxvii.

Aduerbia in im finita, Priuatim, Separatĩ Properatĩ Diſſimulatim.

ADdamus de quibuſdã aduerbiis in im
exeuntibus. Priuatĩ nihil differt a pri-
uate.ſi priuate dicere liceret:nihil ſepa-
ratim a ſeparate,ſi hoc reperiatur:nihil
properatim,a properanter : nihil diſſi-
mulatim a diſſimulanter.Vbertim idẽ eſt ꝙ copio
ſe.Affatim quod abunde.Raptim quod feſtinãter
Curſim,ꝙ currendo.Tamen aliud eſt generatim,q̃
generaliter.Hoc eñ ſignificat oĩa ſimul q̃ ſub gñe
ſunt amplectendo.Illud vero per ſingula genera
ſeu magis per ſingulas ſpecies. Siquidẽ ſpecies ge-
nera vocamus,vt quot ſunt genera arborũ,q̃t ſunt
genera vitium,potius q̃ quot ſũt ſpecies.Ver.Gene
ratim diſcite cultus.Varro. Non in volucribus ge-
neratim ſeruatur analogia.Nõ ex aqlis aquilæ,ne-
q; ex turdis turdi procreantur.Sic ex reliquis ſui cu
iuſq; generis.An aliter hoc fit:q̃ in aere,q̃ in aqua.
Non hic conchæ inter ſe generatim innumerabili
numero ſimiles.Eodẽ modo vt generatim per ſin-
gula genera dicimus,ita ſummatim per ſingulas
ſummas.Aliquando dicimus ſummatim,& gene
ratim,non ꝑ ſingulas ſummas,geneaq;.ſed ꝑ vnã
vnumve vt dicam de hac re ſummatim,Cic.de ora
lib.ii.Infinitum mihi videtur id dicere,in quo aliqd.
generatim quæritur:hoc mõ expetẽda ne eſſet elo-
quentia:expetendi ne honores?Cæterum quo mõ
differat ab illis,ad ſummã,in ſumma,poſtea reddã
Viritim,per ſingula capita virorũ.vt Gracchus di
uidebat viritim [illegible] modios frumenti: tamẽ de vno
aliquando dicimus,vt apud Curtiũ. Si quis viritim
dimicare vellet prouocauit.Nominatim ꝑ nomĩa
ſingulorum,vt aſſignati ſunt coniurati nominatim
cuſtodi carceris.Et de vno etiã,vt tenens cruentum
pugionem Brutus nominatĩ Ciceronẽ inclamauit.
Membratim ꝑ mẽbra.Ceſſim per inciſiones gladii
Punctim per punctiones , infictioneſq; gladii , ſiue
incidendo & pungendo.Strictim ſtringendo ſingu
la vel certum aliquid. Carptim hinc, & hinc decer-
pendo,nõ ipſam ſeriem ſequendo.Tractĩ trahẽdo,
non interrumpendo.ſeriẽ ſequẽdo.Cateruatim, gre
gatim,turmatim,manipulatim,per diuerſas cater-
uas,per diuerſos greges,diuerſas turmas, diuerſos
manipulos.Domeſticatim,vicatim,regionatim,op
pidatim,municipatim,prouinciatim,per varias do
mos varios vicos,varias,vrbis Rome regiones, va
ria oppida,varia municipia,varias prouincias. Ve
nio nũc ad id:quod promiſerã.In ſumma,& ad ſũ
mam magis mõ vtendi differunt a ſummatim q̃
ſignificato.Qui. in corpe ꝑfecto.In ſumma nõ rece
do,fas eſt mihi inuitis etiam parentibus pie facere
Cice.de off.Ad ſummã ne agam de ſingulis.com-
munẽ totius generis humani,ſocietatẽ,congregati
onẽ,& cõciliationẽ colere,tueri,conſeruare debem⁹.
Differt autẽ ad ſummã,& ad ſummũ,ꝙ ſecundum
ad numeꝝ refertur.Idẽ Cic.pro Milone.Vn⁹ aut ad
ſummũ duo inuenti ſunt,qui Milonis cauſam non
probarent,id eſt,non plures,q̃ vnus,aut duo ex plu
ribus.Idem ad Lucium Meſenium. Non enim exi-
ſtimarem mihi non ſolitudinẽ iucundiorem eſſe,q̃
tamen ipſa vti nõ licet,q̃ ſermones eorum q frẽqn
tant domũ meam.excepto vno,aut ad ſummũ alte
ro:hoc eſt excepto vno, aut vt multum duobus.Quĩ
tilianus in ſenſu priore ſolet vti tali genere dicendi,
per aduerbium ſemel.Deniq; vt ſemel finiam,ſic fe
re componendũ quomodo pronunciandum erit.
Et alibi.Vt ſemel omnia complectar. Et iterum.Et
vt ſemel quod eſt potiſſimũ dicam,ſecretum in di-
ctando perit,id eſt,vt in ſumma dicã. Cuius rei cau
ſa eſt ipſum illud ſemel,quod ſignificat vna vice ꝓ
omnibus:ita vt poſtea nõ oporteat quid addi.Ideo
ꝙ ſolet accipi pro immutabiliter,& irreuocabiliter
quia quod ſemel tantum fit,id non habet regreſſũ
vt iterum fiat.Idem in Mathematico.Quid hæc ful
gentium ſyderum veneranda facies,ꝙ quædã ve-
lut infixa,ac cohærentia,perpetua ſemelq; capta ſe
de collucent: alia toto ſparſa cœlo vagos curſus cer
tis emetiuntur erroribus? Vergilius. Qui ne quid
tale videret.Procubuit moriens,& humũ ſemel ore
momordit, Ouidius. Nulla reparabilis arte Læſa
pudicitia eſt,deperit illa ſemel. Lucanus. Dixitque
ſemel naſcentibus author.Quicquid ſcire licet. Se-
mel inquit vt nullum poſtea verbum addat.In eun
dẽ ſenſum idẽ Quintilian⁹ accepit breuiter,vt in Ge
minis lãguentibus.Breuiter tamen longe crudelita
tis explicanda ſæuitia eſt,ex omnibus quæ pertulit,
leuiſſimum fuit,ꝙ occiſus eſt Plinius maior. A reli-
qua vero Gallia latere ſeptẽtrionali mõtib⁹ iura/Ge
benaq;/& iugeribus agroꝝ , cultu virorum,morũ
dignatione,amplitudine opum,nulla ei prouincia
rum pręferenda,breuiterq; Italia verius,q̃ prouin-
cia.Et iterũ de Luſcinia,quæ vulgo dicitur philome
mela.Nunc continuo ſpiritu trahitur in longũ nũc
variatur inflexo,nunc diſtinguitur conciſo,copula-
tur intorto,præmitur,reuocatur,infuſcatur ex ino-
pinato:interdum & ſecum ipſe murmurat plenus:
Summus,medius,imus,breuiterq; omnia tã paruu
lis in faucibus,q̃ tot exquiſitis tibiarũ tormentis ars
hominũ excogitauit.

## ¶Epitome capitis.ccccxxxviii.

¶Tandem non vacat apud Vergilium ornat⁹ cau
ſa,nullus enim in vocando conſiſtit ornatus. Licet
id Seruius velit,nec apud Ciceronem eſt coniunctio
expletiua quod cenſet Priſcianus:verum vrgendi,
& accelerandi vim affert potiſſimũ per interroga
tionẽ,aut tacitã,aut expreſſam,quomodo a doctis
fere vſurpatur:at ſine interrogatione eſt,quaſi id qđ
dicunt finaliter poſt longam morã:quomodo de-

Marginalia: Vbertim. Affatim. Raptim. Curſim. Gñatim. Gñaliter. Sũmatim. Viritim: Noĩatim. Mẽbratim Ceſim. Punctim. Strictim. Carptim. Tractim. Cateruatĩ Gregatim. Turmatĩ Manipulatim. Domeſticatim. Vicatim. Regionatĩ Oppidatĩ. Municipatim. Prouinciatim. Inſumma. Ad ſũmã. Ad ſũmũ. Ad ſũmã, adſumum differunt Semel Hiero.ĩ ps Semel locutus ẽ de⁹ duo hęc audiui Breuiter. Luſciniæ cantus

nium,& deniq; accipi poſſunt, verum deniq; tunc præcipuum habet locum, quando multis enumeratis, volumus vltimum eſſe omnium, quaſi ſit, ſed vt vno verbo concludam, aut vt ſemel dicam. Demũ præcipue cum is, & ita iunctum ſolet accipi pro ſolum, aut omnino, vt ea demum magna voluptas, is demum fructus &c. id demum poſſum ita demum mihi ſatiſfacies &c. id eſt ſolum pro omnino, ſic Plinius. Ea demũ ſola auium &c. Ouid. deniq; pro demum poſuit, vt in textu patet.

¶Tandem, demum, deniq;, quid ſignificent. Cap. ccccxxxviij.

Tandem. *Ponit̃ in terdũ tãdẽ ꝓ vix. cic. tãdẽ aliqñ quirites. Itẽ ꝓſaltẽ. Terẽ. ĩ Heau. Perfice hoc ꝓcib⁹ præcio vel hęream parte aliq̃ apud Thaidem tandem. Itẽ pro tñ. Cic. in qua ciuitate tandem arbitrare te viuere. Tandẽ citra interrogationem Deniq;. Demum.

TANDEM, idem ait, poni non neceſſitatis, ſed ornatus cauſa, vt in illo Verg. Sed vos q̃ tandẽ, quibus aut veniſtis ab oris. Nec cuius ornat⁹, aut q̃re ſit ornat⁹ explicat. Idẽ ſentit Priſcianus, dicens. Tandem non ſolũ pro aduerbio temporali, ſed etiam pro coniunctione expletiua inuenitur, vt Cice. inuectiuarum lib. i. Quouſq; tandem abutere Catilina patiẽtia noſtra? Mihi quidem nullum ornamentum videtur eſſe in ſuperuacuis, & nihil agentibus verbis, quãq̃ apud Græcos dictiones nonnullæ ſunt, quæ aut numerũ, aut ſonum implẽt, quod in hac dictione nõ eſt, quæ habet potius vrens quiddam, & accelerans, eoq; ferè per interrogationẽ, quæ exempla vulgo ſunt plurima, vt Cicero in Catilinam, cuius orbis ſic incipit. Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? quo exemplo vſus eſt Priſcia. Cice. exemplum. Quidam tamen inter primos huius ætatis docti ſolẽt citra interrogationem vtĩ hoc aduerbio, non tam authoritatem ſequentes eiuſdem Vergil. Et in eodem loco. Et quo ſub cœlo tandem, quibus orbis in oris iactemur doceas. Et Horatij qui ait. Quãuis ſeua tibi per te tibi conſulis, & ſcis. Quo tandem pacto deceat maioribus vti. Diſce docendus adhuc, q̃ Ciceronis in Catone maiore dicentis. Qua tandem ſpe ſibi tam audacter obſiſteret? reſpondit, ſenectute. Et pro Roſcio. Quum ab eo quæreretur, quid tandem accuſaturus eſſet in eo? Nonnulliſq; alijs in locis. Sed tamen vtrũq; interrogationem habet, & eam directã latenter ad ſecundam perſonam. Nam hic qui loquitur, verba refert alterius. Siquidem Piſiſtratus a Solone ſic quæſiuit. Qua tandem ſpe mihi tam audacter obſiſtis? Et fimbria ab illo (q̃ſquis fuit) ſic petiuit. Quid tandem in eo accuſaturus es? Neq; vero legem iſtius dictionis ſcribo, ſed vſum frequentiſſimum trado. Sine interrogatione autem quid ſignificet, nemo ignorat. Verg. Iam tandem Italiæ fugiẽtis prẽdimus oras. Eiuſdem ſignificationis ſunt demum, & deniq;, vt notum eſt, vt idem Vergi. Tunc demum optata gemina ſuper arbore ſidunt. Cice. Quum exceſſiſſet e vita, tum deniq; viueret. Sed plerumq; quũ ſunt multa enumerata, tũ ſubiungimus deniq;, ſignificantes hoc vltimum eſſe omnium, vt idem Verg. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Nil noſtri miſerere, mori me deniq; cogis. Et Cicero. Quum ſibi non multitudinem militum, nõ idoneos imperatores, non pecuniam ſibi præſto eſſe viderent, non deniq; vllam rem, quæ pertineat ad bellum adminiſtrandum. Demũ ſolet accipi pro ſolũ, ſiue pro oĩno, præcipueq; cum is, & cum ita iunctũ Cice. in Salluſtium. Ea demum magna voluptas eſt Criſpæ Salluſti. equalem, ac parem verbis vitam agere. M. Fabius. Illud ingeniorum præcox genus, nõ temere vnq̃ peruenit ad frugem, hi ſunt, qui parua facile faciunt, & audacia prouecti illud quicq̃d poſſunt, ſtatim oſtendunt. Poſſunt autem id demũ q̃d in proximo eſt, verba continuant, ac vultu interrito nulla tardati verecundia proferunt. Et iterum. Tum illa quoq; ex cauſa, q mentem tãtæ rei intentam vacare omnibus alijs, etiam culpa carentibus curis oportet. Ita enim demum libera, ac tota nulla diſtringente, atq; alio ducente cauſa ſpectabit, id ſolũ ad q̃d accingitur. Et alibi. Iacebat hæc inſomnis, inquieta, quum diceret, iam ſtatim apparebit, iam ſtatim veniet, nunq̃ tamen tardius venit. Miſeram me fili, proxima nocte iam veneras. Ecce iam medios ſydera tenent curſus, indignor, iraſcor, ita demum mihi ſatiſfacies, ſi apud patrem fuiſti. Ideo autem dixi ſolum ſiue omnino, q Plinius videtur accipere, pro omnino, de hirundine dicens. Ea demum ſola auium, non niſi volatu depaſcitur. Quidam volunt ab is, & demum componi idem. Ouid. pro demum poſuit deniq; lib. iij. ſine titulo. Si qua metu dẽpta caſta eſt deniq; caſta eſt.

Idem.

¶Epitome capitis. ccccxxxix.

STella & ſydus ſic differũt, vt Macrobius vult quia ſydus etiam de ſtella vna dicitur, quinetiam aſtrum, vt Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum, ſed tamen ſtella non dicitur de ſigno, vt ſydus. Nec ſtellam hybernam dicimus, vt ſydus. ¶Quia a ſidendo, & influendo ſydus dictum videt̃. Vnde ſpero, aut infelici ſydere natos dicunt, non ſtella.

¶Inter ſtellã, & ſydus. Cap. ccccxxxix.

Stella. Sydus.

STELLA, & ſydus differant, ſi Macrobio credimus, ita ſcribenti. Nunc videamus, quę ſint duo hæc nomina, quorum pariter meminit, quum dicit, quæ ſydera, & ſtellas vocatis. Neq; enim res vna gemina appellatione monſtratur, vt enſis, gladius ſed ſunt ſtellæ quidem ſingulares, & erraticę quinq;, & cætera quæ non admiſtæ alijs, ſole ferunt. Sydera vero quæ in aliquod ſignum ſtellarum pluriũ compoſitę ferũtur, vt aries, taurus, andromeda, perſeus, vel corona, & quæcũq; variarũ genera formarum in cœlum recepta creduntur, ſed apud Græcos aſter, & aſtron diuerſa ſignificant, & aſter ſtella vna aſtron ſignum ſtellis, coactum, nos ſydus vocamus. Hæc differentia (Macro. pace) nuſq̃ reperitur, vt apud eundem Ciceronem de vniuerſitate. Itaq; neſciunt. hos ſyderum errores, & iterũ. Toto igitur orbe conſtituto ſyderibus, parẽ numerũ diſtribuit animorũ, & ſingulos adiunxit ad ſingula. Et lib. ij. de natura deorũ. Nã quũ duo ſint genera ſyderũ, quorũ alterũ ſpatijs immutabilib⁹ ab ortu ad occaſum cõmeãs, nullũ vnq̃ curſus ſui veſtigiũ inflectit, alterũ autem cõtinuans conuerſiones duas ijſdẽ ſpatijs curſibuſq; cõficiat. Quint. in mathema. Quid hæc fulgentium ſyderũ venerãda facies, q quædã velut infixa, ac cohærentia, perpetua, ſem. eiq; capta ſede collucẽt, alia toto ſparſa cœlo vagos curſus certis emetiunt̃ erroribus? Quod non ſenſiſſe Cice. (vt Macrobius vult) documẽto eſt, q nõ propoſuit ſtellas. Debet enĩ ſpecies generi, pars toti præponi, vt dicã de prudentia,

Macrobiũ taxat.

Species. ante gen⁹.

& virtute huius. Dicã de facie Helenæ, eiuſque pulchritudine: non autem e diuerſo. Fateor tamen nunquam ſtellam dici arietem, taurum, andromedam perſeum: ſed ſydus: & hinc eſt ꝙ dicimus hybernũ ſydus & illud Quintiliani. Nos graue huius anni ſydus afflauit.

¶Epitome capitis.ccccxl.

Reſciſcere non eſt quod Aul.Gellius vult, ſed rem geſtã. poſtq̃ geſta eſt ſcire, quam quum gereretur, neſciebas.

¶Itaq; reſcimus poſt factũ, dep̄hendimus, aut deprendimus in ipſo facto. Vnde dep̄henſi in adulterio dicuntur, Horatius. Deprendi miſerum Fabio vel iudice vincam. Itẽ nautæ quaſi alterum elementũ ingreſſi deprendi dicuntur a tempeſtatibus in mari. Vergilius. Deprenſis miſeris ſtatio tutiſſima nautis.

Reſciſcere.

¶In Aulum Gellium de Reſciſco. Caput.ccccxl.

Reſciſcere Aulus Gellius vult rem eſſe occultã, inopinatam, inſperatã cognoſcere. Miror de hoc ſolertiſſimo verborũ inueſtigatore, atq; cenſore, qui vocabulũ hoc de facili difficile, de claro obſcurũ, de trito nouum, de expoſito abſtruſum fecerit, ne dicam falſo expoſuerit. Nunquid ſi videã hominem cœlo volantem, vt feciſſe Dedalus, Perſeuſq; fertur, aut aliquẽ e terra prodire, qualis Thages fuiſſe creditum eſt ab Hetruſcis, aut Satyrum aliquẽ ſemiuirum, ſemicaprumq;: quẽ ſe vidiſſe nõ nulli ſcripſere, aut arcana quædã naturæ perueſtigauero, dicã reſciuiſſe? Non opinor. Eſt igitur proprie reſciſcere rem poſtquã eſt geſta ſcire, quã neſciebas/ quũ gereretur præſertim ad te tuoſve pertinentem. vt Terenti⁹ in Adelphis. Hẽ tibi reſciuit oẽm rẽ, id nunc clamat ſcilicet.

¶Epitome capitis.ccccxli.

Deprecor ſuppliciũ, non eſt deteſtor, execror depello, vel abominor, vt idem Gellius cenſet, ſed quaſi dicto, vel facto recuſo, vel verius eſt precor vt non ſit ita, vt contrariũ eius quod eſt precor & comprecor. Sicut defendo me ictibus & defendo ictus diuerſimode dicimus.

De

¶De enim, vt prius dictũ eſt, tria facit. Nã aut ſignificationẽ auget, vt deprecor pro valde precor: deamo, id eſt, valde amo: ſic demonſtro, debello, deprauo &c. Aut mutat in contrariũ, vt depono, deteſtor dedoceo, dediſco, aut peruertit, & in malum mutat vt demens peruerſæ mentis. Deuius, peruerſam viam tenens. Amens autẽ quaſi ſine mente, & aui⁹ aberrans a via: & inuius ſine via, delirus ſine lira, & regula, aut regulã peruertens. Item reperitur de pro deorſum, ſicut ſub pro ſurſum. Vnde antique dictum eſt apud Aulum Gelliũ. Suſque, deq; fero id eſt, ſurſum, & deorſum fero, hoc eſt pro eodẽ habeo, & quod dicunt, nihili curo. Dep̄cor ergo eſt, aut valde p̄cor, vt ſit, aut non ſit. Infinita ſunt exempla, vbi de ſignificat deorſum, vt demigro, deuenio deſcendo, deſpicio, decurro &c.

Suſq; deq; fero,

¶Dep̄cor, & defendo Cap.ccccxli.

Dep̄cor ſuppliciũ idẽ Aul.Gellius ait. Dictum eſſe, quaſi deteſtor, vel execror, vt depello, vel abominor. Ego autẽ ita dici puto dep̄cor, vt p̄cor, & imp̄cor. Precor tibi bonũ, p̄cor tibi malum. Sic dep̄cor liberationẽ & dep̄cor pœnã illã vt patiar hanc vt vitẽ, Ouidius lib.ij. de Ponto. Sæpe precor mortẽ, mortẽ quoq; deprecor idẽ. Ne mea Sarmaticũ contegat oſſa ſolũ. Dep̄cor dixit, quaſi p̄cor mortem non dari mihi in hac terra. Nec mi(ſ)z id fieri in dep̄cor, quũ fiat in magis vſitatis, vt in defẽdo, ſiquidẽ dicimus defende me, quod fere dicitur, & nõnũq̃ defendo ictus, vt Cice. de ſenec. Veſtitaq; pãpinis, nec modico tẽpore caret, & nimios ſolis defendit ardores, quũ præſertim mos Romanis ſit etiã mala precandi ne veniant. Vnde tẽpla timori, pallori, febri aliiſq; ſimilibus fuere dedicata, & his (vt ita dicam) numinibus fiebant ſacra, quod etiã Vergi. probat. Nigrã hyemi pecudẽ, zephiris felicibus albã. Neq; ſolũ deprecari eſt voce, ſed etiã per ea quæ inſtar vocis obtinere ſolent, vultũ, geſtũq;. Etenĩ bucephalum, qui præter vnũ Alexandrũ oẽm alium recuſabat ſeſſorẽ, non inepte dixeris deprecari alios ſeſſores præter regẽ. Deniq; dep̄cor magis ſignificat, vel dicto, vel facto recuſo, q̃ illa quæ Au.Gel. attigit.

Dep̄cor.

Defendo

* In ea & ſignificatione defendo in hoc v̄ſu plerique accipiũt cũ tibi ſint nati, nec opes. tũc artibus illos Inſtrue q̃ poſſint inopẽ defẽdere vitam. Calepinus de ſignificatione v̄ſi huius loquẽs dicit Gelliũ non fuiſſe aval la culpandum.

¶Epitome capitis.ccccxlij.

¶Situs nõ eſt negligentia (quod Priſcianus cenſet) ſed ſordes illa, atq; illuuies quæ innaſcit locis humidis, & diu nõ repurgatis, lanugo videlicet atq; mucor fetens, qui & pedor dici poteſt. Situs etiã eſt loci qualitas, aut diſpoſitio, pro quo barbari ſituationẽ dicunt. Et caſtrũ ſituatũ, pro eo quod eſt ſitũ. Nam etiam adiectiue ſitus ta, tum, dicitur.

¶Situs, & pedor Caput.ccccxlij.

Situs. Æneid.vij.

Situs Priſcianus inquit, dicitur pro negligentia, vt Vergi. Sed te victa ſitu, veriq; effeta ſenectus, ſed non ita eſt, potiuſq; ſordes illa, & illuuies, qualis naſcitur intra opaca domus, quæ diu nõ repurgatur. Vnde inquit M.Fabius. Excitanda mens, & attollenda ſemper eſt, quæ in huiuſmodi ſecretis, aut langueſcit, & quædã velut in opaco ſitum ducit, aut contra tumeſcit inani perſuaſione. Huiuſmodi igitur quidã ſitus ſedet in vultu, capite, totoq; corpore vetularũ, & habitu præſertim inopũ, qualẽ, & illã Vergi. intelligit, & de malefica anu ait Luca. Feda ſitu macies, quod etiã pedorẽ poſſumus appellare, vt idẽ Luc. Longuſq; in carcere pedor. Et Cice. in tuſcu. Pedores muliebres. Et iterũ. Barba pedore horrida. Miror Priſci. hoc in loco a diffinitiõe Seruij diſciuiſſe, qui hoc vocabulũ proprie diffiniuit, inquiẽs. Situs proprie eſt lanugo quædã ex humore procreata. Fit aũt in locis carentibus ſole. Situs vero pro loci qualitate manifeſtum eſt, vt de ſitu Meſſane, & de ſitu Syracuſarum, & ſimilium.

Pedor. Situs Ver. lib.i. Geor. Et ſegnẽ patiere ſitu dureſcere cãpũ

¶Epitome capitis.ccccxliij.

Docillis ẽ, qui facile docetur, facitq; inſuper latiuo potius docillimus, q̃ dociſſim⁹. Docibilis aũt quem Priſcian⁹ vult eſſe, q facile diſcitur, a doctis nõ dicitur, ſed pro eo ſignificato eſt perceptibilis, aut perſpicuus, & ad diſcen

dum facilis,& ſi reperiret, vix differret a docili. Nã ſępe rem vnã diuerſis vocibus eloquimur: vnde aliquãdo idẽ ſunt, equalis,& equabilis, exitiale, & exitiabile, ſenſile & ſenſibile, rationale & rationabile. Penetralę autẽ adiectiue, nõ reperit: ſubſtantiue vero eſt penetrale.i.locus penitior,& interior domus quem penetrata domo adimus. Penetrabilis vero eſt qui facile penetrat & q facile penetratur.

¶ Dialectici aũt recenſiores dicerent ſenſile paſſiue accipi, quod & Lucretius facit, ſenſibile vero, quod Lucretius pro eodẽ poſuit, actiue. Vñ animal ſenſibile, quia aptũ ſentire: poniturq; pro differentia ſubſtantiali animalis, ſicut rationale ꝓ differentia tali hominis. Rationabile aũt rationẽ ſequẽs, aut iuxta rõnem factũ, vt obſequiũ rõabile, nõ rõnale,& hõ rationalis eſſe põt: qui nõ ſit rationabilis. Verum bruta irrationabilia ſunt,& irrationalia: quia rationem nõ ſequuntur. Vnde & bruta dicta.

Docilis.
Penetralis
Penetrabilis.

¶ De docilis,& cõſimilibus. Cap.cccexliij.

DOCILIS idẽ inquit, eſt qui facile docetur, docibilis eſt, qui facile diſcitur, quomõ penetralis, qui in intimis eſt partibus. Penetrabilis qui facile penetratur. Nõ occurrit, vbinã legerim ſcriptum docibilis. Eſt enim cõſuetum magis perceptibilis, niſi apud eccleſiaſticos, atq; in aliũ ſenſum & erunt docibiles dei, dictum eſt quaſi dociles. Nã Cyprianus ſuper illud Pauli. Epiſcopũ nõ litigioſũ nõ contumelioſum, ſed mitem & docibilem eſſe debere ait. Docibilis autem ille eſt, qui eſt ad diſcendi patientiam lenis,& mitis. hoc (vt ego ſentio) idem eſt quod docibilis. Ratio tamen poſtulat, vt id ſignificet: quod ait Priſci. eo quidẽ magis ꝙ habemus in eodem ſenſu docilis, vt ſuperuacuũ fuerit duas voces adeo cõfines vni ſignificationi dare, niſi dicim⁹ ſimile eſſe hoc illis, æquale & æquabile, de quibus dixi alio volumine. Inſuper ſenſile,& ſenſibile. Lucretius. Ex inſenſibili ne credas ſenſile naſci. Hæc duo pro eodẽ accepit, exitiale, & exitiabile. Vergi. in.vi. Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacenæ. His merſere malis. Ouid.vi.meta. Dũq; manu tentat trahere exitiabile ferrũ. Rationale,& rationabile. Quint.in.ij. Sed quia carent ſermone quæ id faciunt muta, atq; irrationabilia vocant. Porro penetralis q̃tũ mea refert opinio, nõ reperitur, ſed penetrale ſubſtantiuũq;, nõ adiectiuũ. Penetrabilis adiectiuum, qui facile penetrat, vt apud Ver. Penetrabile telum,& penetrabile frigus, tum qui facile penetratur, vt apud Liuium libro.xlvi. Et in aſperis locis ſilex ſæpe impenetrabilis ferro occurrebat. Seruius quod penetrat inquit, Penetrale dicit, quod autem penetratur, penetrabile. In quo; priore diſſentio, quum nõ ſit neq; adiectiuũ, vt ipſe vult, exponens penetrabile frigus, ꝓ penetrale frigus, neq; ſignificationis actiue. Deniq; vt ad docilis reuertar, docillimus mea ſententia faciet potius, q̃ dociliſſimus, qualia ſunt facilis/gracilis/agilis/ſimilis/humilis.

Docibilis.

Docillim⁹.

¶ Epitome capitis.cccexliiij.

NVmen nõ, eſt nutus dei, nec imperium, poteſtaſq; cuiuſq;, ſed tantum dei.

¶ Itaq; Priſcianus nõ recte,& Varro nõ plene diffiniuit. Cæterũ quantũ videor mihi ſentire ſatis idonee author quoq; rem explicat. Nã numen dicitur a nuto,& quia deus ſolo nutu quo ſe velle ſignificat, facit, quod vult. ideo numen accipitur pro poteſtate illa, qua ad nutũ deus facit, quod nutu angelis ſuis imperat. Sunt autẽ vnius dei varia numina id eſt variæ poteſtates, vt inquit Seruius. Vñ dictum de Iunone. Quo numine leſo.i. qua eius ptãte leſa, quũ plures habeat, eſt enim pronuba, lucina, & regnorũ largitrix, aeriſq; inferioris domina.

Numen.
✱Numen ꝓprie voluntas dei ẽ Verg. Nõ hic ſine numie diuũ euenĩũt idẽ iã cœlũ terrãq; meo ſine numie vẽti miſcere & tãtas auditis tollere moles

¶ Numen. Cap.cccexliiij.

NVMEN, idẽ inquit, eſt dei nutus. Ante hunc Varro dixerat, numen dicunt eſſe imperiũ, dictũ a nutu, vter horum commodius diffiniuit? Certe numen eſt imperium, poteſtaſq; dei, nõ aũt nutus, neq; imperiũ cuiuſlibet, ſed Varronẽ de imperio dei ſuſpicor intellexiſſe.

¶ Epitome capitis.cccexlv.

NEcatus dicit non ſolum ferro, ſed quocũq; peremptus, vt ſit quaſi genus. Nectus vero alia quauis re, quæ adiungi ſolet. ita vt ſit quaſi ſpẽs, nec ſignificat ſemper plane mortuũ, ſed ꝓpemodũ: ſicut exanimatus eũ, qui ſimilis eſt mortuo, vt enectus, fame, ſiti, frigore, i. confectus.

¶ Necatus,& nectus. Cap.cccexlv.

NECATVS idem inquit, proprie ferro, nectus vero alia vi peremptus dicitur. Sed ego ſentio gñalem ſignificationem necatus, ſpecialẽ vero nectus eſſe. Cice. vero in rhetoricis, & in libris ad Herenniũ,& alibi ſępe ait. Veneno necatus. Quin. lib.iiij. Hinc eſt adulter loris cæſus, aut fame necat⁹. Præterea nunq̃ nectus dicit ſine certo genere mortis, vt nectus ſiti Tantalus, nec tam mortuus, q̃ propemodũ mortuus, ſicut exanimatus, pro eo qui ſimilis eſt mortuo, vt fame, ſiti, æſtu enecti, quæ pluriſma ſunt exempla.

Necatus.

¶ Epitome capi.cccexlvi.

¶ Næ/cũ ae diphthongo qd apud Græcos ſcribitur ναι & ꝓfertur ne, eſtq; aduerbiũ affirmantis, ſignificans certe. Priſci. vult accipi pro valde, ſed potius accipitur pro certe aut pro ꝓfecto. Ponit autẽ ne cũ his v̈bis queo, ſcio,& volo, etiã citra compoſitionẽ vt Cice. Barbarũ putet dicere, nõ ſcio, nõ volo. Reperitur tamẽ nõ queo, ſed frequentius nequeo, & apd Cice. etiã, vt ſcio, vt neſcio,& haud velim. Nec reperitur potiſſime, ſed tãtum potiſſimũ, licet Priſcianus contra doceat.

¶ Ne aũt cõpoſitũ cũ dictis v̈bis nõ habet diphthõgon, q̃a nequeo primã corripit, vñ a neq; aut nec ꝑ ſyncopã compoſitũ videtur. Nã ne nõ corripitur, niſi fuerit cõiunctio encletica ſignificãs an nec ſcribitur diphthõgo, niſi ſignificauerit, Vt in Greco certe, aut profecto, ſeu reuera, quõ vtitur Perſius, quaſi ironicos dicens. Ne mihi polidamas, aut Troiades Labeonẽ Prętulerint. vbi tñ accipi poſſet ꝓ eo, qđ eſt vt nõ, vt ſit ſenſus. Quare ſit turpe,& miſerabile Nunquid ideo, ne mihi &c. vnde addit nugę. Præterea dũ aduerbiũ prohibendi eſt, etiã producitur, vt ne ſæui magna ſacerdos.

¶ Næ. Cap.cccexlvi.

Næ.
✱Næ nõ nũq̃ ſignificat certe vel vtique

NEPRO Valde idem dixit nec tamẽ ſolus. Terent. in Andria. Ne illa illum haud nouit. Mihi videt idẽ apud nos ſignificare, qđ apud Græcos, ſcribiq; cum

&hoc per ironiã.Cic. Curio. Incredibile q̃ turpiter mihi facere videar, q his reb⁹ ſterſum ne tu videris multo ante ꝓuidiſſe qđ ipendere ret.

diphthongo debere vαι,quod eſt certe, vt apud eũdem:Faciunt ne intelligẽdo,vt nihil intelligant,quaſi dicat,faciũt ꝓfecto.Hæc apud Cic. dictio frequẽs eſt,vt de ora.li.iij.Ne illud haud ſane, quẽadmodũ verba ſtruat,& illuminet a magiſtris iſtis, requiret. Apud Quin.cæteroſq̨ eius ꝗui rariſſima. Ne cõponitur cũ queo,cũ ſcio,cũ volo,frequẽtius tamen ſine cõpoſitione appoſita negatiõe reperimus illud primum,q̃ duo ſequentia,adeo vt barbarũ putet Cice. dicere nõ ſcio,& nõ volo,licet apud ipſum nõnunq̃ quoq̨ reperiaṫ.Ideo frequẽtiſſime legim⁹ haud ſcio haud velim. Idem Priſ.ait,a potius fieri potiſſime, qđ ego nuſq̃ legi,ſed potiſſimum.

Ne cũ qb⁹ cõponaṫ.

Potiſſimũ.

¶Epitome capitis.ccccxlvij.

VAleant nõ eſt apud Terentianũ Pãphilũ ꝓ, pereãt,ſed diſcedãt a nobis,&a cõmercio noſtro alieni ſint,ſicut diſcedunt,quibus valete dicimus,aut diſcedamus ab eis,ſicut ab his, quibus valete dicimus .Vale enim eſt ſalutatio recedentis, vt ſalue,&aue veniẽtis,ſed ſalue potius cõmune dicetur,eo ꝙ ſalutare & aduenientis &abeũtis eſt,vnde ſalutãti nos reſpõdemus,ſalue,nec eſt aliđ verbũ ad hoc idoneũ,niſi dicamus more vulgari magis q̃ ꝓbato,bene veneris. Quũ apud Homerũ Χαιρε. i. aue ꝓ ſalue,& vale legaṫ.Apud nõnullos legũtur ſalueo,ſaluebis,valebis,ſaluere aũt, & valere apud multos.Valens aũt videṫ interdũ accipi ꝓ ęgrotãte,tamẽ in loco citato e Quintiliano,ego potius pro ſano accepero,vt cõſuetudo valentis. i. dũ valebat. Valetudo aũt eſt diſpoſitio corporis,tã bona,q̃ mala,q̃ q diuerſã habeṫ,ęgroti ſunt,vñ valetudinarij dicuntur ægroti,ideoq̨ valetudini attribuimus epitheton diſcretiuũ,quũ verbo etiã indifferẽter ſignificãti ſæpe pure vtamur dicentes in fine epiſtolarũ. Vale.

Valeant.

¶Valeo. Cap̃.ccccxlvij.

VALEANT, q inter nos diſſidiũ volũt.Donat⁹,Serui⁹,& qđã alij ſic exponũt,pereãt,qui hoc nobis volunt,quæ vox, & oratio aliena fuerat ab ingenio Pãphili pio,& ꝓbo Cic.Si deus talis eſt, vt nulla gratia nl̃la hoĩm charitate teneaṫ, valeat. Quid eñ propitius eſt numine? Nunquid eo irreligionis,atq̨ eo impudẽtiæ Cicero venerat,vt deo exitium præcaretur?Abſit. Lactantij quoq̨ teſtimonio qui de his ipſis Cice.verbis ait.Quid eñ contẽptius potuit dici in deũ? Valeat inquit.i. abeat, ac recedat quando prodeſſe nulli poteſt? Vides vt Lactantius quũ vult Ciceronẽ fuiſſe cõtumelioſum in deum,nõ tamẽ expoſuerit,valeat pro pereat,ſed abeat, ac recedat,q̃q̃ vt mihi videtur,non ſignificaṫ per valeat, ꝙ abeat ille a nobis,ſed ꝙ nos a ſe vale dicẽtes. Eñ uero vale ſalutatio eſt recedentis,vt ſalue, & aue venientis.Quomodo ergo verbũ ſalutãtis poteſt accipi pro mala præcatione, atq̨ ſalutatione?Eſt aũt ſalutare,& aduenictis,& abeũtis. Ver. in.ix. Hãc ego nunc ignarã huius quodcũq̨ pericli eſt. Inq̨ ſalutatam linquo.Ideoq̨ reperimus nõnunq̃ ſalue etiã in diſceſſu,hoc eſt in calce epiſtolarũ.Cic. Ad Tyronẽ. Vale mi Tyro, Vale,vale & ſalue.& iterũ.Etiã atq̨ etiã noſter Tyro vale,medico Curio Liſoni deſcripſi diligentiſſime Salue, vale.Verg.in.xi.Salue æternũ mihi maxime Palla,æternũq̨ vale.Nec mirum ꝙ

Vale.
Salue.
Aue.
Salueto.

*Salue in fine loquẽdi reperiṫ.

in fine loquendi reperiamus ſalue,quũ etiã ille qui additur,atq̨ ſalutatur,dicat ſalue: quẽadmodũ qui abijt& alterũ a ſe dimittit: [illegible] vale:quod etiã gręci faciũt,vt Homerus.i.Iliados,Χαιϛε τε Χεριυτες ϑιος λαΤαιο υϑλε ανϑρου.neque eſt apud latinos aliud verbũ quo adeunti nos reſpondeamus,q̃ ſalue,niſi more iã vulgari magis,q̃ probato dicamus bene veneritis:idẽ verbũ apud eundẽ pro vale.xxij Iliados ,Χαιϛεμοι ω ϖατροκλεανεϑα ο ϑεμοις. Cicero ad Atticũ indicatiuo huius verbi vſus eſt dicens.Et ſalue bis a meo Cicerone.Plautus in Truculento prima poſitione vtitur Salue,ſatis mihi ẽ tuæ ſalutis,nil moror.nõ ſalueo.Martialis etiã dixit,valebis.Quũ pinguis mihi turtur erit,lactuca valebis Et Cochleas tibi habe,ꝑdere nolo famẽ. Cęterũ,vt ad inſtitutũ redeã,qui valeant pro execratione acceperunt,forſitan hoc argumento inducti ſunt,ꝙ nõ nunquã hoc verbũ languorẽ ſignificat,vt idem de oratore Sicut medico diligenti priuſquam conetur ægro adhibere medicinã , non ſolũ morbi eius,cui mederi volet,ſed etiã conſuetudo valentis & natura corporis cognoſcenda eſt,q̃q̃ accipi poteſt valentis pro ſani,ſed etiã pro ægro.Vnde valetudo ꝓ lãguore frequentiſſime accipitur,& teſtes valetudinarij nominantur.Idẽ Cice.ad Terentiũ& ad Tyronẽ. Valetudinẽ tuã cura diligenter. hoc eſt lãguorẽ & infirmitatẽ.Alibi pro ſanitate.Sed nunc valetudini tribuamus aliquid,frequenter tamen apponimus adiectiuum,vt fauſtũ vel infauſtum,ad diſtinguendũ ſtatum corporis.Siquidem indifferenter ſignificat more ſui primitiui.Dicimus eñ,vt vales? quõ valuiſti?qualiter valet filius? Si qua valetudine es?qua valetudine eſt filius? Reſpondebis infirma,aduerſa,mala valetudine vel contra bona,incolumi,optima valetudine.

Saluebis

Valebis.

Valitudo.

Valitudiarij

Valitudo, ſeu magis valetudo & bona& mala diciṫ Ci.Ser.ſul. Scripſit ad me te moleſte ferre me ꝑꝑ valetudinem tuã cũ ad vrbẽ acceſſiſſem non vidiſſes.

¶Epitome capitis.ccccxlviij.

VAs licet a Varrone ꝓ fideiuſſore definiaṫ proprie tñ is eſt,q ſponſor eſt alteri⁹ in capitis piculo:ſiue idẽ ſupplicij ſubitur⁹,ſiue pecuniã ſoluturus,ſi ꝓ quo vas eſt.i.cui vadere eo manẽte licet,ad diẽ non redierit. Vadimoniũ aũt ẽ ſpõſio ad certũ diẽ ſiſtendi ſe in iudicio .i.cõparendi ꝑ ſe,aut per aduocatos.Obſes autem eſt,q tradiṫ imperio alterius ea conditione,vt ſi dator obſidis a fide recedat,recipienti ſit ius in corpus.&vitã obſidis ¶Vñ vas a vadendo qa ꝑ eũ alteri vadere licet,dictus videṫ.Obſes vero ab ob,& ſedeo,qa ſedet.i.reſidet apud alterũ ob fidẽ datã ſeruandã,

¶Vas/obſes. Cap̃.ccccxlviij

VAs inquit Varro appellatus eſt qui, ꝓ altero vadimoniũ promittebat. Conſuetudo erat,quũ re⁹ parũ eſſet idoneus incœptis reb⁹ pro ſe alterũ daret.Videtur Varro ſignificare vadẽ eũ eſſe,quem fideiuſſorem,vocamus,& vadimoniũ fideiuſſionẽ.Nos hoc ne audemus negare,ita eſſe qui poſſumus. Quũ Varro omnium ſit conſenſu Romanorum eruditiſſimus& linguæ latinæ peritiſſim⁹,qui latinas literas fecit& latiniores & literatiores ,q̃q̃ multi ſunt ,q eum in quibuſdã locis reꝑhendant:q facultas ꝓcipue diſcipulis Quintil. adeſſet,lõge Varrone doctioris atq̨ eloquẽtioris.Verũ ego nõ auſi reꝑhẽdere,ſed tñ affir-

Vas ſcđm Varronẽ

Quin.Varrone doctior,

mare, me nõ legiſſe, dũ taxat quantũ aut recordor aut intelligo, vadem eum eſſe, qui vadimonium pro altero dat, ſi vadimoniũ ſignificat fideiuſſionẽ, ſed eũ qui ſpõſor eſt alterius in capitis periculo, ſiue idẽ ſupplicij ſubiturus, ſiue pecuniã ſoluturus, vt apud Quintilianũ in declamatione, quę inſcribit amici vades. Et apud Ciceronẽ. li. v. Tuſcu. quæſtionũ de Pythagoreis amicis, quoꝝ alteri diẽ mortis quũ tyrãnus dixiſſet, alter pro amico ad viſendã matrẽ ituro vas factus eſt. Et apud. T. Liuiũ de Valerione capitis reo, ita dicentẽ. In vincula cõijci vetãt ſiſti reũ, pecuniãq; niſi ſiſtãt, populo ꝓmitti placere ꝓnunciãt, ſummã pecunię, quãtũ equũ eſſet ꝓmitti, veniebat in dubiũ. Id ad ſenatũ reijcit. Reus dũ cõſulerent patres in publico retẽtus eſt, vades dare placuit, q vnũ vadẽ tria milia eris ꝓ alijs obligauerũt qđ daretur premiſſum ex tribunis. x. finierunt. Tot vadibus accuſator vadatus eſt reum. Hic primus vades publicos dedit. Qđ Feſtus quoq; ſentit, dicens. Vas ſpõſorem ſignificat in re capitali. Vadimoniũ (quantũ ego ſentio) eſt ſpõſio ad certũ diem ſiſtendi ſe in iudicio. i. cõparẽdi per ſe, vel per aduocatos, vt in oratione Ciceronis pro Quintio datᷣ intelligi, vbi lõga eſt altercatio de vadimonijs, altera parte dicẽte, fuiſſe ſibi vadimonia deſerta, altera vero nequaq̃ a ſeſe illa fuiſſe facta. Et Quintilia. de legato frumentario, q̃ ad præſtitutũ diẽ venerat, inquit. Niſi tamẽ ad vadimonium legate veniſſes, nõ multorũ dierũ cõmeatum habebamus, & hoc ipſum fortaſſe Varro ſenſit. Obſes aũt, eſt, q tradiᷣ imperio alterius ea cõditione, vt ſi dator obſidis a fide recedat, recipiẽti ſit ius in corpus, & vitam obſidis. Quod pręcipuę inter potẽtes cõmercium eſt, qui non habent ſuperiores, ad quos pro iuſtitia prouocent.

Vas.

* Horati⁹ ille datis vadib⁹ qui iure extractus ĩ vrbẽ eſt vas. dicitur etiam ſpõſor ĩ re capitali. cũ ipſe idẽ periculũ eſt ſubiturus.

Vadimonium.

Obſes.

¶Epitome capitis. cccxlix.

DEcurio dicitur, qui decẽ pręeſt equitibus, ſicut cẽturio, qui centũ pręeſt militib⁹. Sed duplex eſt decurio id eſt Romanus, & municipalis. Romanus qui Romę decurio eſt habitus, longe maior erat. q municipalis, quia municipalis conſilijs in municipijs admittebatur, vt ſenator Romę, eratq; maior equitibus, ſed minor tamen equitę Romano, quũ decurio Romanus etiã decẽ equitib⁹ pręfuerit. Eques quoq; Romanus maior erat Cẽturione. i. eo qui centũ militibus, ſed ꝓprie peditibus p̃fuerat. Cẽturio vero maior eo, qui gręcę λεκαρχος, id eſt decẽ hominũ princeps dicitᷣ, plus eñ eſt cẽtũ pręeſſe, q̃ decẽ, vnde nõ recte decurionem ꝓ decarcho accipias. Eques aũt dicitᷣ, vel qui de ordine equeſtri, vel qui equo militat. Vnde author noſter quẽ vulgus militẽ vocat, & peritiores equitẽ, aut equitẽ auratũ, quũ non ſit ſatis aptũ ei dignitati vocabulũ, decurionem velit appellatũ. Equitatus aũt eſt multitudo equitum. i. equo militantiũ. Pedes vero eſt qui pedeſter militat, peditatus ita militãtium multitudo, Miles aũt quicũq; militat, ſed potius in pugna pedeſtri, dictus (vt quidã volunt) quaſi milleſimus, aut e mille vnus. Turma conſtat ex duobus & triginta equitibus, cui Fronto decurionem ꝓpręeſſe voluit. Decurię autem ſunt nobiliorum equitum. Centurię inferiorum, quia peditum & vulgarium, vnde decurio cẽturioni pręſtat, quia pręſtantius eſt pręeſſe decẽ equitibus, q̃ cẽtum peditibus. Perſius tamen centuriones pro militibus videtur accepiſſe, aut reuera pro hijs q̃ centum præſunt, vnde quia ſtant varicoſos appellauit Dicens, dixeris hæc inter varicoſos centuriones. Pomponius iuriſconſultus decurionem dici putat, ꝙ decima pars coloniarum deductarum initio cõſcribi ſolita ſit.

Decurio.

¶Decurio. Cap. cccxlix.

DECVRIONES inquit idem, primi ſingularum decuriarum dicti, qđ probat Tẽpanius ille apđ Titũ Liuiũ quod & ipſe approbat Feſtus, idemq; ait. Decuriones appellãtur, qui denis equitibus pręſunt, eſt igitur, dictus decurio a decem, vt centurio a centum. Nam vt ait Pedianus, decurię ſunt nobilioꝝ cẽturiæ inferioꝝ. Quidã volunt, quorum eſt Fronto, decurionẽ præeſſe turmæ, quæ conſtat ex duobus, & triginta equitibus, nec vero belli ſolum, ſed domi quoq; decurio dicitur nomẽ quodam præpoſituræ turmæ ſignificãs, vt Suetonius in Domitiani vita. Saturnius decurio cubiculariorum, & hoc quidem apud Romanos. In municipijs aũt, vt mihi quidẽ videtur, idem eſt decurio, qui Romæ ſenator, nam qui in ſenatu & cõſilijs reipublicę municipalis intereſſe poterãt, decuriones erãt. Cicero ꝓ Sextio. Qua de cauſa, & tum conuentus ille Capuæ huic. P. Sextio apud me maximas gratias egit, & hoc tempore beneficiũ, fideq; hominis teſtimonio declarant, periculũ deprecatᷣ ſuo decreto. Recita quęſo. P. Sexti, quid decreuerunt Capuæ decuriones. Qđ autem differant decurio Romanus, & decurio municipalis, ex epiſtola quadã Plinij iunioris e primo libro declaratur, dicentis. Eſſe autem tibi centũ milia nũmum cenſum ſatis indicat, qđ apud nos decurio es, igitur vt te nõ decurione ſolum, verumetiam equite Romano perfruamur, offero tibi adimplendas equitis romani facultates, trecenta milia nummum. Nõ dicitur itaq; decurio, aut ꝙ decẽ pręſit militibus, vt quidã volunt, quẽ Græci decarchon vocãt, quum decurio ſit maior equite, vt eques centurione centurio decarcho, vt ex ſtipendiorũ magnitudine datur in multis libris intelligi, aut in municipijs, qui decem equitibus præeſt, quum ſit equite etiam dũtaxat Romano minor, an quia præſit decem equitibus municipalibus, aut hoc erit dicendum, aut Pomponij iuriſconſulti opinio ſequenda, dicentis. Decuriones quiddã dictos aiunt, ex eo ꝙ initio quum Coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, cõſilij publici gratia cõſcribi ſolita ſit. Quare eum quã nunc militem appellamus, aut falſa dignatione afficimus. Nam & ſi omnes qui militant milites ſunt, miles tamen proprie qui pedibus militat, dicitur, eques qui equo, aut ſi vere decurionem potius appellamus. Quidam horum tẽporum docti equitem vocant, ſed rectius decurionẽ vocarent: Nã eques, aut qui Romæ ex ordine equeſtri eſt, qđ non facit ad gloriam militarẽ, aut qui equo militat, cuius nulla dignatio eſt, quãq̃ iuriſperiti multa ineptiſſime fabulantur de dignatione militũ, quę quidem vel nulla, vel cõmunis eſt omniũ: ſiue pedeſtrium: ſiue equeſtrium: qui militiam exercent. Nam de auro geſtãdo, & hmõi nugis nullũ verbũ eſt in iure ciuili. Sed hæc omittamus quæ nõ ſunt huius ſcriptionis, dũ illud admonuerimus. Romanũ decurionẽ, q̃

Decuriæ.
Centuriæ.

Decurio municipalis.

Diſcrimen inter decurionẽ municipalẽ & decurionẽ romanũ.

Miles.

Eques.

Milites.

præeſt decẽ equitibus Romanis, lõge præſtare cæteris decurionibus,ipſe etiã eques Romanus præſtat.

Decurio romanus.

¶Epitome capitis.cccci.

EXemplũ,& exẽplar fere pro eodẽ ſumunt. Proprie tñ exemplar eſt id in quo eſt q̃d vel imitemur vel deuitemus.Exẽplũ id ipſum, q̃d eſt nobis imitandũ, aut deuitandũ, vnde vnius exempli multa poſſunt dici exẽplaria, ſicut forma vna dicendi,quã Vergi.in Æneid.ſeruauit,poteſt dici exemplum,atq; in multa exẽplaria, quas inepti copias,aut duplũ vocant,tranſcribi. Eſt igitur exẽplũ quaſi res incorporea,in exemplari,id eſt in re corporea. Vnde vita Catonis, aut eius mors eſt nobis exẽplũ,ipſe Cato exẽplar, ſiue vt Plinius dixit exemplarium . ¶Exemplum præterea,vt Aulus Gellius docet, erat grauiſſimum genus punitionis . Vnde exẽplar aliis inſpiciendum fiebat,q̃d & comicus in Eunu.ſatis indicat.

Exemplũ.

¶Exemplũ,& exẽplar. Cap̃.cccci.

EXEMPLVM(inquit Feſtus)eſt quod ſequamur,aut vitemus, exẽplar ex quo ſimile faciamus.Illud animo æſtimatur, iſtud oculis conſpicitur. Mihi aũt,licet Feſtus ſcientiſſime de exponendis vocabulis loquatur,aperiẽda tamẽ eſt magis horũ nominũ differentia. Nam vt exemplum eſt ex quo ſimile faciamus,vt opera Homeri exemplũ ſunt, poemata ſcribere volẽtibus,Quint.lib.x.Sic literarum ductus, vt ſcribendi fiat vſus,pueri ſequuntur, ſic muſici vocem docentiũ,pictores opera priorum, ruſtici probatam experimento culturã in exemplũ intuentur. Et exẽplar animo quoq; æſtimatur. Cice.de orato. lib.v.Illa oratio fuit mihi exẽplar bene dicẽdi.Quintil.in.x.Cornelius aũt Seuerus etiam ſi verſificator q̃ poeta melior,ſi tamẽ vt eſt dictũ ad exẽplar primi libri,bellũ Siculũ perſcripſiſſet,vẽdicaret ſibi ſcd̃m locum.Horatius in epiſtolis inquit.Plautus ad exẽplar Siculi properare Epicarmi. Idem Cice. p̃ Murena.Domeſticum te habere dixiſti exemplum ad imitandũ.Eſt illud quidem exemplum tibi propoſitum domi.Sed tamẽ naturæ ſimilitudine illud ad te magis , qui ab illo ortus es, q̃ ad vnumquemq; noſtrum pertinere potuit. Ad imitãdum vero tam mihi propoſitũ exemplar illud eſt,q̃ tibi. Itaq; vnũ pro eodẽ pene exemplũ,& exemplar poſuit.& quidem eodẽ in loco.Cæterũ exemplũ eſt ipſa res, quã imitamur,aut(ſi ſors ita tulerit)deuitamus in aliquo vt in Catone.Cato autem ipſe exẽplar.Illud continens tum,hoc continens,q̃ ſi dicamus ad exemplar Catonis,aut ad exẽplar Epicharmi, ſic intelligitur ad exemplar Catonis,quod eſt Cato,an exemplar Epicharmi, q̃d eſt Epicharmus, ſiue opus Epicharmi, vt corpus hominis pro ipſo homine, Animam corpuſq; filii deſtruis,quaſi aliud illa ſint a filio. Exemplum pro exemplari.Eſt enim contentũ pro continente, vt apud eũd.Fuit ille vir exẽplũ cõtinentiæ. Quomodo dicimus.Ille vir fuit norma viuẽdi, quũ tamen non ſit norma viuendi vir,ſed in viro,ita nec ille exemplum continentiæ,ſed in illo.Ideoq; exemplaria multa ſunt vnius tamen exempli,vt redditæ ſunt mihi binæ literæ tuæ eodẽ exemplo,id eſt eiuſdem formæ. Et duo vel tria exemplaria Æneidos, hoc eſt,multi codices eodem exẽplo, & exemplar

Exẽplar.
* Plinius li.xxx.Sũt qui venerẽ dianã illo pictã exẽplari putãt

ab exemplari [redacted] nam exẽplum incorporale eſt,exemplar pleruq; corporale. Hinc Saluſt. Literas [redacted] Catilina redditas dicebat,earum ex[redacted] earũ forma infraſcripta eſt,melius [redacted] earũ exemplar, q̃ forma ſit exemplũ Paulus iuriſcõſultus teſtatur,ſi legatum certũ petetur nõ iubet prætor verba teſtamẽti adere,ideo fortaſſe,q̃a heredes ſolent habere exẽplum teſtamenti.i.formã.Cicero ad Appiũ. Ex his literis,quarũ ad me exemplũ miſiſti,& ad hũc eũdem. Tum Plancus exẽplar eius chirographi Titio miſit.Tum aſinius pollio. Ex literis cognoſces, [redacted] exemplar miſi. Hi de [redacted] ſcripta quod corporale eſt,intelligant.Ille de ſententia que in pagina continetur,vel potius ex pagina percipitur,q̃ ſi indiſtincte his duobus licet vti,nõ ſane reputa[redacted] exempla plura vnius rei.i.exẽpla pro exẽplaribus. Nã vnius rei vnum,atq; idem exemplum eſt proprie,vt dixi in diuerſis exẽplaribus.Loquens enim de opere ſuo Metamorphoſeos,lib.i.de triſtibus ait. Pluribus exempl[redacted] pro exẽplar[redacted] tractatu[redacted] plarium vitioſum eſt[redacted] de eo aũt exẽplo dixi,quod adhibetur rei aut p̃bãdæ,aut ornandæ cauſa,quæ ſignificatio nota eſt omnibus, vnde pars p̃bationis vocatur ab exemplis,& in elocutione exẽpl[redacted]

[redacted]

¶Persona in homine eſt qualitas [redacted] ab alio differimus, tam in animo, q̃ in corpore,q̃ in rebus aternis,vnde authores [redacted] dicuntur a per[redacted] perſonarũ facibus ſimulatis, id eſt laruis,quas a perſonãdo perſonas dictas Au. Gellius putat,licet perſona media longa, perſonat eadem breui dicatur. Vnde Hora.in arte.Poſt hunc perſonæ palleq; repertor honeſtę.In deo quoq; perſona dicitur non ſubſtantia, ſed qualitas quædã,nõ vt Græci eam diffiniunt,ſed vt Romani.

Exemplũ pro exẽmplari inter dũ ponit.

Exẽplariũ

¶Perſona pro ſubſtantia inueniri negat Laurẽtius. Atq Ciceronẽ in Philippicis aliter ſenſiſſe haud difficulter ſibi quis perſuaſerit, eius nimirum hæc ſunt verba.Mea tamẽ perſona ad iſtã pacẽ conciliandã minime fuit deligẽnda.Codrus tamẽ in epiſtolis cõtendit nõ pro ſubſtãtia quidẽ, ſed pro qualitate hoc in loco ſumi.Eſt & apud Iuuenalem ſatyra tertia locus Ciceroniano nõ minus ſcrupuloſus.Quum fęda & turpior [redacted] perſona eſt,vbi ſi quis rimetur oculi latius,non ſat [illegible],an quo qualitate ſit interpratatu rus,Marcus Fabius inſti.orato.lib.xi.aliter vſus eſt, vtpote cuius hæc ſunt verba. Duæ ſimul huiuſmodi perſonæ Ciceroni pro Murena dicenti obſtiterunt. M.Catonis,Seruiiq; Sulpitii, q̃ decenter tamen Sulpitio,quum omnes conceſſiſſet virtutes,ſcientiã petendi conſulatus ademit?

Ioannes Theo.

¶Perſona. Cap̃.cccclI.

Perſona.

P[redacted]

Perſona in homine.

[redacted]

¶Epitome capitis.ccccliȷ.

¶Noxe dedere, eſt ſeruum tradere ad ſupplicium, quod pro noxa meruit, dum dominus mauult eum tradere, q̃ pro eo maleficium præſtare. Vnde oritur noxalis actio, quam Paulus in textu diffinit. Noxa autem non ſolum culpam, ſed & damnum ſignifi-cat, ac nocumentum. Neq; noxia proprie pro cul-pa dicitur. quum id non reperiatur niſi adiectiue noxius, noxia, noxium.

¶Errat ergo in noxa Seruius, & in noxæ dedere Iu-ſtinianus, aut potius Trebellianus cum ſociȷs, qui co-dicem, & inſtitutiones eius nomine compoſuerunt. Nam ipſæ linguæ latinæ imperitus cenſeri poteſt, quum in Græcia ſemper vixerit, & ſe dominum cõ-tra Romanum morem appellatum voluerit.

Iuſtinianus

¶Noxæ dedere. Cap̄.ccccliȷ.

NOXÆ DEDERE Iuſtiniani pa-ce, ſiue trebelliani, & ſociorum (Nã Iuſtinianus nec iura, nec forſitan la-tinas literas nouit) eſt pœnæ dare, ſi-ue tradere ob noxam, qua ſignifica-tur culpa. Ille autẽ ait. Noxa eſt cor-pus quod punitur, & in eodẽ loco, corpus deditur noxæ. Si noxa corpus eſt, quomodo corpus deditur noxæ? Nunquid corpus deditur cor-pori, aut corpus ſibi? Quamq̃ quid hæc oratio ad ſi-gnificandam pœnam faceret? Eſt autem hæc pœna ſeruorum, quos domini malunt ad pœnam tradere q̃ præſtare maleficium, quod illi admiſerũt. Paulus ita diffinit. Noxales appellantur actiones, quæ non ex contractu, ſed ex noxa, atq; maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituuntur, quarum actionum vis & poteſtas hæc eſt, vt ſi dãnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis, quod deliquerit, æuitare li-tis æſtimationem. Vlpianus quoq; addit, vt corpus tradatur viuum igni. Quintilianus in gla. Alebat de-uotum corpus grauior omni fame ſagina, & inter dedita noxæ mancipia contemptiſſimus Tyro gla-diator, vt nouiſſimæ proderem calamitatis meæ in-nocentiam, diſcebam quotidie ſcelus. Nam noxa etiam damnum ſignificat, vt apud Ouid. libro. xv. Metamorphoſeos. Nocte nocent potę ſine noxa lu-ce bibuntur. Et Suetonius De Cæſaris vita. Spurinã-q; irridens, & vt falſum arguens, q; ſine vlla ſua no-xa idus martię adeſſent. De brutis autem improprie dicitur, ea dedi noxæ, vt de capro apud eundẽ Oui. libro.i. Faſto. Verba fides ſequitur, noxæ tibi deditus hoſtis. Spargitur effuſo cornua Bacchæ mero. Ser-uius ſuper illud Vergilianum. Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei. ait noxã pro noxia, id eſt cul-pa, quaſi noxa per ſe non ſignificet culpam, quã fa-miliaris eius (vt opinor) Macrobius leuem culpam accipi vult, atq; (vt ſibi crederemus) noxam non cul-pam eſſe, ſed pœnam, ait culpam noxam dici, qua-ſi noxiam, ſępius q̃ noxam in hac ſignificatione re-periamus. Quod dixi Iuſtinianum forſitan nec iura nec literas latinas ſciſſe, nemo miretur, tũ quia ſem-per in Græcia vixit, tum quia ſe dominum Iuſti-nianum (vt ex numiſmate eius apparet) dici voluit, vt quidam aliȷ Cæſares fecerunt, quod a iure Roma-no eſt alieniſſimum, & character ipſe literarum, fi-guraruq; illorũ temporũ numiſmatis Gotthicũ ma-gis, q̃ latinũ redolet.

Noxe dedere.

Noxales actiones.

Noxa.

Noxa dãnũ īterdũ ſignificat ſiue leſionẽ. Col. lib. iiȷ. Ea res a noxa cur-gulionũ vi de cõditas fruges de-fendere.

Dedi noxę de brutis improprie dicitur.

Noxia.

Dñs Iuſtinianus.

¶Epitome capitis.cccclių.

TEſtamentum non dicitur per veram æthy-mologiam teſtatio mentis, ſicut nec arma-mentum armatio mentis, ſed a teſtando di-citur, nam quæ in mentum exeunt, olim exibant in men. Vnde addita tum ſyllaba fit mentum. Nec oratio rectę dicitur oris ratio, ſed ab oratu m̃, oratu,

mutando u in io fit oratio,ſicut ab amatũ, amata, amatio,& a lectu lectio & c.

¶Teſtamentũ. Cap.cccclij.

Teſtamentum.

TEſtamentum idẽ inquit,ex eo appellatur,ꝙ teſtatio mentis eſt,quę diffinitio quorundã iuriſcõſultorꝫ fuit.Quos ſi iuſte Aul.Gel.coarguit,quanto ego hunc iuſtius arguere poſſum,q explоſam atq; deriſam etymologiã inculcat? Nã cur a mente potius dicatur,q̃ a mento.vel amenta:quia nihil ad hanc ſignificationẽ mentum mẽtave facit,inquies?Quid ergo mens ad ſalſamentũ,ad condimentũ,ad ornamentũ,ad armamentũ,ad pauimentũ,ad cęmẽtũ,ad tormentũ,ad calciamentũ,ad veſtimentum & ad huiuſmodi infinita?Nec minus inepta videt mihi hęc etymologia,q̃ illa apud Donatum,apud Seruiũ,apud Iſidorꝫ,oratio dicta eſt, quaſi oris ratio.Quid oratio eſt?quid deuoratio?quid trituratio? quid operatio?quid mille huiuſmodi? Nunquid in his ratio eſt?aut alia ſunt,qualia cętera a ſupinis ꝑfecta,ſatio,potatio,miſſio,lectio?quid non etiã ſicut a ſupino ratio venit?Reor ratũ ratio vt ſit ab oratũ oratio.Eo magis,ꝙ ſcđam ſyllabã bis accipi vult, quaſi dicatur oriratio,& non oratio.Nõ ẽ,ergo vera etymologia hæc,neq; a mente,neq; a mẽto,neq; a mẽta,ſed potius hæc noĩa aſſumũt tũ,ſyllabã: quũ exirent antea in men,vt veſtimen,calciamẽ,munimen,lenimẽ,nutrimẽ,ſpiramẽ,medicamen velamẽ quib⁹ adiectatũ,fit munimentũ lenimentũ, nutrimentũ,ſpiramentũ,medicamentũ,velamentũ,veſtimentũ calciamentũ.Ita teſtamẽ, addita ſyllaba tũ,facit teſtamentũ.Quod ſi a mente deſcẽderet,teſtamentũ teſtamẽtia dicerem⁹,quẽadmodũ demẽtia & amentia.Nihil habet magis ridiculũ hæc,de qua loquimur ſcientia.q̃ etymologiã,in qua ipſe q̃ q; Varro & luſit,& luſus eſt.

Ethymologiã Valla deridet

Oratio

Ratio.

Noĩa ĩ mẽ

Noĩa i mẽtũ

¶Epitome capitis.cccclliij.

SYncerꝫ nõ ẽ(vt Donat⁹ vult) ſine cera & ſine ſucco:ſed poti⁹ cũ cera,a ſyn quod ẽ cõ,nõ a ſine:nã ꝑ y ſcribit,& ſine nũq̃ cõponit.Eſt ergo cõpoſitũ ex græcis dictiõibus συν & κηρος.i. cera nec tñ vſq̃quaq; q̃drat etymologia,verꝫ ſæpe mendax eſt: nã licet fides,vt Cicero.in.i.off. placet aperte dicatur,quia fiat qđ dicit:tñ id coarguit,ꝙ etiã fides eſt chorda inſtrumenti muſici. Põt tñ ſyncerũ dici qđ integrũ eſt,& non fraudatũ,ſicut mel cũ cera & fauo.Vñ ꝑ tranſlationẽ fides ſyncera,et amor ſyncerus & mẽs ſyncera dicitur quaſi ſolida,integra,& nequaq̃ fraudata,neq; fucata ſiue adultera. vt ſolent res non ſynceræ.i.non integræ adulterinũ quid in cõplementũ recipe.

Ethymologia.

¶Syncerũ. Cap.cccclliij

SYncerꝫ(Donatus inquit) quaſi ſine cera,mel & ſimplex purũ,& ſine ſucco. Immo cũ cera potius. Syncerũ a συν cõponitur,nõ a ſine.quæ nũq̃ cõpoſitionẽ admittit,qđ ipa etiã ſcriptio declarat,q y habet,nõ i.Eſt enĩ ex duob⁹ græcis cõpoſitũ ex ſyn & cera,q̃ ab illis dicit κηρος & a συνκηρος, conuertimus.Quo magis(ſi venuſta atq; apta hui⁹ authoris ethymologia eſt)indicatur ethymologiã

Syncerũ.

Sine nunq̃ cõpõnẽ in rat

plerũq; fallacẽ eſſe,quia ſignificatio hæc nõ ita abſoluta,& vera eſt.Quid venuſti⁹ atq; aptius dici põt q̃ fidẽ ideo vocatã,quia fiat quod dicitur?quã etymologiã mendacẽ eſſe declarat,ꝙ hoc nomen chordã inſtrumenti muſici ſignificat.Et tñ licet dicere ſyncerũ,quaſi cũ cera mel quod integrũ eſt,& ſolidũ, & in nulla ſui parte fraudatũ, vt ſi diuidere fructũ cõium aluearioꝝ cũ ſocio velim:parteꝗ tantũ mellis aſſignẽ:nimirũ non ago ſyncere.quia ſine portione cerarũ mella dedit

Fides.

Syncerũ ſignificat. integrũ & vñ tractũ ſignificatũ

¶Epitome capitis.ccccl v.

MVlier ꝓprie eſt fœmina a viro cognita, ſed gñaľr dicitur etiã de virgine,atq; ĩcorrupta,vt de diua virgine in euãgelio.Raro tñ niſi de nubili,atq; ea q̃ viripotens videat.

¶Ridicula aũt eſt eorũ ethymologia,q mulierẽ dicunt mollẽ aerẽ & propterea interdũ penultimã corripere,quod vbi ſit,non docent.Neq; minus ridẽda eorꝫ,q dicũt mulierẽ dictã,ꝙ mulceat æs,atq; ita vt æs æris penultimã ꝓducere,ſicut apud Lucretiũ.Siue virũ ſoboles,ſiue ẽ mulieris origo. Sed vt de origine taceamus,certũ eſt poti⁹ ꝓ corrupta accipi,quũ mulieroſũ dicam⁹ hominẽ, nimis affectũ ad mulieres,ꝑſertĩ ob rẽ venereã.

Muliebris legunt alij

Mulier Ioan.ij.

*Aug. li. ij.de conſẽſu euange.

¶Mulier Cap.ccccl v.

MVlieris appellatione Caius inquit,et virgo viripotens continetur.Vlpianus aũt quodã loco ita ait.Quod ſi ego virginẽ emere putarẽ, quũ eſſet mulier, emptio nõ valebit.Hic mulierẽ appellat,quæ virgo non eſt,ille etiã quæ virgo eſt.Et Vlpiani quidẽ locutio recta eſt Cic.teſtimonio,qui obiurgantibus ꝙ ſexagenarius Popiliã virginẽ duxiſſet, Cras mulier erit,inquit.Sed Caij quoque diffinitio, locũ habet aliqñ, vt ſi quis videns decẽ fœminas, quarũ aliqua virgo ſit,ætate tñ qua poſſit mulier eẽ dicat,vidi decẽ mulieres.Quomõ etiã in euangelio dicitur.Quid mihi/& tibi mulier?ſed e græco ſumptũ eſt γυνη Quo ſignificatur,vel fœmina vel mulier.Idẽ quoque Vlpi.iquit.Mulierẽ ita arctã,vt mulier fieri non poſſit,ſanã non videri conſtat. Eandẽ dixit & mulierẽ,& non mulierẽ,primũ pro ea quæ eſt fœmina,ſecũdũ pro corrupta

In multis ſcripturarꝫ locis hoc inuenit non eas tñ q virũ paſſæ fuerãt, ſed oĩno fœminas etiã intactas atq; integras mulieres appellari, ſicut de ipa Eua ſcriptũ ẽ. formauit eã in mulierẽ Qua locutione Paul⁹ etiã:ait xp̃m factũ ex muliere.

¶Epitome capitis.cccclvi.

¶Mun⁹( de cuius deſcriptione inter iuriſconſultos controuerſia ab authore noſtro indiſcuſſa eſt)vt Feſtus & Varro ſentiunt,eſt interdũ donũ mutuo animo datũ officij gratia,vnde ꝑ diminutionẽ munuſculũ dicim⁹.Eſt præterea officiũ & onus quod ex officio ſubire tenemur. Vnde munera ſeu munia(ſic enĩ Hor.vocat)militaria,& mun⁹.i.onus & officiũ debitũ militũ.E diuerſo ĩmunis,ocyoſus,& ſine munere.At contra municeps,mun⁹ capiens,ex vicino Romæ oppido ciuis,qui quia onera militaria ſubiret,iure latio,& etiã ciuitate Romana donabatur. Municipiũ autẽ eſt vbi municipes cohabitant oppidũ.Ius latiũ erat quo magiſtratus,atque officia Romæ petere poterant.Præterea munera dicuntur aliquando ludi publici.Vnde Cice.ad Curionẽ.Nẽpe nõ defuit ſtudium declarandorũ munerũ,id eſt,lu

Munia.

Immunis

municipiũ

dorum. Donum autẽ quidã volunt gratis cõferri, &
Munus eſſe ſpeciẽ: munꝰ ṽo genꝰ: aliꝗ cõtra, vtrũq; negat
author aſſerens etiã nullũ donũ ſine cauſa eſſe.

¶Munus Cap. ccclv.

MVnus (Paulus inquit) tribus mo
dis dicitur. Vno donũ, & inde mu
nera dici dari, mittive. altero onus
Municipeſ quod quũ remittitur, vocationem
militię, mũeriſq; præſtat: inde imu
nitatẽ appellari. tertio officiũ: vñ
munera militaria, & quoſdã milites munificos vo
cari. Igitur municipes proprie dici, q munera ciui-
lia capiant. Idem alibi. Municipes intelligendi ſunt
& hi, qui in eodem municipio nati ſunt. Vlpia. Mu
nicipes quidẽ ꝓprie appellantur muneris partici-
Officiũ pes recepti in ciuitatem, vt munera nobiſcũ facerẽt
Sed nunc abuſiue municipes dicimus, ſuæ cuiuſque
ciuitatis ciues, vtputa Campanos, Puteolanos Pom
ponius ita ait. Munus publicũ eſt officiũ priuati ho
minis, ex quo cõmodũ ad ſingulos, vniuerſoſq; ci-
ues, remq; eorũ imperio magiſtratus extraordina
riũ peruenit. Marcus aũt ſic. Munus ꝓprie eſt, quod
neceſſario ſubimꝰ lege, more, imperiove eius, q iubẽ
di habet poteſtatẽ. Dona aũt proprie ſunt. quæ nul-
Dona la neceſſitate iuris officio, ſed ſponte præſtantur, q̃ ſi
non pſtẽtur, nulla rephenſio eſt: & ſi præſtẽtur laus
plerunq; ineſt. Sed in hoc ventũ eſt, vt non quodcũ
q; munus, idẽq; donum accipiatur. At quod donũ
fuerit, id, munus recte dicatur. Quomõ hic inter ſe
iuriſconſulti conueniant, & an aliquid deſit alicui
horum. Accurſius cũ Bartolo Baldoq; conſultet, dũ
q; mihi (vt more ipſorum loquamur) ambo tres re-
Quid inter ſpondeant affirmãti, q Marcus ait, donum eſſe ſpe-
ſit inter do ciem, munus vero genus. Idem contrariũ eſſe ver-
nũ & mu- bis Vlpiani dicẽtis. Inter donum, & munus hoc in
nus tereſt quod inter genus, & ſpeciẽ. Nam genus eſſe
donum Labeo ait, a donando dictum, munus ſpe
ciem. Nã munus eſſe donum cum cauſa, vtputa na
taliũ, nuptiarum. Hic meam non interpono ſenten
tiam, nec illos triũuiros doceam contra me reſpon
dere. Quod ſi me vtiq; ſequi voluerint, reſpondeant
neutrum verum dicere. Nam neq; genus, neq; ſpe
cies in hæc duo nomina cadit, & nullum mihi vide
tur donum ſine cauſa eſſe.

¶Epitome capitis .cccclvij.

PEculiũ eſt quicquid labore noſtro partum
eſt in quacũq; pſona: licet in ſeruis iura ve
lint dñorũ accedere conſenſum. Itẽ quicqd
ꝓprie alicuius eſt: vnde quia ſeruis & filijſfamilias
nihil ꝓpriũ eſt niſi dñoꝝ & patris conſenſu, aut ca
ſtrenſe lucrũ. i. militia partũ: ideo peculiariter. i. ſpe
cialiter id peculiũ vocamus. Nã peculiaris. i. ad pe-
culiũ pertinens, accipitur pro proprio & ſpeciali.
Peculatus aũt eſt furtũ rerum ad ipſam rempubli-
Peculium cam, vel ad prouentus principis ſpectantium. Inde
depeculor, quod quidã ad ſacrilegiũ etiã trãſferũt.

¶Peculium. Cap. cccclvij.

PEculium (Pomponiꝰ inquit) eſt nõ
id cuius ſeruus ſeorſum a domino
rationem habet, ſed q dominus
ipſe ſeparauit, ſuam a ſeruis ratio-
nem diſcernens. Peculium Celſo re
ferente. Labeo ſic diffinit, eſt quod
ſeruus domini permiſſu ſeparatim a rationibꝰ do-
minicis habet, deducto inde ſi quid domino debet.
Idem alio loco. Paterfamilias peculium habere nõ
poteſt, quemadmodũ nec ſeruus bona. Ex his ver-
bis apparet nec dominũ habere peculium poſſe, &
ſolum ſeruum habere. At idem Pomponius, & Cel
ſus alibi aiũt, vñ de colligi poſſit etiam non ſeruũ
ac dominum poſſe habere peculiũ. Pomponius eñ
ita ſcribit. Caſtrenſe peculiũ eſt, quod a parentibꝰ
& a cognatis in militia degenti donatum, vel quod Caſtrenſe
ipſe filius in militia acquiſiuit, quod niſi militaret, peculium.
acquiſiturus non fuiſſet. Non quod erat ſine militia
acquiſiturus, id peculium eius caſtrenſe non eſt. Cel
ſus autem ſic. Et audiuiſſe ſe ruſticos ſenes ita dicen
tes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe, peculium
appellãtes, quod præſidij cauſa reponeretur, a quo
non diſſentit Vlpianus dicens. Peculium dictum
eſt, quaſi puſilla pecunia, ſiue patrimoniũ puſillũ.
Quid ergo inter has diffinitiones ſequamur multi-
plices: & inter ſe prope modum contrarias? quum Pecunia.
præſertim Feſtus ita ſcribat. Peculium ſeruorum eſt
a pecore dictum, ſicut & pecunia nobilium, & Ser-
uius grammaticus. Peculium patrimonium. ita eñ
maiores dicebant a pecoribus, in quibus eorum cõ
ſtabat vniuerſa ſubſtantia. Vnde etiam pecunia
dicta eſt a peculio, quod proprie tantũ eſt ſeruorũ,
& peculiũ dicimus & abuſiue pro patrimonio. Ipſe
vero itãq; arbiter honorariꝰ hanc rẽ dijudicabo, & q-
dẽ breuiter. Peculium ẽ quicquid labore noſtro par
tum eſt in quacũq; perſona, licet in ſeruis iura veliñt Peculiũ qd
dominorum accedere conſenſũ. Et ita ſenſiſſe Vg. ſignificet
ſentio in ea parte, quã exponit Seruius. Nec ſpes li-
bertatis erat, nec cura peculi, & Hora. Rem poteris
ſeruare tuam, redit vncia quid ſit. Semis ad hęc ani
mos erugo, & cura peculi. Et Cic. in Paradoxis. An
eorũ ſeruitus dubia eſt, qui cupiditate peculij nullã
conditionẽ recuſãt duriſſimę ſeruitutis? Et illos quo
q; ruſticos ſenes, de quibus Celſus meminit, pecuni
am ſine peculio fragilem eſſe. i. ſine lucro induſtria
parto. Nã cur habenti pecuniam maior ſpes pręſi-
dij collocetur in puſillo, quod repoſuitq̃ in ipſa pe- Peculiaris
cunia? quũ pſertim peculiũ ſit pars pecuniæ, aut quo
modo præſtare poſſit: repoſita illa pecunia, ne cæte
ra dilabãtẽ? Vel peculiũ eſt quicquid proprie alicu
ius eſt. A peculio fit adiectiuũ peculiaris ꝓ re. ad
peculiũ pertinente, ſiue peculij propria. Sed in vſũ *Sueto. in
iam receptũ eſt pro priopio, ſiue ſpeciali. Quĩt. lib. Cæſa. Pręte
viij. Quod cõmune eſt & alijs nomen intellectu ali rea mone-
cui peculiariter tribuitur, vt vrbem Romã, & vęna te publicis-
les nouicios, & Corinthia ęra, quũ ſint vrbes alię q̃ q; vectiga-
q; & vænalia multa, & tam aurũ & argẽtum, q̃ æs libus pecu
Corinthiũ. Idẽ in. xi. Ambulãtẽ loq ita demũ opor liares ſer
tet, ſi in cauſis publicis, in q̃bus mĩti ſunt iudices q̃s uos prapo
dicimus quaſi ſingulis inculcare peculiariter velimꝰ ſuit.
Et in. vi. Paulum impẽdamꝰ huic quoq; peculiaris Peculatus.
opere. Peculatus furtum reꝝ ad ipſam rempub. vel Depeculor
ad prouentus principis ſpectantium, ſicut ſacrilegi
um rerum ſacrarum: inde depeculor, quod quidã
ad ſacrilegium etiã transferunt.

¶Epitome cap. cccclviij.

AGer continet fundum, nec continetur ab eo,
nihilq; prohibet agrum cum villa: quæ do-
mus ruſtica eſt ẽt, q a ſenatores mĩti in agris

vixiſſe legunt̃,ſed vero ſimile eſt,ꝙ nõ ſine villa. Ar
uum differt ab agro,quia aruũ ſemẽti datur,ab arã
do dictum.Fundus igitur quiddã minus eſt,ꝗ̃ ager.
Nam prata,vineę,horti,& arboribus tam fertilib⁹,
ꝗ̃ infertilibus loca conſita,item paſcua, nemora,lo=
ca aucupatoria,venatoria,piſcatoria,ſiue villam,ſi=
ne quoduis aliud ædificium habeant,ſiue nõ,fundi
ſunt in agro quidem.In vrbe autem,oppido,caſtel=
lo,vico,tantũmodo prædium eſt.Fundus enim ſpe=
cies eſt prædij.Nam fundus eſt poſſeſſio ruſtica,prę
dium autẽ poſſeſſio qualis iam deſcripta eſt,& ruſti
ca,& vrbana,dico qualis deſcripta eſt, quia poſſeſ=
ſio etiam tabernas, hoſpitia,horrea, & ſimilia etiã
in vrbe continet.Fundum autem eſt ima pars rei ꝓ
prie aliquid liquidũ intra ſe continentis,aut ad con

* Fũdare raro repit̃.

tinendum factæ,vt eſt doliũ,nauis & alueus flumi=
nis,lacus,ſtagni, aut maris.Nam fundũ turris pro
fundamento author nõ diceret,ꝙ aliud eſt fundũ
ꝗ̃ fundamentũ, & tamen fundari ad fundamentũ
magis,ꝗ̃ ad fundũ pertinet.Fũdamus enĩ domũ,
cuius eſt fundamentũ,nõ nauẽ,cuius eſt tñ, fundũ.
Fundamẽtare enim nõ reperit̃,& fundare rarius,ni
ſi per trãſlationẽ pro firmare, & ſtabilire,& validis
fundamẽtis fulcire.Nã pro eo qđ eſſet fundamenta
re,dicimus fundamẽta iacere,intelligiturq; de qua=
libuſcũq; fundamẽtis,& ſępe per tranſlationẽ ſigni
ficat quodãmodo dare rei principium.Negat vero
author reperiri genere maſculino hinc pũctus,quo
philoſophi vtũtur.Punctũ aũt dici pro breuiſſimo
tẽpore nulla quæſtio eſt,neq; tamẽ pro eo dicet̃ mo=
mentũ,qđ breue quidẽ,ſed nõ breuiſſimũ tẽpus im

Manci. Punctus.

portat.¶Immo philoſophi punctũ diceret̃ non eſſe
quantitatẽ, ſed principiũ quãtitatis cõtinuę.Et vt re
citat Mãci.etiã hic pũctus reperit̃. Verba Mãci.ſunt
Punctus.g.m.apud Pli.legit̃.Is enim lib.ij.c.lxx. ita
ſcribit.Hæ tot portiones terrę.Immo vero(vt plures
tradidere)mũdi punctus.Neq; enĩ eſt alia terra vni
uerſa,hæc materia gloriæ noſtræ, hæc ſedes,hic ho=
nores gerimus,hic exercemus imperia.Hic opes cu
pimus &c. Nonius Marcellus in primis vocibus.
Stigmatias veteres punctos in notis dici voluerũt.

¶Fundus, ager,poſſeſſio, prædium,& ar=
uum. Cap.cccclviij.

Fundus.

FVNDVS, Vlpia.ita finit, locus eſt.
non fundus,ſed portio aliqua fundi.
Fundus aũt aliquid integrum eſt, ple=
rũq; fundũ ſine villa accipimus.Idem
alibi. Ager eſt locus qui ſine villa eſt.
Modeſtinus vero ſic.Quæſtio eſt fundus a poſſeſſio
ne,vel agro,vel prædio quid diſtet. Fundus eſt om̃e
quicquid ſolo continet̃. Ager eſt ſpecies fundi,q ad

Ager. Poſſeſſio.

vſum hominis parat̃.Poſſeſſio ab agro iuris ꝓprie
tate diſtat.Quicquid enĩ appræhẽdimus,cuius pro=
prietas ad nos nõ pertinet,aut nec poteſt pertinere,

* Pli.Modus hic ꝓbat̃, vt neq; fũd⁹ villã neq; villa fundũ ꝗ̃rat.

id poſſeſſionem appellamus. Poſſeſſio ergo vſus
Ager ꝓprietas loci eſt.Nã & ager,& poſſeſſio hui⁹
appellationis ſpecies ſunt.Florentinus.Fundi appel
latione omne ædificium,& omnis ager cõtinet̃.Sed

Villa Area.

in vſu vrbana ædificia,ædes ruſticæ, villa dicuntur.
Locus vero ſine ædificio in vrbe,area,in rure autem
ager appellatur.Idemq; ager cum ędificio fundus,
dicitur.Ecce diuerſę iuriſconſultorum ſententiæ quũ
in alijs,tum in hoc qđ Vlpi. ait,plerumq; fundum
eſſe ſine villa.i.ſine ædificio.Florentinus autem agrũ
cum ædificio eſſe fundũ. Modeſtinus obſcure expo=
nit,agrũq; diffinię̃s cũ neutro alioꝝ cõcordat,ſed ri=

* Sueto.i Ceſ. poſuit areã ꝓ loco puro at cõmoda = to foro ex= truẽdo, cũ inqt Forũ de manu= bijs ĩchoa= uit cuius area ſuper ſeſtertium millies cõ= ſtitit.

diculoſe a poſſeſſione diſtinguit,ne dicã imperite lo
quens de poſſeſſione,quãdo ſignificat qualitatẽ, nõ
quãdo ſubſtantiã,perinde ac ſi quis dicat de virtuti
bus,ac vitijs loquens.Prauum,& malũ ſic differunt,
ꝙ prauũ eſt,qđ nõ recta ratiõe,& via fit. Praua enĩ
appellant̃ quæ nõ ſunt recta,vt lignũ prauum. Ma=
lum vero poteſt genus eſſe,quid hoc foret dictu ine
ptius,vbi de qualitatib⁹,& de actionibus agit̃,digre
di ad ſubſtantiã,quæ ad rẽ nõ pertineat? Ita hic quũ
de fundo,quũ de agro.de prædio,de poſſeſſione di=
ſputat,non de ea ſignificatione poſſeſſionis loquit̃,
qua ꝓprietas intelligit̃,ſed qua actio poſſidẽdi,ſiue
qualitas.Qđ ſi ita eſt,quid affini⁹ habet poſſeſſio ad
fundũ,agrũ,prædiũ,ꝗ̃ ad nauẽ,equũ veſtẽ? Harum
năq; rerũ ita poſſeſſio eſt,vt illarũ. Sed nõ de hmõi
poſſeſſione loquendũ ęrat,quæ præſertim nõ eſt, vt
ipſe ait,ſpecies prædij,vel fundi.Prædiũ enĩ,fundiſ
vę ꝓprietas eſt,quoꝝ vtrũlibet ſi nomen generale
eſt ad poſſeſſionẽ,ꝑfecto non vſus,ſed ꝓprietas di=
cenda Modeſtino poſſeſſio fuit,ſed quid facias,ipſe
aliter poſſeſſionẽ nõ diffinit,ꝙ ſi quis dubitet,an poſ
ſeſſio ꝓprietas ſit,accipiat præter ipſoꝝ iuriſconſul=
torum etiã Ciceronis,& Quint.teſtimonia,quorum
alter in Paradoxis ita ſcribit.Etenĩ ſi iſti callidi ęſti=
matores prata,& areas magno ęſtimãt,ꝙ ei generi
poſſeſſionũ minime nocere põt. Nõ de vſu,videli=
cet locutus eſt Cice.cui certe noceri põt,ſed de ꝓprie
tate. Aliter in.vi.de ora. inſtitu.Patris eius dialogos
dedit legẽdos,quorũ quũ in Priuernati vnus,alter in
Albano,tertius in Tyburti ſermonẽ habitũ cõple=
cteretur,requirebãt,vbi eſſent hæ poſſeſſiones? Om
nes aũt illas Brut⁹ vẽdiderat, Nemo interrogat,vbi
eſt vſus prædioꝝ,ſed vbi ꝓprietas,nemoq; vſum vẽ

Prædia.

dit,ſed ꝓprietatẽ,aut vſufructũ.De prædio aũt Vl=
pia.ita ſcribit.Pradia.vrbana omnia edificia accipi=
mus,nõ ſolum ea,quæ ſunt in oppidis,ſed etiã ſi for
te ſtabula,aut alia meritoria in villis,& in vicis,vel
ſi prętoris voluptati tñ deſeruiẽtia,q̨a vrbanũ prę=
diũ nõ locus facit,ſed materia.Proinde hortos quo
q; ſi qui ſunt in ędificijs cõſtituti,dicendũ eſt vrbano
rum appellatione cõtineri.Plane ſi plurimi horti in
redditu ſunt,vinearũ forte, vel holitorij, magis hæc
ſunt vrbana.Etiã de prędio ſicut de fundo iuriſcõſul
toꝝ cõtrouerſia eſt. Nec mirũ, quum nemo nõ ha=
beat ſuã de rebus quibuſdã,& verbis ſentẽtiã.Sed de
poſterioribus qui ex operibus illoꝝ excerpſerũt mi
ror,cur hæc indiſcuſſa reliquærũt.Id vt ego qđ ad me

Ager.

attinet faciã,ita ſentio. Agrũ cõtinere fundũ,nõ con
tineri a fundo,nihilq; ꝓhibet eum cum villa eſſe.
Erãt in agris ſenatores,& vixerũt multi nobiliſſimi
philoſophi in agris nõ ſine villa,& habitatione.Dif
fertq; ager ab aruo, q; aruũ ſemẽti dat̃. Sallu.Quia

Aruum.

Numidę pabulo pecoris magis,ꝗ̃ aruo ſtudẽt.Qui.
Pauper,& diues in agro vicini erãt,iunctis hortulis.
Et mox.Sed ſi ex omni parte circũiect⁹ diuitijs ager
vix tenuẽ ad egreſſus meos ſemitam dat. Quid agi
mus inquã? Vndiq; vallo diuitiarũ clauſi ſum⁹,hinc
hortuli locupletis,hinc arua, inde vineta, hinc ſalt⁹.
Fundus,vt dixi,min⁹ quiddã eſt.Singula enĩ prata,
ſingulę vineę, ſinguli horti, ſingula oliueta, pomas

ria, ſalicta, arbuſta, paſcua, nemora, loca aucupatoria, venatoria, piſcatoria, ſiue villã atq; ædificiũ, ſiue piſcinã, ſiue aluearia, ſiue viuaria habeant, ſiue non habeant, ſinguli fundi ſunt, & hoc quidem in agro in vrbe autẽ, ſiue oppido, ſiue vico, ſiue caſtello, tantũmodo prædiũ eſt q̃cquid tale eſt, qualia quæ enumeraui. Nãq; eadẽ in agro etiã prædia ſunt. Fundus enim ſpecies prædij eſt. Itaq; fundus eſt poſſeſſio ruſtica, prædium & ruſtica, & vrbana dũtaxat poſſeſſio, qualẽ deſcripſi. Nã videtur poſſeſſio ſignificare etiã tabernas, hoſpitia, horrea in vrbe. Cice. in phili. Poſſeſſiões vocabat, & vrbanas, & ruſticas, puto nõ tantũ prædia, ſed cætera quæ vulgo immobilia appellantur. Addamus ad hæc aliquid de hoc fundũ, qđ a fundo fundas, an poti⁹ a fundo fundũ, ſiue fundus veniat, ambigi poteſt. Quidã fundus a funda dici volũt. Cice. in quodã ioculari libello. Fundũ vero vocat, quẽ poſſit mittere funda. Ni lapis exciderit, qua caua funda patet. Niſi hæc ſentẽtia ſit tã paruũ illũ fuiſſe fundũ, vt funda prahẽdi, & in morẽ lapidis iaci poſſet. Fundũ igit̃ eſt ima pars rei ꝓprie aliquid liquoris intra ſe cõtinens, aut ad cõtinendũ facta, vt doliũ, vt nauis, vt alueus, vel fluminis, vel lacus, vel ſtagni, vel maris. Nã fundũ turris, vt quidã ſcripſerũt, ipſe nõ dicerẽ. Fundamentũ, vt omnibus liquet, aliud eſt q̃ fundũ, & tamẽ fundare magis ad fundamentũ, q̃ ad fundũ pertinet. Fundamus enim domũ, non nauẽ, vt Verg. vrbẽ Agrippã, patriæ cognomine gentis. Victor Gargani fundabat Hyapigis aruis, nã fundamẽtare nõ reperitur, nec fundare quidẽ eſt ſane frequẽs, niſi per tranſlationẽ. Quintil⁹ in gladia. Hoc fundatã paternis, auitiſq; opibus domum exhaurit. Eſt enĩ frequẽtius iacere fundamẽta. Et per tranſlationẽ, vt idẽ lib. i. Nã inde, & contẽptus operis innaſcitur, & fundamẽta iaciunt̃ impudentiæ. Et quod eſt vbiq; pernicioſiſſimũ, præuenit vires fiducia. Et Cic. In quo tẽplo quantũ in me fuit, ieci fundamenta pacis. Sine trãſlatione Sueto. de vita Caij. In ara Capitolina nouæ domus fundamenta iecit. Cæterũ hoc differt fundare, & fundamenta iacere, ꝙ fundare eſt validis fundamẽtis fulcire, fundamenta vero iacere, quaſi qualiacũq; fundamenta facere, & quodãmodo dare rei principiũ. Nec vero ſicut reperitur fundus, & fundũ, ita reperit̃ punctus, & punctũ, errantq; philoſophi, quũ punctus, & linea dicunt. Nã de punctũ qđ eſt breuiſſimũ tẽpus, nulla lis eſt, vt Terẽ. in Phormio. Tũ tẽporis mihi punctũ ad hanc rem eſt. Pro eo autẽ ſenſu in quẽ vtuntur philoſophi. Cice. pro Plancio. Nam ꝙ quæſtus eſt te plures teſtes habere de Volumina, q̃ quot in ea tribu puncta tuleris. Quidam momentũ pro eodem ſignificato accipiunt, cuius eſt punctũ, tamẽ aliter eſt. Breue enim tẽpus per hoc ſignificatur, nõ breuiſſimum. Horatius. Quid enim cõcurritur horæ momento.

Fundus.
Prædium.
Fundum.
Fundare.
Iacere fundamenta.
Pũctus nõ dicitur.
*Cic. Ceci nę. Itaq; ne pũctũ qđẽ tẽporis in ipſa fortuna fuiſſe.
Momẽtũ.

¶Epitome capitis. cccclix.

HÆc noualis (quia ſubauditur terra) aut hoc nouale (quia ſubauditur aruum, aut abſolute in neutro genere) eſt ager qui intermittit̃ & ceſſat interpoſitis annis. Seritur enim alternis nõ continuis annis, ab innouando dictus, aut aruũ nouum, quod iam primum proſciſſum eſt eruta, atq; eradicata quæ inerat ſylua.

* Varro momento tp̃is vterq; diſceſſit.

¶Noualis. Cap. cccclix.

NOVALIS inquit Paulus eſt terra proſciſſa, quæ anno ceſſat, quæ a Græcis ὀκαιηνεος καιτον εωμα. In quo authoritatem Varronis ſecutus videtur, dicentis ager reſtibulus reſtituitur, ac reſeritur quotannis. Contra qui intermittitur, a nouando noualis ager, & Plinij, q̃ ait. Nouale eſt quod alternis annis fertur. Idem quoq; ſentire videtur pompeius Feſtus, qui dicit. Noualis ager, nouæ relictus ſementi. Sunt qui velint nouale eſſe aruum, tunc primum ad ſementem proſciſſum, quorum eſt Seruius, qui inquit. Dicimus & has nouales, & hæc noualia, proprie nouales, tunc primum arua proſciſſa, quod ita ſenſiſſe in Bucco. Vergiliũ palam eſt, in illo verſu. Impius hæc tam culta noualia miles habebit. Ineptum erat deplorare agrum a barbaris poſſideri, quod non eſſet reſtibulus, ſed ꝙ anno interquieuiſſet. Deplorabat igitur agrum, in quo inſtruẽdo magnopere laboraſſet, & nouitate ipſa præter cæteros vberiorem datum iri in manus alienas, & barbaras, & impias. Quod etiam & ſentit & declarat in milite Mariano Quinti. Mox ingẽtibus lacertis humum fodere ſegnem futuris noualibus, eruere ſyluas. Hieronymus etiam in hunc ſenſum diffinit, dicens. Nouale eſt ager nude primum proſciſſus. Sed Vergilius in ſenſum priorem accepit, quum inquit. Alternis idem tõſas ceſſare nouales. Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum. ideoq; Seruius alibi ait. Noualia, id eſt noua terra, quę per ſingulos annos renouatur per ſemina.

Noualis.
Nouale.

¶Epitome capitis. ccccl.x.

LIber, & volumen interdũ accipiunt̃ pro quouis magno codice, etiã ſi multos partiales libros cõtinet, interdũ ꝑ ipſis partialib⁹ libris, poteſtq; volumẽ adhuc minus cẽſeri, q̃ libellus, quũ legatur in libellos diuiſum.

¶Dictum eſt a voluendo, ſicut liber a libro, id eſt interiore corticę quarũdam arborum. in quo veteres ſcriptitabant, & codex idẽ eſt qđ caudex, i. trũcus, in quo libri. i. cortices multi ſunt, ſicut in magno opere multi libelli. Codicem pro caudice, ſeu trunco accepit Iuuenalis dicens, reſidens in codice pellex.

¶Quid ſint libri, qd volumina. Cap. ccccl.x.

SI CVI Vlpia. inquit, centum libri ſunt legati, centum volumina ei dabimus, nõ centũ, quę quis ingenio ſuo metitus ſit, quę ad libri ſcripturã ſufficerẽt, vt puta quũ haberet Homerum totũ in vno volumine, non quadraginta octo libros cõputabimus, ſed hoc vnũ Homeri volumen pro libro accipiendum eſt. Vlpianus Homeri opus nũc vnum librum, nunc quadraginta octo libros nominat, nec tamẽ ait librũ duo ſignificare, ipſum opus, & certã operis partẽ. Propterea opus, ſiue opera Homeri librũ appellat, & volumẽ, quorũ vtrũq; inauditũ eſt. Vergilij Æneis nõ liber eſt, ſed duodecim libri. Georgica non ſunt item liber, ſed libri quatuor Buccolica, vnus liber, eſt, ideoq; vnũ volumẽ. Georgica quatuor volumina. Æneis. xij. Ouidius. Sunt mihi mutatę per quinq; volumina formę. Sed quid exẽplis agimus, quũ nuſq; plura afferri poſſint. At Vlpi. putat etiam ſi omnia opera Didymi, quo nemo plu

Liber.
Volumen

ſa ſcripſit,invnũ codicẽ cõglutinarentur,vnũ tamẽ
debere volumẽ appellari,qđ nemo nec poſſet euol=
uere,nec ferre vellet.Eſt enim volumẽ a volo,ꝙ in li
bris volũtas apparet,vel(qđ magis ſequerer) ꝙ vol
uitur,quales libros hodie Hebręi,quoſdã habẽt,qua
leſq; in veteri,& in nouo teſtamẽto lectitamus fuiſ=
ſe,& romani,qui in libris arboꝝ.i.corticibus ſcribe=
bant,quaſi libros illos quo ferrent cõmodius cõpli
cabatur,volumina forte appellauerũt.Itaq; volumi
na libellis,ſimiliora fuerunt,q̃ libris qđ ex eo quoq;
loco appet,vbi Pli.de libris auĩculis loquẽs,ait.Li=
bri tres in ſex volumina ꝓpter amplitudinẽ diuiſi
q.d.ſex minores libros,vt ſint volumina aliquanto
minora,q̃libri,qđ etymologia quoq; nõnihil pro=
bat,vt oſtendi,vnde adhuc durat verbum euoluere
libros pro eo qđ eſt aperire libros lectitandi gratia,
quaſi rem cõplicatã explicatã explicare, quẽadmo
dum reuelare eſt rem velatã detegere,niſi dicimus
euolui libros ꝓpter numerum paginarũ.Accipitur
aũt nũc euoluere libros, ſiue authores,pro eo qđ eſt
lectitare.Nec inficias eo libros accipi pro codicib⁹,
& in ſingulari librum pro quolibet magno codice
etiam ſi is contineat Iliada, & Odyſſeam. Vt tenet
rex manu librum,& is ſit Homerus,non tamen re=
cte dicas,tenet librum Homeri.

* Volumẽ codicis ꝓs proprie dicit, vt puta Metamorphoſeos liber ĩ q̃ndecim volumina diſtinctus eſt.

¶Epitome capitis.ccccIxi.

PRobrum.i.dedecus, dedecus aũt eſt crimẽ,&
ignominia,atq; infamia.Opprobriũ vero ex
probratio,atq; conuiciũ quaſi ad probrũ fa=
ctũ.Eſt quoq; id facto, & verbo. Reperit aut ꝓbrũ
aliquãdo ꝓ opprobrio,ſed rarius. A ꝓbro venit ex
probro,qđ eſt,qualẽcũq; culpã ĩpropero,aut ingra=
titudinẽ,vnde addi ſolet id qđ exprobraẽ. Imputa=
re autem eſt frequẽter citra repræhẽſionẽ,ſed vix Ci
ceroni notũ verbũ,poſterioribus notiſſimũ eſt,inter
dum idẽ qđ cõputare,pro quo etiã reputo reperitur.

¶Probrum,opprobrium,exprobrare,im
putare,& reputare. Cap.ccccIxi.

Probrum.

PROBRVM & opprobrium Vl=
pia.inquit,idẽ eſt. Probra quædam
natura turpia ſunt, quædã ciuiliter.
& quaſi more ciuitatis ĩproba, vt=
puta furtũ,adulteriũ natura turpe.
Enimuero tutelæ dãnari hoc nõ na
tura probrũ eſt, ſed more ciuitatis. Nec enĩ natura
ꝓbrũ eſt,qđ põt etiã in hominẽ idoneũ incurrere.
Vlpia. ꝓbrũ accipit ꝓ infamia tñ,qualis ex furto,
vel ex male geſta tutela,nõ ꝓ flagitio,q[...]cipale

Dedecus.

ſignificatũ eſt.Nã ꝓbrum eſt qđ dedecus,q[...]đ duo ſi
gnificat,vnũ qđ eſt crimẽ,vt Quin. ſtatim in princi=
pio declamationis,pro milite Mariano inquit. Sa=
tis dedecoris,atq; flagitiĩ caſtra cœperunt. Alterum
qđ eſt ignominia,atq; infamia, qđ notũ eſt. Simili=
ter accipiẽ probrũ ꝓ crimine,vt idẽ lib.i.Iam ſi mi=
nor eſt in eligẽdis cuſtodũ, & præceptorũ moribus
fuit cũ pudet dicere in quæ ꝓbra nefandi homines
in iſto cedẽdi iure abutanẽ.Pro ignominia Liui. lib.
v.His freti occurſant portis ingerunt probra, ęgre
abſtinẽt,qn caſtra oppugnẽt.Quæ duo noĩa tanq̃ ſi
millima eodẽ loco Cic.cõiunxit in Catone maiore.
Mihi vero,& Flacco neutiq̃ ꝓbari potuit tam flagi
tioſa,& tã perdita libido,quæ cũ ꝓbro priuato cõiũ
geret imperĩ dedecus.Præterea ne ſimile quidẽ eſt
ſane ꝓbrum ꝓ opprobrio.Non enĩ latine dixiſſet
Cic.qua cũ opprobrio priuato cõiungeret & impe
rĩ dedecus.Quemadmodũ in Salluſtium dixit.Ita=
q; timens ne facinora eius clã,vobis eſſent, quũ o=
mnibus matribuſfamilias noſtris opprobrio eſſet
confeſſus eſt vobis audientibus adulterium.Eſt aũt
opprobrium aliq̃ñ facto,ſed frequenti⁹ verbo. Nã
Sallu.vt vult Cic.vel ex eo ꝙ fœminis q̃bus cum ha
buiſſe vſum ſe erat notũ:vel ꝙ ipſe illis vulgo impu
dicitiam obĩciebat,opprobrio erat Hora.Sic tene=
ros animos aliena opprobria ſæpe abſterrẽt vitĩs.
Quintilian⁹ modo maledictis,opprobrĩſq; vulgi,
mõ crebra riualiũ contentione pulſatus abigi tamẽ
compeſciq; non poſſet,opprobrĩs dixi,quaſi ex ꝓ
brationibus atq; cõuitĩs. At alibi.Solebat indigna
tio veſtra cõuicia noſtra ferre non poſſe,& matro=
nalis indignatio dicere videbatur,non parcis erga
me marite verbis:nullã habet noſtri tuus ſermo re
uerentiã.Facile prorũpis in opprobria.facile quodli
bet obĩcis ꝓ eodẽ fere poſuit opprobria & cõuicia
Nec inficias.eo,nonnũq̃ hoc modo accipi ꝓbrum,
vt Liuĩ ꝓximũ exemplũ.Et Cice.ad Atticũ.Epl̃as
mihi legerunt plena omniũ in me probroꝝ. Sed
de hoc ſignificato Vlpia.non intellexit. A probro
vnũ verbũ cõponitur,quod eſt exprobro,qđ ſignifi
catũ qualẽcũq; culpã impropo,vt apud Ouidium
lib.xĩ.Meta.Sic bene Tytides,q nomine ſæpe voca
tus corripuit,trepidoq; fugam exprobrauit amico
Tum ingratitudinis,vt Terent.in Andria.Nã iſtec
cõmemoratio , quaſi exprobratio eſt immemoris
beneficĩ.Sed pro hoc ſignificato frequenter nos vi
tĩ alieni,nomen apponimus:frequenter etiã nomẽ
nr̃i meriti.Cice.de ami. Quorum pleriq; aut q̃rũtur
ſemper aliquid,aut exprobrant:eoq; magis ſi habe
re ſe putant quod officioſe & amice,& cum labore
aliquo ſuo factũ queant dicere.Odioſum ſane ge=
nus hominũ,officia exprobrãtiũ.Exprobrare ergo
bñficia ſua eſt immemorẽ bñficĩ accepti inculpare
Imputare ṽo frequẽter citra rẽphẽſionẽ,qđ an apđ
Cic.ſit neſcio.In poſteriorib⁹ vero creberrimũ eſt,vt
Quin.Neq; ego grauiſſimũ p̃rem ſup̃ma ſua iuue
ni iactaſſe crediderĩ ꝙ hęredẽ filiũ ſcriberet,nõ ẽ res
q̃ imputeẽ:&,alibi.Imputas nobis ꝓpitios ventos
& ſecundũ mare,& ciuitatis opulentæ liberalitatẽ;
quæ tantũ frumenti vẽdidit, q̃tum duob⁹ populis
ſatis eſſet.Imputare nõnũq̃ ꝓ cõputare reperitur,
vt Caius.Qua rõne placuit legata quũ legatarĩ nõ
capiũt,quũ apud hęredẽ ſubſederint hęreditario iu
re apud eos remanere intelligi,& oĩ quadrãdi ĩpu=
tãda.Marcus in quarta hęreditatis,quã ꝑ legẽ falci
diã hęres habere deberet,ĩputanẽ res, quas iure hę=
reditario capit,nõ quas iure legati,aut fideicõmiſſi
vel implẽdę cõditionis cauſę accepit. Nã hęc ĩ q̃rta
nõ computanẽ,ſed in fideicõmiſſaria hęreditate re
ſtituenda,ſiue legatũ datũ ſit hęredi,ſiue percipere,
ſiue deducere,vel retinere paſſus eſt,ei imputantur.
Reputare quoq; in idẽ ſignificatum. Vlpi. Pręterea
ſi matrem aluit pupilli tutor,putat Labeo imputa=
re eum poſſe.Sed eſt verius,non niſi per q̃ egenti de
dit,imputari eum oportere . Deinde.Sed etſi ſeruis
cibaria pręſtiterit, vel libertis, ſcilicet rei pupilli ne=
ceſſarĩs dicendũ eſt reputaturũ.Idemq; eſt & ſi libe
tis hominibus, ſi tamen ratio pręſtãdi iuſta interce=

Opprobrium.

Exprobro

Exprobratio dicitur ĩpa probri obiectio

Exprobrare ſumitur ꝓ qualem cũq; culpã obĩcere vnde apđ Euange. Exprobrauit ĩcredulitatẽ illoꝝ

Imputo

Reputo

dat. Item ſumptus litis tutor imputabit, & viatica, ſi ex officio neceſſe habuit aliquo exire, vel ꝓficiſci

¶Epitome capitis.ccccl xii.

¶Adulterium proprie in nupta cõmittitur, ſtuprũ in virgine, viduave, aut etiã nupta. eſt enĩ coitus lege vetitus, qui duplex eſt: vnus, cũ nupta aut puero aut cũ ſanguine coniunctis, aut cum ſanctimonialibus, quæ duo poſteriora potiꝰ inceſtũ vocamus. Alter quũ vim afferimus cuilibet ꝑſonæ etiã ancillæ. Vñ ſtuprare ꝑ vim corrumpe. Stupratorq; maſculorum, eorum violentus corruptor, & ſubactor. Pedico aũt pathicorũ violentiũ ſubigi. Adulterium dicitur quaſi ad alterius torũ factũ. Inceſtus ſecundum Seruiũ ab in & ceſto, id eſt vinculo Veneris, quo legitime nubentes vincit, aut a non caſto, quia ſit contra caſtitatẽ & legem penitus

Pedico, Inceſtus.

¶Inter ſtuprũ, & adulteriũ, & inceſtum. Cap.ccccl xii.

INter ſtuprum, & adulterium (Modeſtinus inquit) hoc intereſſe q̃dã putant, ꝙ adulterium in nuptam ſtuprũ in viduã committitur. Sed lex Iulia de adulterijs hoc verbo indifferenter vtitur, & hoc quidem continetur in lib. de rerum & verborum ſignifi. Alibi aũt idẽ ait. Stuprũ cõmittit qui liberã mulierẽ cupidinis cã, non matrimonij cõtinet accepta videlicet cõcubina. Adulteriũ in nupta. Stuprũ in virgine vel vidua, vel puero cõmittit. Quid mirũ, ſi plures iuriſcõſulti in diffinien do ĩuicẽ diſſentiant: quũ vnus, atq; idẽ ſecũ diſſentit: hic non videt ſentire cũ lege Iulia ibi videt. Sed culpa illorũ eſt, q diffinitiones huiꝰ deſcripſerũt, q̃ ſi a pte fuiſſent conglutinatæ, probari poſſent. vt illa Papiniani dicentis. Lex Iulia ſtuprũ & adulteriũ ꝓmiſcue Græce appellat μοιχείαν. Sed proprie adulteriũ in nupta cõmittitur, ꝓpter partũ ex altero cõceptum cõpoſito noĩe. Stuprũ vero in virgine viduave cõmittitur, q̃d Græci appellant διαπαρθένων. cuiꝰ diffinitionẽ approbo: illud tñ addens, legẽ Iuliam recte hæc duo ꝓmiſcue appellaſſe: non ꝙ omne ſtuprum ſit adulterium, ſed ꝙ omne adulteriũ ſit ſtuprũ. Neq; recte iuriſcõſulti excipiunt ſtuprum a nupta, quũ etiam in quotidiano ſermone ſic loquamur. Quale ẽ apud Quintilia. Vxor marito dixit appellatam ſe de ſtupro a priuigno, & ſibi conſtitutum tẽpus, & locum & alibi. Furtiua ſtupra raptoſq; concubitus obijcit. vel ex falſo maritus. Fas eſt, fieri ſolet, parciꝰ tamẽ ſi iã ſit & mater: ſi in fidẽ caſtitatis vxori fœcũditate ꝑfecerit. Quare ego ita ſentio, ſtuprũ eẽ coitum lege vetitũ, qui duplex eſt: vnꝰ cũ nupta, aut cũ puero, aut cũ ſanguine coniunctis, aut cum ſãctimonialibus: q̃q̃ hæc duo poſteriora potius appellamꝰ inceſtũ. Alter cum vim afferimus cuilibet ꝑſone, etiã ancillæ: vnde ſtuprare dupliciter accipitur. Cuiꝰ poſterioris ſenſus teſtimonio eſt lex, quæ ſtupratoribꝰ maſculorum pœnã ſtatuit decẽ miliũ, quũ pedicoꝛ nibꝰ nulla eſſet pœna conſtituta.

Adulteriũ Stuprum.

Stuprum, nõnũquã ꝓ turpitudine ponitur. Neuiꝰ Perire maluit ibidẽ, q̃ cum ſtupro redire ad ſuos populares

Stupro

¶Epitome capitis.ccccl xiii.

STragula veſtis eſt, q̃ operit præcipue lectos, id eſt optoriũ lectorum. Quicquid enĩ iſtruebantur, ſtragulũ priſci vocabant. Vnde & opimẽtũ equorũ ſtragulũ & inſtratũ vocari põt, vbi adnotandũ inuerti aliq̃n verba, quia ſternimus veſtes humi, & humũ veſtibus. Culcitra aũt tã lanea, ſtupea, & ſi quid eſt huiuſmodi, q̃ plumea eſt.

¶Inſtratũ & ſtragula. Cap.ccccl xiii.

INſtratum (Vl. inquit) omne veſtimentũ contineri quo amicimur. Labeo ait Neq; enim dubiũ, quin ſtragula veſtis ſit omne palliũ. Videtur Vlpia. intelligere ſtragulã veſtem eẽ omne veſtimentum hominis, quo amicitur, quale ẽ Græcorum pallium vt enim Romani togati a toga, ſic Græci a pallio palliati vocantur. Ego vero non memini reperiſſe ſtragulam veſtẽ in hunc ſenſum, ſed in opertorium lectorum potius, vbi & dormiebant, & diſcumbebant quod Varro teſtatur de culcitra loquens. Hac quicquid inſternebãt, a ſternendo ſtragulũ appellabãt, & equorũ ſimiliũq;, quorũ operimentũ etiã inſtratũ vocatur. Hic illud admonebo, inuerti frequẽter ſignificatũ verbi, vt in hoc ipſo ſterno. Sternimꝰ quidem veſtes humi, ramos arborũ, flores, & multa huiuſmodi, tamen frequẽtiꝰ dicimꝰ, ſterno humũ floribus, ramis, veſtibus. Hinc eſt quare dicimꝰ toros, lectoſq; ſternere, & equũ ſternere, non quia ſint diuerſi ſtatus, ſed quia reſoluũtur, vt ſit ſternere: verbi gratia, lectos, & equos tapetis, idẽ quod ſternere tapeta lectis, & equis. Culcitra autẽ ẽ tam lanea, ſtupea, & ſi quid eſt hmõi, q̃ plumea.

Inſtratum

Pallium. Toga Stragula.

* Aliqui ſtragulum accipiunt, ꝓ lectorũ optorio vbi & dormiebãt antiqui & diſcũbebant vario delinimento figurarum, aut acu picto.

¶Epitome cap.ccccl xiiii.

¶Verberare eſt ꝑcutere, aut cedere verbere, quod ẽ inſtrumentũ longum, & exile, qualis eſt virga, baculus, fuſtis, lora, flagellũ, ferula, arundo &c. ſicut flagellare eſt cędere flagello, fuſtigare fuſte: pulſare aũt eſt frequenter impellere, aut percutere quauis re, vt pede, manu, lapide, ceſtibus, nec leuior fit iniuria pulſando ſæpe, q̃ verberando, vnde inanis eſt Vlpiani deſcriptio & horum diſtinctio.

Tibullus. Nam neq; tũc plumę nec ſtragula picta ſoporem. Culcitra

¶Inter pulſationẽ & verberationẽ. Cap.ccccl xiiii.

INter pulſationem & verberationem Vlpianus ait hoc intereſſe. vt Offilius ſcribit. Verberare eſt cum dolore cędere: pulſare ſine dolore, ſed cũ vtriuſq; venia: non eſt eiuſmodi inter hæc verba differentia. An cum verberamus frumenta, cum dolore verberamus, aut pulſamus potius, q̃ verberamus? Et iumentum quum ſentit ex flagellis dolorem, verberatur, quum non ſentit pulſatur? An Entellus [illegible] Vergilianus ſine dolore pulſabat Daretã? Sed [illegible] multis quis non videt verberare eſſe verbere cędere, quod eſt inſtrumentum lõgum, & exile: qualis eſt virga, baculus, fuſtis, lora, flagellũ, ferula, harundo, & ſi quid eſt ſimile, nec aliter dictum ẽ verberare a verbero, q̃ flagellare a flagello: fuſtigare a fuſte. Verbera licet ꝓ verberatione accipiãt tñ rem corporeã proprie ſignificãt, vt flagella, quæ ſunt proprie ſummitates ſarmentorũ. Quin. Ignes ex ꝓximo raptos, verbera quæ caſus obtulerat. Pulſare vero ẽ graui, ac vehementi ictu cędere, tam inſtrumẽto longo & exili, q̃ breui, ac rotundo, vt pugnis & calcibus vt malleis. vt ſaxis, q̃ manu teneãt quũ alium ꝑcutimus, in ſimilitudinem tympanorũ quæ manu pulſantur, nec ſemel, ſed multis ictibꝰ ꝑcutere. Nãq; non proprie pulſatum aliquẽ dixeris qui ſemel

Verberare Flagellare Fuſtigare Pulſare

Nota. Scomma. Pello

qui ſemel pugno percuſſus eſt adeo non minor in
iuria fit ex pulſatione,ꝙ ex verberatione. Præter eã
cauſam quã modo dixi,ꝙ pulſatio eſt multa ꝑcuſ=
ſio quippe quũ pulſatio fiat in faciem.Et ob pulſa=
tos eorũ legatos Laurentes Tatiũ regẽ occiderunt
qui non puniuiſſet propinquos ſuos,qui Laurenti=
bus hanc iniuriã fecerant. Et ipſa incuſſio calcũ cõ
tumelioſa eſt,ſæpe etiam mortifera,vtique ſi fiat in
ægrum,in ſenẽ,in puerũ, in ꝑgnantẽ. Taceo ſi alia
re quis alterũ pulſauit,ꝙ manu,aut pede,quũ vici=
nus meus vxorẽ ſolitus ſit non modo piſtillo verũ=
etiã mortario æreo pulſare, vt non crebrius pulſet
ipſum mortarium.Dictũ eſt autẽ a pello, quod eſt
ꝑcutio & ferio,vt apud Mar.Tul.lib.i de diuinatio
ne.Vt pelluntur animi vehementius ſæpe etiã cura
& timore.Et in .ij.Nũ igitur quũ aut muros Baby=
lonis,aut Homeri faciẽ cogito,imago illorũ me a=
liqua pellit.

¶Epitome capitis cccclxv.

¶Pellex ea ẽ dicẽda quæ,cũ eo cui vxor eſt corpus
miſcet,ideoq; non vir,ſed vxor pellicẽ proprie ha=
bet:nec ea quæ cum celibe corpus cõmiſcet ,pellex,
ſed pallace dici ſolet

¶Videtur author pellicẽ quaſi a pellendo dictã lati
ne interpretari:alijs nonnullis a pellicendo, id eſt,
valde allicendo dictã diffinientibus.Gellius autem
a Græco deducit.

¶Pellex palace. Cap.cccclxv.

Pellex.

PEllicẽ apud antiquos,Maſſurius paulo
teſtante ſcribit lib. memorabiliũ eã ha
bitã,quæ quũ vxor non eſſet, cũ aliquo
tñ viuebat,quã nunc vero noĩe amicam
paulo honeſtiore concubinã appellari
Caius Flaccus in lib.de iure Papiniano ſcribit Pelli
cẽ nunc vulgo vocari,quæ cũ eo cui vxor ſit corpus
miſceat.Secundũ quoſdã eam,quæ vxoris loco ſine
nuptijs in domo ſit:quã Græci palacẽ vocant. Ho=
rũ vtrunq; vere ſenſiſſe,& dixiſſe arbitror:ſed tamẽ
ꝓ ſuſcepti operis officio admonere debeo pellicem
apud oratores,& poetas eam demũ haberi,quæ cũ
eo cui vxor eſt,corpus miſcet.Ideoque Iuno ſemper
ꝓſequitur pellices ſuas,quæ ſibi vxori Iouẽ præripe
rent.vnde Plin.libro.xxxv.verbo græco maluit vti
quũ de Alexandro loqueretur,quẽ conſtat eo tẽpo
re celibẽ fuiſſe:quũ Apellẽ ſcorto donauit,ꝙ veteri
(ſi verum eſt)latino.i.palace potiꝰ,ꝙ pellicẽ.Ita aũt
ait.Nãque cũ dilectã ſibi ex palacis ſuis præcipue
noĩe Capſacen nudã pingi ob admirationẽ formę
ab Apelle iuſſiſſet.Quo fit,vt Curtiũ vbi de eodem
Alexandro & alijs loquitur, cęteroſque ſcriptores
opiner palacẽ potius,ꝙ pellicẽ pro cõcubina celibis
hominis dixiſſe,culpaque librariorũ in editionibꝰ
eſſe vitiatũ.Sueto.de Veſpa.loquens pallacarũ di=
xit,non pellicũ.Et alibi quoque & Titus Liuiꝰ mul
tiq; alij nomine Græco vtuntur.Sin aliter inuenitur
librariorũ vt dixi,vitio dandũ eſt. Cuius rei hoc ar
gumentũ eſt,ꝙ non recte quis dicitur habere pelli
cem,ſed vxorẽ.Eſt eñ hoc nomen relatiuũ ad alte
rius vxorẽ,cuius cũ viro rem habet.non aũt ad ma
ſculũ, nec recte dicturos fuiſſe reor oratores illos,
ꝙ pallacẽ dixerunt,ſi pellicẽ dixiſſent,vt patet.

Ci.Vxor. gñi,nouerca filij filiæ pellex
Suet.de Cęſa. Præterea actiões Dolobellæ in quibus eũ dolobella pellicẽ reginæ dicit
Pallace
* Nemo latine loq̃retur ſi diceret pellex mea, ſed pellex vxoris

¶Epitome capitis.cccclxvi.

¶Cauillatio eſt ſubdola ratio,quã nos conſcij nobis
mendacij vincendi cauſa ꝓferimꝰ,vt aiũt iſcõſultis
Quintiliano eiuſq; æqualibus accipi ſolet.Cic.aũt ꝓ
genere quodã facetiaꝝ,vt eũ imitatꝰ Aul.Gel. acce=
pit.Titus vero Liuius vtroq; mõ Cicero .facetiarũ
duas ponit ſpecies cauillationẽ,q̃ eſt ęquaľr in omi
ſermone fuſa,& dicacitatẽ q̃ eſt peracuta & breuis.
Calumniari aũt qđ nõnulli nõ recte ꝓ cauillari ac
cipiunt,eſt falſa crimĩa intendere.Vtranq; tamẽ eſt
quaſi ꝑ fraudẽ & dolos vincendi gratia,alterum li
tibus vexare.

¶Cauillatio. Cap.cccclxvi.

Cauillatio

NAtura cauillationis , quam Græci
σώϱειμα appellauerũt hæc eſt, vt
ab euidẽter veris ꝑ breuiſſimas mu
iationes diſputatio ad ea q̃ euiden
ter falſa ſunt,ꝑducatur.hæc duobꝰ
tñ locis Vlpi.Caiꝰ inq̃t,ſi calũniet̃,
x moretur,& fruſtretur.Inde & calumniatores ap
pellati ſunt,q.ꝑ fraudẽ,& fruſtrationẽ,& vexatio=
nẽ alios vexauerunt litibus,inde & cauillatio dicta
eſt,Caius nullã facit mentionẽ de euidẽter veris,aut
de euidenter falſis,nec de breuitate,nec puto facien
dũ fuiſſe:quũ plerũq; cauillatio ſit tecta,& inſidio
ſa,multiſq; ac longis frequenter ãbagibus vtẽs , &
q̃ vix ab acutis dep̃henditur,qu re cauillatio ẽ ſub=
dola ratio,quam nos conſcij nobis mendacij , vin=
cendi tñ cã proferimus.in hunc ſenſum ſemꝑ iuriſ
cõſulti vſi ſunt.& Quĩt.fere.ſeculũ Cic.aũt ꝓ genere
quodã facetiarũ,& hũc imitatꝰ Aul.Gel.Ti.Li.vtro
q; mõ.Ipſe quoq; Cic.diffinit lib.ij.de ora.dicẽs. Et=
eñ quũ duo ſint gña facetiarũ,alterũ æquaľr in oĩ
ſermone fuſum:alterũ ꝑacutum,& breue ſuperior
cauillatio,altera dicacitas noĩata eſt. Cæterum Caiꝰ
ſentire videtur idẽ eſſe calumniari,& criminari , qđ
non ſentit Martianus tantũ accuſatori tribuens ca
lũniari,quũ ait.Calumniari eſt falſa crimina inten
dere,quod per legem illã declaratur duodecim ta=
bularum.Calumniator idem patiatur quod reus ſi
conuictus fuiſſet.

Sueto.ĩ Veſpa.Et maxime tñ dicacitatem ĩ deformibꝰ veris aſſectabat vt ĩuidiã aliq̃ cauillatiõe diluerunt transferret q; ad ſales

¶Epitome capitis.cccclxvij.

¶Præuaricari eſt a ꝑſcripto officij ſui deflectere,atq;
aberrare,aut ꝑfidia,& malicia,aut imprudentia &
negligentia:quod qui facit,ꝑuaricator dicitur,non
ſolũ actor,ſed etiã reus. Deductum aũt vr̃ a præ &
varico ,quod eſt quaſi propter varices nõ poſſe cõ=
ſiſtere,ſed genua flectere & claudicare. Varicoſus
eñ dicitur,qui crebras habet varices.i.venas obtor
tas ſtando contractas.Hinc ſatyricus.Varicoſus fi=
et aruſpex.Tergiuerſari eſt verſis tergis adhuc pu=
gnare,nec ſe victũ rationibus velle agnoſcere: ta=
metſi reuera victus ſit,& ſe victũ ſciat.Calũnia aũt
eſt cauillatio iã deſcripta , & quæ fit ex nimis callia
da iuris interꝑtatione

Hierony. li.i.Repu. Si quẽquã calũniatus ſum.

Varicoſus

¶Præuaricator,calumniator, tergiuer=
ſator. Cap.cccclxvij.

Præuaricatores

PReuaricatores Vlpianus inquit,eos appella
mus,qui cauſam aduerſarijs ſuis donant, &
ex parte actoris in partem rei cædunt. A va
ricando enim ꝑuaricatores dicti ſunt. Idem alibi.
Præuaricator autem eſt quaſi varicator , qui diuer=
ſam partem adiuuat prodita ſua cauſa. Qđ nomẽ

Labeo a varia certatione tractũ ait. Nã qui præuaricatur, ex vtraqꝫ parte conſiſtit. In prima diffinitione videt̃ ſentire p̃uaricationẽ in ſolum actorẽ cadere. In ſecũda vero etiam in reũ, ſed forſitan & hic de ſolo actore ſenſit, cui aſſentire videtur Martianus, qui ait. Accuſatorũ temeritas tribus modis detegitur, & tribus penis ſubĳcitur, aut eñ calũniatur, aut p̃uaricatur, aut tergiuerſatur. Calũniari eſt falſa crimina intendere. Prȩuaricari vero falſa crimina abſcondere. Tergiuerſari in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Et poſt iterũ. Præuaricatorẽ eſſe eũ oſtendimꝰ qui colludit cũ reo, & tranſlatiue munere accuſandi defungitur, eo ꝙ ꝓprias quidẽ diſſimularet ꝓbationes, falſas vero excuſatiões admitteret. Quod nos quidem verũ fatemur eſſe, legẽqꝫ antiquitus de prȩuaricatorum pœna fuiſſe, vt Ci. in Philip. lib. ĳ. Vereor. P.C. ne ꝙ turpiſſimũ eſt, prȩuaricatorem mihi appoſuiſſe videar. Cæterũ vt prætereã quod Cic. idẽ in partitionibus ait, præuaricationẽ nũc diffiniri ab accuſatore, nunc a reo finiri, corruptelã eſſe iudicĳ. Reperio nõnunq̃ præuaricatorẽ ex parte rei quoqꝫ neqꝫ perfidia tm̃/ac malitia, ſed imprudentia/ac negligentia peccantẽ. Quint. lib. vi. Vt in prȩuaricationum criminibus/vt abſoluatur reus, aut innocentia ipſius ſit, aut interueniente aliqua poteſtate, aut vi, aut corrupto iudicio, aut difficultate ꝓbationis, aut præuaricatione, nocentẽ fuiſſe cõfiteris, nulla poteſtas obſiſtit, nulla vi corruptũ iudiciũ quȩreris, nulla probandi difficultas fuit. Quid ſupereſt, niſi p̃uaricatio fuerit? Hic pro perfidia accuſatoris accipitur. Alibi vero aliter. Sed de vna cã loq ſuperuacuũ eſt. Ego in vniuerſum, neqꝫ oratoris puto eſſe vnq̃ præuaricari, neqꝫ litem intelligo/in qua pars vtraqꝫ idẽ velit. Ideoqꝫ p̃uaricatorem appellamus, quicunqꝫ a præſcripto officĳ ſui deflexerit, atqꝫ aberrauerit. Pli. lib. xix. Arator niſi incuruus præuaricatur. Pli. iunior ad Corneliũ Tacitum. Alioqui præuaricatio eſt tranſire dicenda. Prȩuaricatio eſt curſim & breuiter attingere: quæ ſunt inculcanda, infigenda, repetenda. Et Adã præuaricatũ fuiſſe dicimus. Tergiuerſari vero nõ eſt quantũ intelligo, ab accuſatione deſiſtere. Illi videntur trahere ex hac ſignificatione ꝙ q terga vertũt, a pugna deſiſtunt. Verũtamen nõ ꝓtinus qui terga vertunt, a pugna deſiſtũt, vt Parthi. Itaqꝫ qui vertentes terga adhuc tamen pugnãt, nec ſe victos rationibus volũt agnoſcere, tergiuerſant̃. Cic. de offi. lib. iiĳ. Atqꝫ in his tamen tribus gñibus quoquo mõ poſſunt, nõ incallide tergiuerſant̃. Prudentiã introducunt, ſcientiã ſuppeditantẽ voluptates, depellentem dolores. Fortitudinẽ quoqꝫ aliquo modo expediunt, quũ tradunt rõnem negligendæ mortis, percipiendiqꝫ doloris, etiã tẽperantiã inducunt, nõ facillime illi quidẽ, ſed tamen quoquomõ poſſunt. Dicunt eñ voluptatis magnitudine doloris detractionẽ ſieri. Nũquid qui hæc dicunt aut deſiſtunt ab accuſatione, aut accuſaſſe ſe indicant? Idẽ pro Roſcio comȩdo. Attẽde quȩſo Piſco Fannĳ vultum, & huc atqꝫ illuc tergiuerſantẽ, teſtimoniũ contra ſe dicere cogo. Erat autẽ Fannius accuſator/ quẽ ſi omnino ab accuſatione deſiſteret, nõ inſequeret̃ iure patrocinĳ Cice. ſed victũ nolle tamen dare manus obiurgat. Liuius lib. ĳ. ab vrbe condita. Mouebant conſulem hæc, ſed tergiuerſari res cogebat. i. nõ agnoſcere veritatem, & eã quibuſcunqꝫ poterat rationibus diſſimulare, & quaſi ſubterfugere. Tertium autem verbum ab eodem Martiano diffinitũ de calũnia loquor, meretur, & ipſum aliquã emendationẽ, quod nõ modo apud Cice. pro cauillatione accipit, nõ illa quidẽ mouẽte riſũ, ſed ea qua Cic. ipſe nõ vtitur, vt de offi. lib. i. Exiſtunt ſæpe iniuriæ calũnia quadã, & nimis callida, ac malitioſa iuris interpretatione. Ex quo illud. Summũ ius, ſumma iniuria, ſed etiã apud Quinti. nõnunq̃, vt ibi. Quãuis exiguo diuiſus, ſpacio opẽ nõ ferret, nõ ſuccurret, vt hac ſaltem ſe calũnia defendat, nõ abĳ, nõ reliqui, nõ abſceſſi, neqꝫ pede (quod aiunt) vno a parẽte diſceſſi, alioſqꝫ cõplures, quorũ & Caius eſt, vſu quoqꝫ probante, per quem vtraqꝫ pars iurat de calumnia vitãda, nimirũ de cauillatione, eo magis ꝙ calũniari pro cauillari dicimus, quæ vox quatuor primas literas habebat, eaſdẽ cũ calũniari. Poſtremo probatur hoc ex illo digeſtorum loco, cuius titulus eſt. Si mulier ventris nomine calumniȩ cauſa in poſſeſſionem fuiſſe dicatur. Calũnia ſcilicet ibi intellligitur dolus malus.

Preuaricator.

Preuaricatio dicitur ipſa officĳ trãſgreſſio

Tergiuerſari.

Hiero. Calũnia eſt cũ iuſtis hoĩbus crimẽ impietatis obĳcitur.

Calũnia.

¶Epitome capitis. cccclxviĳ.

FErimus ꝓprie corpore noſtro. Portamus & noſtro corpore, & iumentis noſtris. Agimus animalia portantia. i. impellimus, ſed agere multa ſignificat. Agere eñ cauſas eſt cõtendere in iudicio, vnde actor/& reus dicti. Agere res. i. lites & aut negotia ſua. Agere mulas, i. eas impellere, vt faciunt mandre/& muliones qui mercimonia tranſportant. Agere autem animã eſt eam expirare, & vi quadam expellere.

¶Ferri/portari/agi. Cap̃. cccclxviĳ.

FERRI proprie dicimus (Caius inquit) quæ quis corpore ſuo baiulat. Portari ea qui quis iumento ſecũ ducit. Agi ea, quȩ animalia ſunt. In hoc ipẽ Caio aſſentior niſi ꝙ portare eſt etiam ſuo corpore: interdum etiam magis, q̃ ferre. Quis enim neget, iumenta portare, quæ quum homines imitantur, & ipſi portare dicuntur. Teren. in Andria. Mi homo quid iſtuc obſecro? quo puerũ portas? Hora. Ne forte ſub ala Faſciculũ portes librorũ, vt ruſticus agnũ. Et ab hoc compoſita, vt deportauit. Verres amicã de prouincia. Deportauit Põpeius beneficio Cice. tertium triumphũ. Multi imperatores victorem exercitum reportauerunt, quaſi reduxerũt. Agere autem nõ vno modo dicitur. Sed de vno tamen nõ tacebo. Martia. lib. i. epig. Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper, Et nõ eſt quod agas. Attale ſemper agis. Si res, & cauſæ deſunt, agis Attale mulas. Attale ne quid agas deſit, agas aĩam. Cȩlius ad Cice. Hortẽſius quum has literas ſcripſit, animam agebat. i. expirabat.

Fero.
Porto.
Ago.

*Portare duobꝰ modis dicimꝰ vno cũ iumentis aut curribꝰ aliqd nobiſcũ ducimꝰ altero cũ nr̃o corpe imitatione in mentorum portamus.

Agere.

¶Epitome capitis. cccclxix.

COnuicium ſignificat maledictum cõtumelioſum, & acerbũ nimis, quod iuriſconſulti a collatione vocum: quaſi a cõuocando, dum videlicet conuiciantes ſimul inclamant, quaſi conuocium volunt dictum, quomodo per c ſcribendum erit. Alĳ a con & vitio quod a vitio, aut vituperro deducitur, dũ alter in alterũ contumeliã & maledictum ingerit, ac regerit: ſed receptũ eſt, vt cõuitiũ

etiā maledictū reputetur,etiā ſi non referatur. Addit incidentaliter materiā ſignificare omne lignū ad ædificandū vtile,etiā viuentē adhuc arborē,nō lapides aut cementū.

¶Conuiciū & maledictū. Cap.cccclxix.

Conuiciū apud Vlpianum iniuriā eſſe Labeo ait,quaſi maledictum iniuria non ſit. Addit idē Labeo. Conuiciū autē dicitur,vel a concitatione,vel a cōuētu,hoc eſt a collatione vocum.Quū eñ in vnum

Conuiciū

cōplures voces cōferuntur quaſi cōuocium eſt.Sed quod addit a ptore aduerſus bonos mores, non omnē in vnū collatā vociferatiōnē ptorem notare, ſed eā quæ bonis moribus improbatur:qcq; ad infamiā & inuidiā alicuius ſpectat & iterū.Conuicium autē nō tm̄ præſenti,verum abſenti quoq; fieri poſſe Labeo ſcribit.Proinde ſi quis ad domū tuā venerit te abſente,cōuiciū eſſe factum dicitur.Itē ſi ad ſtationē vel tabernā ventū ſit,pbari oportere feciſſe cōuiciū non tm̄ is vr̄ qui vociferat⁹ eſt:verū is quoq; q concitauit ad vociferationē alios,vel ſum miſit qui vociferarentur.Et paulopoſt.Ex ĩis apparet nō omne maledictū cōuiciū eſſe,ſed id ſolū qđ cū vociferatione dictū eſt.Et ſiue vn⁹ ſiue plures dixerint cōuiciū eſt quod in cętu dictū ē.Quod aũt nec in cœtu nec in vociferatione dicit: cōuiciū non pprie dicitur,ſed infamādi grā dicitur.Et ipa noīs etymologia argumentū ſignificationis Labeo ſumpſit.Sed quum falſa ſit etymologia,falſa egit & diffinitio, quūq; falſa ſit diffinitio,falſa erit & etymologia. Quis eñ Labeoni tribuat cōuiciū a cōcitatiōe: aut a cōuentu dictū:aut a collatione vocis,quaſi cōuociū:quum ſint alia ppria magis,ſiue etymologia, ſiue expoſitio p cōpoſitionē,a con & vitiū:vel a cōuitio quaſi vitandū & vituperationis cauſa factum. Hbet aũt cōuiciū vt nō breuē,vt vitiū:ſed lōgā,vt vito.Et licet cōuito aliud ſignificat,q̄ cōuitiū,ſi nō ſignificat idē quod inuito,nō obſtat,quū a ſuo quoq; ſimplici quod,eſt vito,in ſignificatione magis diſſet,q̄ cōuiciū a ſuo,ſiue illud ſit vito,ſiue vitiū.Ipſa quoq; ppō con in bonā & in malā rem accipi ſolet vt cōficio p pficio,& p eo quod eſt conſauciendo trucido.Inde cōfectores feraꝝ.Conuitiū igitur a vitio,vel potius a vito deſcēdit,vt vituperatmetſi nō oīno repugnem ſcribi p c,vt quibuſdā placet,nonp t.Et hoc quidem de etymologia,quæ ſi p Labeone Vlpianoq; nō p me faceret:tn̄ diffinitiōi repugnare audere.nuſq̄ repiens apud ſūmos viros hanc differentiā cuſtoditā inter conuiciū,&, maledictū,iter q̄, & ſi qua eſt,hæc erit,cp cōuiciū eſt maledictū cōtumelioſū.Quīt.in.vĩ.Sic aũt pparabit actiōe prima iudicū animos,vt noluiſſe poti⁹ obĩcere,q̄ non potuiſſe credatur,eoq; ſati⁹ eſt oī ſe aň actæ vitæ abſtinere cōuicio,q̄ leuib⁹,aut friuolis,aut māifeſto falſis reū inceſcere:quia fides cæteris detrahitur& qui nihil obĩcit,omiſiſſe credi pōt malu. tāq; ſuper uacua,q̄ vana cōgent,cōfitetur vanū in ātea ctis argumentū.Ex his verbis plane datur itelligi,nec vociferatione vtq; fieri cōuiciū,nec aliud eſſe,q̄ maledictū.Cic.p Cęlio.Maledictū aũt nihil habet ppoſiti pter cōtumeliā,q̄ ſi petulantius iactatur,cōuiciū ſin faceti⁹/vrbanitas noīatur.Illud aũt verbum inuidiā quo Labeo ſine Vlpiano vtitur,quid miꝝ ſi Accurſius nō intelligit,qui in inſtitutionib⁹,vbi dicitur Appellatione autē ligni oīs materia ſignificatur ex qua ædificia fiunt,ſic interptatur,vt cemēta,vt lapides immemor a iuriſconſultis exponi materiā pro ligno ad ædificia vtili,q̄q Cato,& Varro, & Columella & Pli.qui de agricultura ſcripſere,alĩq; viuā etiā arborē,partēq; illi⁹ materiā appellant,& breuiter omne lignū.

Con. Conficio. Cōuicium Cōuicium an p t ſcribi debeat. Inter cōuiciū & maledictum.

Accurſĩ lapſus. Materia.

¶Epitome cap.cccclxx.

¶Verſicolor oīs gn̄is & tertiæ inflectionis,aut verſicolori⁹ ia,ium.ſignificat illud,quod eſt varĩ coloris & pſertim quod ſe vertendo colorē mutat,vt colūbi collū & pauonis collū,& cauda,& aqua maris,verſicoloria tn̄ indumenta legūtur,qa varĩ coloris,nō cp colorē vertendo variarent.

¶Verſicoloria. Cap.cccclxx.

Verſicoloria apud iuriſcōſultos vocantur,quæ natiuū colorē mutauerūt,vt veſtes ſi albę ſunt,aut nigræ ſubnigreve,quales ex lana nō tincta ſolent eſſe coloriæ, ſi in colorē aliū tinctæ ſint,verſicoloriæ noīant. Cæteꝝ vix in hunc ſenſum reperimus.Nā Cic.collū columbi pauoniſq;,& eius caudā verſicolorē vocat,& nōnulli aquā maris, vel qđ verſat & mutat colorē ſubinde,vel poti⁹ cp ſit diſcolor,vt apud Pli.lib.xxxvi.Vbi tn̄ ſciendū authoritatē fuiſſe maculoſo marmori,quā fecere & a Paro Cycladarū inſularū vna,ęqua & a Leſbo liuidius hoc verſicoloreſq; maculas habens.Et in eodē.Primū vt arbitror verſicolores iſtas maculas Chiorū lapicide oſtēderūt,quū extruerēt muros.Et.xxxvĩ. Veluti quū calculi fiūt,quos quidā abaculos appellāt aliquos & plurib⁹ modis verſicolores.Et in.xvi. Ingens poſtea turba prunoꝝ verſicolorū nigra candida hordeacea,appellata a comitatu frugis eius, eodēq; colore,& in.xv.de verſicolorib⁹ viperarum maculis,& in.xviĩ,Nullū aīal pauidi⁹ exiſtimatur & ideo verſicoloris,eſſe demutationis,p quod apparet collū columbæ,Pauoniſq;,& cauda a quāque nō ideo verſicolorē dici,cp verſat colorē,ſed cp diuerſum colorem habeat.Alioqui ſatis habuiſſet Pli.dicere,& ideo verſicolor eſt nec adiungere demutationis.Neq; verſo teſtes ab hac ſignificatiōe cōi excipiendæ ſunt,putandæq; ſolæ ipſæ verſicolores ita demū dici:acſi lana tincta confectæ fuerint,vt apđ Quīt.Dū in his de quib⁹ erit quæſtio,meminerēmus nō athletarū toros ſed militū lacertos eē,nec verſicolorē illā qua Demetrius Phalere⁹ dicebatur vti, bn̄ ad forenſem puluerē facere.Apud Titū vero Liuiū eſt ſecūđ punico bello interdictū fuiſſe matronius ne verſicolorib⁹ veſtirentur, cp qualiter accipiēdū ſit. Vale.Maxi.li.ix.ſignificat dicens.Quā fœminę tollere cupiebant,qa ĩis ne veſte varĩ coloris vti: nec auri plus ſemūcia hr̄e,nec iūcto vehiculo ppi⁹ vrbē mille paſſus niſi ſacrificĩ gratia vehi pmittebātur.Idem Liuius alibi ait.Corpus alteri magnitudie eximiū verſicolori veſte pictiſq; & auro celatis refulgēs armis,Profecto de varĩ coloris veſte locut⁹ eſt, & iterū.Tunice auratis militibus verſicolores argentatis linteæ cādidæ. Nā illud Vergi. Verſico

Verſicoloria

*Verſicoloria ſiue verſicolores pprie dn̄r q̄ varĩs cōſtāt coloribus,q̄ſi coſ mutare in uicē videāt vt ē cauda pauōis collū colūbæ. Calculi Abaculi.

loribus armis,exponit.Seruius depictis,per qđ bel-
licoſus oſtenditur.

¶Epitome capitis.cccclxxi.

¶Apud deſignat locum & perſonam ſine motu,di-
citurq; res apud aliquem eſſe,qualitercunq; ſit. Pe-
nes autem ſignificat quaſi in manu, & poteſtate,
& interdum quaſi in.vnde pœnitus deductum vide-
tur.Ideoq; tam ad laudem,q̃ ad dedecus ſpectat, vt
te penes imperium eſt vitai, & ſalus mea penes te
eſt. Penes fratrem tuum omnis culpa,id eſt in fra-
tre tuo,per quem culpa cõmiſſa eſt. ¶Dixi apud ſi-
gnificare ſine motu, id eñ authore Donato differt
ab ad,ꝙ ad fere cum motu ſignificat,vt vado ad pa
trem,& fui apud patrem.Ponitur tamen interdum
ꝓ apud idq; ſine motu.Verg.Et formoſus oues ad
flumina pauit Adonis.

¶Penes te,apud te. Cap.cccclxxi.

Penes & apud.

*Apud interdũ ꝓ in ponit. Teren.in An. Apđ forũ mõ ibo.

P ENES te(vt Vlpi.ait)amplius eſt,
q̃ apud te.Nam apud te eſt qđ qua-
litercunq; a te tenetur, penes te eſt,
qđ quodãmodo poſſidetur, & ante
hunc Feſtus Pompeius.Apud,& pe
nes in hoc differunt,ꝙ alterũ perſo-
nam cum loco ſignificat alterum perſonam & do-
minium,ac poteſtatem,qđ trahitur a penitus.Perſo
nam cũ loco Feſtus accipit pro perſonã, & locũ, vt
apud Platonẽ,& apud Foꝝ.i.in Platone,& in foro.
Quoꝝ vtriuſq; diffinitionẽ ꝓbo.Illudq; addo,penes
dũ tñ ad perſonã refert,nõ modo dominiũ adeſſe
ſignificare,verũ etiã laudẽ,ac vituperationẽ. De lau
de,vt Cice.in Bru.Cuius penes quos laus adhuc fuit,
nõ fuit rationis,ac ſciẽtiæ.De vituperatione,vt Qui.
in Gladia.Vereor ne inexplicabilis illius,& ſæpe re
præhẽſi odĳ culpa, videat penes patrẽ qui tã facile
iraſcit.Illud quoq; qđ crebro vſurpam⁹.Fides penes
authores ſit,in laudẽ,vituperationẽq; ſimul accipit,
quaſi laus veritatis,aut vituperatio falſitatis penes
authorẽ ſit,ad quem ſpectat fidem rei cuius author
eſt facere.Ad me certe iſta vel laus,vel vituperatio
nõ ſpectat qui hoc nõ affirmo,ſed ad alterũ autho-
rem relego.Qđ de laudẽ,& vituperatione dico, idẽ
accipio de cõmodo.& incõmodo,vt Liuius.Penes
eoſdẽ pericula belli,penes quos præmia eſſent. Nõ-
nunq̃ etiã loco ſeruit,ſicut apud Cic.lib.iiĳ. ad Herẽ-
renniũ.Ita petulãs es,atq; acer,vt ne ad ſolatiũ qdẽ
vt mihi videt, ſed penes ſcenã, & in eiuſmodi locis
exercitatus ſis.Penes ſcenã.i.apud ſcenam.

Fides penes authores.

* Ouiđ.i. faſtorum. Me penes eſt vnũ vaſti cuſtodia mundi.

Penes pro apud.

¶Epitome capitis.cccclxxĳ.

OMnes a quib⁹ ꝓgeniti ſum⁹, maiores noſtri
dici poſſunt,etiã ꝓximi parẽtes,q vero poſt
nos erũt,poſteriores.Patres aũt nõ recte de-
ducuntur vſq; ad tritauos ſed proximi dũta
xat patres noſtri merito dicunt. Sicut ergo non ſoli
ante atauos maiores dicunt,ſic nec ſoli poſt,at nepo
tes minores,ſed quicũq; nobis ætate minores erũt.

¶Patres,maiores,liberi, poſteri,poſterio-
res, Cap.cccclxxĳ.

Patres.
Maiores.

Liberi.
Poſteriores.

P ATRES (inquit Paulus) vſq; ad
tritauos apud Romanos ꝓprio vo
cabulo nũcupantur. Vlteriores qui
non habent ſpeciale nomen, maio-
res appellantur.Item liberi vſq; ad
trinepotem, vltra hos poſteriores
vocantur.Sed cum venia Pauli, neq; vſus hic, neq;
ratio conſentit. Omnes enim qui ante nõ fuerunt,
vtiq; qui liberos reliquerunt atq; id in noſtra ciuita
te,maiores dicuntur.Qui vero poſt nos poſteriores.
Cice.in Sallu.Ego meis maioribus virtute mea per
luxi.vt ſi prius noti nõ fuerint,a me accipiant initiũ
memoriæ ſuæ. Tu tuis vita, quã turpiter egiſti, ma-
gnas effudiſti tenebras,vt etiam ſi fuerint egregĳ ci
ues,certe venerint in obliuionẽ. Nunquid Cicer.ait
ſe præluxiſſe ĳs tantum,qui ſupra tritauum fuerũt?
Salluſtium vero tenebras obfuiſſe?An potius,vt quiſ-
q; a Cice.atq; Salluſti.recentiſſimus erat,ita illi ma-
xime horum vtrumq; vel præluxiſſe,vel tenebras
offendiſſe?An ſi quis claris maiorib⁹ ortus quærere-
tur,non multo magis is dicatur,qui patrem,auum,
proauum,abauum,atauum, tritauum, claros cæte-
ros autem obſcuros habuit q̃ q̃ iſta econtrario?Hoc
ne ipſe quidem Paulus negaret.Inſuper patres non
opinor vſq; ad tritauos poſſe reduci. Quam enim
dicimus,patrum memoria aliquid factum eſſe, de
ꝓxima ætate ſemper intelligimus,nõ de illa ſexta.
Etiam dixi de maioribus,& patrib⁹.Videamus de
poſterioribus ſiue poſteris.Idem Cice.eundem locũ
ſic proſequitur.Quare noli mihi antiquos meos ob
iectare.Satius eſt enim me meis rebus geſtis flore-
re,q̃ maioꝝ opinione niti, & ita viuere, vt ego ſim
poſteris meis,nobilitatis initium,& virtutis exẽplũ.
ita opinor non pertinebat ad filiũ, nõ ad nepotem
nõ ad pronepotẽ,nõ ad abnepotẽ,non ad atnepo-
tem,non ad trinepotem. Tulliana nobilitas, & vir-
tutis imitatio,ſed a filio trinepotis incẽptura, quia
ab eo poſteritas Tulliana initiũ acceptura erat,quũ
potius eſſet acceptura occaſum tũc.Idẽ alibi.Nec ve
ro dubitabit agricola q̃uis ſit ſenex,quærenti cui ſe-
rat?reſpondere dĳs immortalibus,qui me accipere
modo hæc a maioribus meis voluerũt, ſed etiã po-
ſteris ꝓdeſſe.Taceo ꝙ Caius Caligula volebat ſolos
filios poſteros eſſe,nec iura cõceſſa poſteris ad nepo
tes ꝑuenire.Sed ne cauſari queat non poſitũ exẽplũ
poſteroꝝ,ſed poſterioꝝ eſſe.Quin.in.xĳ.Maluit eñ
vir ſapiẽtiſſim⁹ qđ ſupeſſet ex vita ſibi perire,q̃ qđ p̃-
teriſſet.Et quãdo ab hominibus ſui tẽporis parũ in-
telligebatur,poſteriorũ ſe iudicĳs reſeruauit, neſcio
tamẽ an legendũ potius ſit poſteroꝝ,vt intelliga-
mus hoc q̃ illud nomẽ eſſe vſitatius,& nõ modo ad
eos,qui ex nobis geniti ſunt,ſed ad vniuerſos,q poſt
nos erũt,pertinere.In eundẽ opinionis errorẽ incidit
Seruius,qui in.viĳ.Ænei.ait.Minores non dicimus,
niſi quoties graduũ deficit nomẽ,vt pater, filius,ne
pos,ꝓnepos,abnepos,atnepos.Vbi iſti gradus de-
fecerunt,merito iã dicimus minores. Sicut eñ ma-
iores dicimus poſt patris,aui,ꝓaui,ataui,vocabulũ
de maioribus ſatis modo diſputauimus.De minori
bus cuius nominis ratio eadẽ eſt,vno exẽplo ſatis ꝓ
babitur,eoq; q̃a cũ Seruio expoſitore Verg.agimus
Vergi.in.i.Ænei.Hunc letũ Tyrĳſq;,diẽ troiaq; ꝑ-
fectis Eſſe velis,noſtroſq; huius meminiſſe minores
Quis non videt Didonem locutam de parentibus,
qui tunc erant,eorũq; filĳs, natiſq; natorum, & qui
naſcẽtur ab illis:non autem de filĳs atnepotum, &
deinceps qui illius diei meminiſſe non poterant ni-
ſi id a parentibus accepiſſent.

Patres.

Poſteri.

Minores.
Maiores.

¶Epitome capitis.cccclxxiĳ.

VIctus licet a iuriſperitis etiã amictũ contineat, tñ proprie ea duntaxat quib⁹ viuim⁹, ac veſcimur cõtinet. Eſt quoque genus vitæ mores conuiuẽtiũ cernens. Sic̃r penus nõ aliud, q̃ q̃ hõ veſcit, complectitur, licet ĩdẽ iuriſperiti largius accipiant.

¶Victus & penus. Cap.ccccclxxiij.

Victus in paruis ariſdiſq; aliſmonijs cõſtitutus eſt Teren. Lana & tæla victũ q̃ritans.

VIctus verbo Vlp. inquit cõtinentur quæ eſui potui, cultuiq; corporis, quæq; ad viuendũ homini neceſſaria ſunt, veſtem quoque victus habere vicẽ, Labeo ait. Cætera quib⁹ viuendi curandiq; corpis nři gr̃a vtimur, ea appellatione ſignificãt. Ne hoc quidẽ aut rõ, aut vſus ꝓbauit. Victus a viuẽdo venit. At viuere ſine veſtitu, cultuq; corporis licet, vt in Æthiopia, ſiue eſu, potuq; nõ licet. Idq; ſemp diſtincta hæc duo repimus, & ſemp addi alterum, de veſtitu loquor, quia alterũ quod ẽ vict⁹, hoc etiã ſignificatũ non cõplectit: alioqn nõ diceretur victus & veſtitus, Significat em̃ victus gen⁹ vitæ q̃tũ ad mores, vt quibuſcũ quis viuat, & a qbus inſtituatur & quib⁹ morib⁹ Ac neq; de penu iuriſcõſultis aſſentior, multa quæ ad victũ non ptinẽt penu cædere volentibus. Potior apud me breuis illa Cice. diffinitio erit in libro de natura deorũ. Eſt em̃ omne quo veſcuntur hoĩes penus.

Penus Plau. ĩ Perſa. Nã niſi pen⁹ ãnu⁹ hodie conuenit cras ꝓpřo ꝓſtituam vos

¶Epitome capitis.ccccclxxiiij.

¶Pignus latinũ vocabulũ, & hypotheca græcum idẽ fere ſignificãt, id videlicet qđ a debitore dat̃ creditori ĩ ſecuritatẽ & firmitudinẽ, ſed pign⁹ fere de re mobili hypotheca de re ĩmobili in vſu eſt. Accipit̃ quoq; pign⁹ pro eo quod certaturi, aut luſuri deponunt in manu ſequeſtri, vt cædat victori. Itẽ ꝓ fœdere & vinculo amicitiæ. charitatis & fidei. Vnde acceptum, vt liberi, & chariſſimi qq;, qui vinculũ charitatis & fidei ĩter cõiuges, alioſq; pſtant, pignora dicantur. Facitq; pign⁹ ſemp pignoris, licet pignero & oppignero & repignero atq; ĩpignero in ero, nõ in oro exeãt, Nã tẽpero refrigero, & vt author vult penetro, noĩa habẽt in oris, nõ in eris. Eſt aũt pignerare a primo ſignificato deductũ dare pignus, hoc eſt, arrã ſeu arrabonem, & oppignerare, & ĩpignerare quidã accipiunt pro eo quod eſt pecuniã accipere dato pignore, aut depoſito. Repignerare autẽ, reſumere pignus ꝑcio ſoluto.

¶Reperitur etiã pigneror deponẽtaliter. Cice. lib. i. de repub. Patria ipſa ſibi ad vtilitatem ſuã pigneraretur. Nec recipiendus eſt verſiculus ille notus, qui tñ a Neſtore approbatur. Pignora natorũ dicuntur pignera rerum.

¶Inter pignus & hypothecã. Cap.ccccclxxiiij.

INter pignus, & hypothecã tantum nominis ſonus differt: hæc Martianus Vlpia. vero. Proprie pignus dicimus quod trãſit ad creditorem. Hypothecam autem, quum nõ tranſit poſſeſſio ad creditorem. Ego magis cũ Martiano ſentio Iuſtinianus vero cũ Vlpia. in inſtitutionibus, dicens. Nam pignoris appellatione eam proprie cõtineri dicimus, quę ſimul etiã traditur creditori, maxime ſi mobilis ſit. At ea quę ſine traditiõe nuda cõuentione tenetur, proprie hypothecæ appellatione cõtineri dicimus. Sed non eſſe hanc differẽtiã ex eo argumentum eſt, quod alterum latinũ, & alterum græcum ſiue deſeruiens linguæ. Pignus aũt nõ tm̃ creditori datur, ſed inter paratos ſecũ decertare mutuo offertur, & apud ſequeſtrũ deponitur. Vergi. in Bucco. Ego hanc vitulã, ne forte recuſes. Bis vẽit ad mulctrã, binos alit vbere fœtus. Depono, tu dic mecũ quo pignore certes? Qui tñ ſenſus rariſſimus eſt. Nã illo figurato crebri⁹ vtimur, vt apud eundẽ. Ipſe pater dextrã Anchiſes haud multa moratus. Dat iuueni, atq; animũ pſenti pignore firmat. q. d. ſecurũ facit, vt qui dat pign⁹. A priore ſignificato dicimus pignero, & oppignero, quod eſt do aliquid arraboni, quã quidã arram appellat̃ & repignero, quod ẽ recipio pignus ſoluto debito. Propter hæc verba q̃dam, quorũ eſt Priſc. exiſtimãt pignus in hunc ſenſum, & in aliũ proximũ, habere genitiuũ. pigneris: in illũ quo ſignificamus filiũ, & ꝑ abuſionẽ coniũctiſſimas ſanguine pſonas habere genitiuũ pignoris. Vñ em̃ oppignero, & repignero inquiũt haberemus, niſi pign⁹ pigneris faceret? Nõ inepta quidẽ ratio. Sed quid rñdebunt, ꝙ quũ habeamus fœnus fœnoris, facit tamẽ fœnero, & fœneror? Idem Pri. ait antiquos dixiſſe etiã fœneris, nec tamen vt ei credamus exẽplo ꝓbauit. quid? quod ex frigus frigoris, fit refrigero? Quid? ꝙ ex tempus tpis, fit tẽpero, ex littus littoris, fit oblitero, ex penus penoris, vt ſentio fit penetro addita t, quaſi ad locũ penoris intro? Tã em̃ penus, q̃ penetro breuis prima ſyllaba ẽ. Ac mihi quidẽ propria, & vera pignoris ſignificatio eſſe ea, vnde, verba deriuãtur, videtur. Nihil em̃ illi alĩ ſignificato cũ his verbis, & filĳ non alia, vt ſentio, ratio ratione appellati ſunt pignora, niſi ꝙ pignus quoddã inter coniuges ſunt, tũ vinculi, ne aliter forte diuortiũ fieret: tum charitatis, cuius rei argumentum eſt, ꝙ legim⁹ ſæpe pignora filiorũ, vt apđ Sue. in Tybe. vita. Cõmunis filĳ pignora, & iterũ. Tam mariũ, q̃ fœminarum pignora.

Pignus Hypotheca.

Pignus Pignero. repignero

✱ Sypõtin⁹ de hoc verbo pignero ita dicit. Miror ẽ ſcri pſiſſe. Vallã oppignero ẽ do aliqd arraboni: pignerare ẽ mali ud ẽ q̃dare arraboni ſiue arre qppe pignoram⁹, qđ nobis reſtituta pecunia reddi volumus dam⁹ aũt arram ſiue arraboni ſiue arre vł ptẽ pecunię vł aliud aliquid ꝓ re empta qđ nõ reſtituitur ſed vel amittitur, niſi ſoluat̃ reſiduum. vel ſi ſoluatur in ptẽ pcĳ q̃ ſolutio fit, cõputatur. Plau. Cui ſuberi ar gentũ ab dan iſta, vt ſumeret, qđ darem⁹ arraboni.

¶Epitome capitis. ccccclxxv.

¶Ferruminare eſt conſolidare, & conglutinare pręcipue, & per eandẽ materiã, vt iuriſperiti volũt, ſed interdũ etiã per aliã. Vñ ferruminatio talis conglunatio, & ferrumẽ tale gluten. Plũbatura aũt fit ꝑ ſolũ plũbũ, vñ plũbare eſt plũbo conſolidare.

¶Ferruminatio. Cap.ccccclxxv.

FErruminatio Caſſius apud Paulũ ait per eandẽ materiã facit confuſionem, plũbatura non efficit. Idẽ ſentire videtur Pompo. dicens. Si tuum ſcyphum alieno plũbo plũbaueris, alieno ve argento ferruminaueris, nõ dubitatur ſcyphũ tuum eſſe, & a te recte vendicari. Scyphũ em̃ argentũ intellexit. Cum his pleriq; nũ ſentiũt, quorum eſt Pli. q li. x. ait. Nãq; ſurculo ſupbina oua ĩpoſito, ac ferrumĩato alio glutino ſubditã ceruice medio æqua vtriq; libra deportant, alĳ ferrumĩato dixit, q̃ſi agglutinato materia illa. Idẽ in. xi, Et medulla ex eodẽ videt̃ in iuuẽta rubens, in ſenecta albeſcẽs, nõ niſi carnis ex oſſibus & cruribus iumentorũ: aut canum quare fracta nõ ferruminat̃, q̃ſi nõ conglutinãt, nõ coaleſcit, ac colligat̃. Idẽ in. xxxi. Carris Arabię oppido muros domoſq; maſſis ſalis faciũt aq̃ ferruminãtes, q̃ſi gluti-

Ferruminatio Plũbatura

lantes.Idē.xxxvi.Calcis quoqꝫ vſum bitumē pbuit ita ferruminatis Babylonis muris.Idem.xxxvi. Ea maxime cauſa,ꝙ fulto calcis ſine ferrumine ſuo ſe menta cōponentes.q.d.glutine.Et in eodē.Vitrum ſulphuri cōcoctū ferruminat̄ in lapides,quaſi gluti nat̄ in lapides.Idē.xxxvij. Inſectant̄ plurimis vitijs ſcabro ferrumine,maculoſa nube,occulta aliqua vo mica pduro, fragilicꝫ cētro,q̄ſi glutino,& cōmiſſu ra,ſiue iūctura ſiue ligatura. Ergo ferruminatio nō vbiqꝫ per eandem materiā facit cōfuſionem ſed in terdum quoqꝫ per aliam. Plumbatura per ſolum plumbum efficit confuſionem,vt ipſum indicat no men,ſi hæc confuſio dicenda eſt.

¶Epitome capitis.cccclxxvi.

SEruus nouitius eſt iam primū venditioni ex poſitus. Veterator aut ſeruus,qui diu ſeruitiū tulit,atqꝫ ita,quia nouitius ad omne miniſte rium aptior & habilior eſt,q̄ veterator,certo aliquo miniſterio imbutus,illiqꝫ ſuetus,ideo charior eſſe ſo let,q̄ veterator.Qui autē ſeruos aut pueros puellaſ ve,ſed& equos,aut ſimilia parat,vt vēdit,māgo dr̄. ¶Errant aūt,q mangones dicūt pueros ſcutiferos, aut haſtiferos,aut ſtabularios.Nec ſatis apte loquū tur,qui religioſos nondū,aut paulo ante profeſſos nouitios appellant. quū nouitij proprie ſunt ſerui, ſed tamen & alijs rebus coniunctū legitur,vt opus nouitium,quod Plautus etiā nuperum diceret.

¶ Seruus. Cap̄.cccclxxvi.

Seruus.
Veterator
Nouitius.
*Mar.mi lia p puero centum me māgo popoſcit. & Sueto.ī Domi.Ca. ſtrari mares vetuit, ſpadonūq reſiduia pd māgones erant pretia moderatus eſt.

SERVVS,vt eſt apud Venuleiū,tam ve terator,q̄ nouitius dici poteſt, ſed vetera torem nō ſpatio ſeruiendi, ſed genere & cauſa eſſe æſtimandū.Cælius ait.Nā quiſ cunqꝫ ex venalitio nouitiorum emptus alicui mini ſterio præpoſitus ſit, ſtatim eū veteratorum nume ro eſſe.Nouitiū autem nō tyrocinio animi,ſed con ditione ſeruitutis intelligi,nec ad rem pertinere,lati ni ſciat,necne,nec ob id veteratorem eſſe,ꝙ liberali bus ſtudijs eruditus ſit. Apud Vlpianū ſic ſcribitur. Præcipiunt ædiles,ne veterator pro nouitia veneat. Et hoc edictū fallacijs venditoꝝ occurrit.Vbiqꝫ em̄ curant ædiles,ne emptores a venditoribus circūue niantur.vt ecce pleriqꝫ ſolent mancipia quæ noui tia nō ſunt quaſi nouitia diſtrahere, ad hoc ſcilicet, vt pluris vendant.Præſumptum eſt enim ea manci pia quæ rudia ſunt,& ſimpliciora eſſe & ad miniſte ria aptiora & dociliora,& ad omne miniſteriū ha biliora. Trita vero & veterana difficile eſt reforma re,& ad ſuos mores formare. quia igitur venalitia rij ſciunt facile decurri ad nouitiorum emptionem idcirco interponūt veteratores,vt pro nouitijs ven dant.Quid tam contrariū q̄ hæ duæ iuriſconſultoꝝ ſententiæ?Quid magis abſurdū,q̄ nō dico inter eas nō iudicaſſe,ſed eas aut ambas ſcripſiſſe aut cōtrari as eſſe nō vidiſſe?Et quāto plura in rebus vt conie ctura ducimur,eſſe dicunt,quum in verbis tot ſint& tam manifeſte contraria?ego vt inſtituto officio fun gar,& inter hos duos ſententiā feram,qn̄ alterius diffinitio a me tolli nō pōt,potior mihi videtur Vl piani opinio,& cū cæteris ſcriptoribus conuenire.

Venalitiarij.
Māgones.

Venalitiarij mangones dicuntur venalium homi num.Martia.Milia pro puero centum me mango popoſcit.

¶Epitome capitis.cccclxxvij.

TAmetſi latine quotānis pro ſingulis annis aut in ſingulos annos,ſeu vt quidā loquun tur annuatim dicatur:tamen minus latine dixeris,quot dieb⁹ p quotidie,& quot mē ſibus p in ſingulos mēſes,aut ſingulis mēſibus&c.

Mancinel

¶ Mancinellus tamen oſtendit etiā quot diebus/& quot menſibus a latinis dictū, cuius priuſq̄ v̄ba re citem,meminerim,illud qu dicit̄, vel quot dieb⁹ legetur,eſſe a legor legaris,nō autē a legor legeris. Verba Mācinelli ſunt.Sicuti quotānis dicit̄ pro ſin gulis annis,ita & quot diebus. & quot mēſibus p ſingulis diebus menſibuſve dici poteſt. vn̄ Cato de re ruſtica cap̄.xliij.ſic ait.Si voles vinea cito creſcat, & olea quā ſeueris,ſemel in menſe ſarrito ſulcos,& circū capita oleagina quot menſibus, donec trime erunt,fodere oportet, eodē modo cæteras arbores pcurato.& Plau. in Sticho.inquit.Vos meminiſtis quot calēdis petere demēſum cibū. Qui minus me miniſtis qd̄ opus ſit facto facere in ædibus. Varro p̄terea de lingua latina,vbi de via ſacra loquitur,ſic ait.Qua ſacra quot menſibus ferunt̄ in arcē. Apul. lib.xi.Quot diebus obibā culturę ſacraꝝ miniſteriū

Peroratio Mancinel.

¶Hæc hactenus Nicolae rubeę doctoꝝ antiſtes mi hi notanda(curſim nāqꝫ Laurētij opus perlegim⁹) occurrerunt.Si qua alia forte occurrent, his adijcie mus.Poterūt quoqꝫ alij linguæ latinæ ſtudioſiſſimi plura forſitan dep̄hendere,tu v̄o hæc qualiacūqꝫ a nobis primū animaduerſa hilari fronte ſuſcipies. Vi.. & vale.Meqꝫ vt facis ama.Datum Venetijs, pridie Calen.Febr.M.cccclxxxij.

¶In annos,quot annis. Cap̄.cccclxxvij.

Vlpianū atqꝫ Pomponiumta xat Valla.

NIhil intereſſe Pōponius apud Vlpia num ſcribendū, vtrū in annos ſingu los,vel quotannis,an in ſingulos men ſes,vel quot menſibus,an in ſingulos, dies,vel quot diebus leget̄. Ipſe quoqꝫ huic ſentētię accedo,pinde & ſi annui legent̄ tot au rei,idem erit dicendū.Corrrūpere eſt illud Vlpiane atqꝫ Pōponi linguā latinam nō adiuuare,Quis vnq̄ dixit quot dieb⁹,& nō potius quotidie?Quis etiam quot mēſibus, & nō potius ſingulis menſibus?Cur etiam nō addimus,quot horis,quot noctibus,quot luſtris?ꝙ ſi quis hoc modo loquat̄, intelligemus q dem ex ipſa verboꝝ ſerie qd velit,tn̄ vt barbare lo cutum rep̄hendimus,& ne deinceps ita loquat̄, ad monebimus,nō autē formulā alijs loquendi trade mus,vt vos facitis Iabolenus melius. Vini(inquit) falerni,quod domi naſcet̄ quot annis,vel in ſingu los annos, binos culleos hæres meus. Titio dato.

annuatim

Quidā aduerbiū hinc ducūt,qd̄ eſt annuatim vt Pli. lib.ij.di.Herodoto teſte,qui tradit ſingula milia ta lentum annuatim thuris pēſitaſſe Arabes regibus Perſarum.

¶Epitome capitis.cccclxxviij.

¶ Turba pprie & primū ſignificat pturbationē,vt verbū turbo,& Græcū τυρβη(nam τυρβαζο idem qd̄ turbo ſignificat)declarant: ſecundario tamen ſi gnificat cœtum turbationem facientem:aliqn̄ duo rum hominū.Statius in Achilleide.Nos duo turba ſumus.Rixa vero tā & ſi vt plurimū eſt duoꝝ corri xatio,tn̄ inter plures q̄qꝫ reperit̄. Errāt aūt qui pro inſtrumento quod pueri ſcutica agūt,& vulgus tro chum appellat,quum aliud ſit turbonis, nec turbi

nis genitiuũ habere docẽt, quum turbo turbonis ſit gladiatoris dũtaxat nomẽ, vt apud Horatiũ in.i.ſermonum. Turbonis in armis. Nec recte ſentiũt, qui pro carduo cardonem dicunt.

¶Inter turbã & rixã. Cap.cccclxxviij.

Turba. Rixa. *Cice.Cecinne. Exponere & quẽadmodũ hic & quãta ĩ turba viuere mus.

INTER turbã, & rixã teſtimonio Vlpi. rectiſſime Labeo ait multũ intereſſe. Nãq; turbã multitudinis hominũ eſſe perturbationẽ, & cetũ Rixã etiã duorũ. Videnẽ Vlpi. & Labeo ſentire turbã ſuapte natura ſignificare multitudinẽ, ideoq; turbã in altero ſenſu eſſe perturbationẽ multitudinis. Ego vero potius primũ ac naturalẽ ſenſum eſſe pro perturbatione, qd docet verbũ ex ea ſignificatione ductũ turbo as, perturbo, deturbo, diſturbo, cõturbo, quæ nequaq̃ ad ſolã multitudinẽ referũt, & turbo turbinis: & homo turbidus q eſt iracũdus etiã cõtra vnũ, & multa turbida dicunt. Ipſa quoq; græca origo τύρβη approbat hunc eũdem ſenſum. Cęterum quia multitudo non fere vacat perturbatione, & ipſam appellamus turbã, & colluuiẽ homines viles, & contẽptos dicimus & fecem, & ſentinã. nõ q; hominis ſint ſordes, fex, ſentina, ſed q; ſordidã, & abiectã vitã agãt. Terẽ. in And. Sed ſi tu denegaris ducere, culpã in te omnẽ trãſferet, tũ illæ turbæ fiẽt. Nẽpe inter Simonẽ & Pãphilũ, in quẽ omnis culpa trãſferetẽ ergo turba erit inter duos, & idẽ in eadem ait. Dĳ vẽſtrã fidẽ, quid turbe eſt apud forũ? quid illic hominũ litigat? Ego nõ nego aliquãdo turbã inter multos, quẽadmodũ rixã nõ ſemper inter duos, cuius multa exẽpla ſunt, ſed etiã inter plures, vt apud Liuium. Eo anno Romæ quũ per ludos a Sabinorũ iuuentutem per laſciuiã ſcorta raperent, cõcurſu hoim rixa ac pp̃e pliũ fuit. Et nõ lõge poſt. Quũ cõuerſus ĩ patres impetus eſſet, cõſulũ intercurſu rixa ſedata eſt. Sed Terẽ. fortaſſe ideo adiecit, qd hominũ illic litigat, qa per verbũ turbæ nõ ſatis ſignificatũ erat perturbationẽ eſſe multorũ, quãq; & illud turbæ nõ minus p multitudine hominũ accipi põt, q̃ p perturbatione, quũ præſertim de perturbatiõe adĳciat, qd illic hominũ litigat? Sed de vno loco non attinet diſputare vbi infinita ſuppeditãt. Dixi a turba fieri turbo, cuius genitiuũ grãmatici quidã volũt eſſe pro ludicro illo inſtrumẽto turbonis, qd vel ex hoc falſum eſſe documentũ eſt, q; formã acumine faſtigiato vo camus turbinatã ad ſimilitudinẽ ligni illius Fallunẽ igitur grãmatici ĩ turbo turbonis. quõ in cardo cardonis, qd nec ipſum inuenitur.

*Sic apũ Iuue. Miſere cognoſces prælia rixe.

Turbo nomen. Cardo.

¶Epitome capitis.cccclxxix.

EX authorare eſt ducẽ ab imperio ſuo dimittere, vel miſſum facere militem, illumq; donare plerumq; miſſione militiæ.

¶De hoc igitur vocabulo, de quo prius latius dictũ eſt, non recte ſentit Iulianus iuriſconſultus.

¶Ignominioſa miſſio. Cap.cccclxxix.

Ignominioſa miſſio.

IGNOMINIOSA aũt miſſio (ſi Iuliano credimus) toties eſt, quoties is qui mittit, adĳcit noĩatim ignominiæ cauſa mittere. Semper eñ debet Imperator addere, cur miles mittaẽ, ſed ſi eũ exauthorauerit inter infames efficit, licet nõ addidiſſet ignominiæ cauſa eũ exauthorauiſſe, pace tñ Iuliani, exauthorare eſt ducẽ ab imperio ſuo dimittere, vel miſſum facere militẽ, illũq; donare miſſione militiæ plerũq;, vt apud Quin. in milite Mariano. pater huic emeritis bello ſtipẽdĳs tũ, quũ tota ſubnixũ Numidia fregim⁹ Iugurtham. exauthoratas armis man⁹ agreſti labore ſubegit. Tit. Li. ab vrbe condita. li. xxxv. Volonũ quoque exercit⁹, qui viuo Graccho ſumma fide ſtipendia fecerat, velut exauthorat⁹ morte ducis, a ſignis diſceſſit. & in. xxxix. vbi hoc mõ exauthoratũ equitẽ cũ gratia ĩpatoris viderũt, ſe quiſq; excuſare & vicariũ accipe. & in. xlĳ. vbi is veniſſet, oẽs milites exauthorati domũ dimitterent, pter quinq; milia ſocium: his quos obtineri circa Arimi nũ pruinciã ſatis eẽ. Idẽ li. xlv. Poſtero die concione aduocata de rebus a ſe geſtis, & de iniuria Tribuni bello alieno ſe illigãtis, vt ſuæ victoriæ fructu ſe fraudaret quũ differuiſſet, milites exauthoratos dimiſit.

¶Epitome capitis cccclxxx.

¶Depect⁹ nõ ſemp eſt turpiter pactus, vt deperſiõnẽ ſignificet, ſicut indemẽs & deſipiens, ſed p ſimplici accipitur poti⁹ cũ quodã ĩcremẽto. ſicut demiror. deãbulo, demõſtro, deoſculor, depĩgo, depoſco, deuito, deguſto, demoror, demulceo, & multa alia

¶Depectus. Cap.cccclxxx

DEpectus (ſi Vlpiano credimus) dicitur turpiter pact⁹. Mihi aũt p ſimplici potius accipi videẽ, id quod in multis fit, vt demiror, deambulo, deſumo. demõſtro, deoſculor, depingo, depoſco, deuito, deguſto, demoror, depẽcor, demulceo: q; ſi quando reperiatur pro turpiter, quod non memini repeiſſe me id fit non magis vi præpoſitionis qua hoc verbum cõponitur, q̃ vi ipſius verbi, quod citra cõpoſitionem nonnũq; turpem pactionẽ ſignificat. Cice. in Paradoxis. Si quotidie fraudas, decipis, poſcis. paſciſceris, aufers, eripis. Si ſocios ſpolias, ærarium expiras. Si teſtamenta amicorum expectas, ac ne expectas quidem, atq; ipſe ſupponis. Hæc vtrũ abundantis, an egentis ſigna ſunt? Exemplũ vero q; depectus non ſignificat turpiter pactus, ſed tantum pactus apud Terentiũ in Phormione. Ita me bñ dĳ ament, vt mihi liceat tandiu quod amo frui: ita depaſciſci mortẽ cupio. Tale eſt hoc Terentianũ quale eſt illud vergilĳ. Vitamq; volunt pro laude paciſci. Illud quoque apud Mar. Tul. ĩj. Rheto. Quidam cũ circunſideretur, neq; effugere nullo modo poſſet, depectus eſt cum hoſtibus, vt arma & impedimenta relinqueret, milites educeret: itaque fecit armis, & impedimentis amiſſis, præter ſpem milites conſeruauit. Non eſt accipiendum pro turpiter pactus ab authore eſſe poſitum: quippe qui cauſã narrat de qua controuerſia eſt, an ille turpiter pact⁹ ſit: non autem factum hominis damnat, & aliquoties factum hoc paulo poſt pactionem vocat: & in libris ad Herẽnium hanc eandem rem geſtam ita exponit, vt quod erat tui officĳ, neq; accuſet, neq; excuſet, ſed tantummodo pactum inter Pompilium & Gallos ita fuiſſe ſignificet hanc controuerſiam ab accuſatore atq; reſ declamandã proponat.

Depectus

Decompoſita.

¶Epitome capitis.cccclxxxi.

¶Omnis lapis precioſus tam lucidus, q̃ non lucidus, ſi magnus eſt, vocari poteſt gemma: ſi paru⁹

gemmula, aut lapillus. Myrthina quoq; inter gemmas reponit Pli. Margarita autem, ſiue margaritū multi gemmam negant, eſt tamen lapillus, nec ſic diſtinguitur, vt Ser. in textu docet. ſed eſt margarita, quæ in concha naſcitur, & cōchyliū dicitur, a vulgo autem perla, Pla. vero atq; Solino appellatur vnio, ꝙ ſemper diſtincta naſcitur. Eſt autem vnio ſic maſcu. ge. vt omnes cōſentiūt. Sed pro vnanimitate neſcit, an lectū ſit, & ſi legatur, nō tamen erit femi. gene. ſicut nec talio, ſtellio, curculio, & ſenio, quod illi ſimile eſt. Perſius. Scire erat in votis quid dexter ſenio ferret.

Vnio.

¶Gemme: Lapilli. Cap. cccclxxxi.

Gemmę. Lapilli. ✱Hora. Nec magis huic intra niueos virideſq; lapillos.

GEMMAS, lapilloſq; Vlpianus ſic diſtinguit, dicens. Gēmæ, aut ſunt perlucidæ materiæ, quæ (vt refert Sabinus ad vitelliū) Seruius ad lapillis ſic diſtinguebat, eo, ꝙ gemmæ eſſent perlucidę materiæ, velut Smaragdi: Chryſolithi amethyſti, lapilli contrariæ ſuperioribus naturæ, vt Abſiani, Neuētani, Margaritas aūt nec gēmis, nec lapillis contineri ſatis conſtitiſſe, idem Sabinus ait, quia cōcha apud rubrū mare & creſcit, & coaleſcit. Myrthina aūt vaſa in gēmis nū eſſe Caſſius ſcribit. Hoc falſum eſſe pace horum quatuor iuriſconſultorum, cū omnes authores probant, quorum Pli. titulum de gemmis nō tranſlucentibut fecit, & Myrthina in gēmis numerat, & omnes lapides præcioſos, præter Margaritā, nomine vno (qđ tantū latina lingua habet) gēmas appellat, tū ipſa ratio. Nam quis non videt, lapillus quod generale eſt nomen omnium paruorum lapidum, ſed ſubintellectione præcioſus, idē eſſe qđ gēmula? Nam gēmas etiā accipimus multoꝝ cubitorū inueniri, quas vt vere lapides nō lapillos appellare poſſum⁹, ita quū minutæ fuerint lapillos appellare debemus, ꝙ ſi hi lapides tā grandes trāſlucidi ſiue perlucidi nō fuerint, quales ſunt imperfecti, nunquid vocabimus eos lapillos? Quid hoc ridiculū magis? ꝙ ſi etiā omnis lapis perlucidus gēma eſt, etiā Pariū marmor, qđ in modū vitri tranſlucidū eſt, gēma erit. Poſtremo reperimus eiuſdem coloris lapides quoſdā permiſtim conſtare ex perlucidis & non perlucidis, & ita permiſtos natura, vt nō poſſis partē appellare gēmam, partē lapillū. Curtius lib. viij. quū dixiſſet Gemmas, margaritaſq; mare litorib⁹ infundit, paulopoſt de eiſdē Indis ait. Lapilli ex auribus pēdentes, profecto perlucidi intelligendi ſunt. Et iterū lib. x. de rege indo. Pendebāt ex auribus inſignes cādore, ac magnitudine lapilli. Margaritā vero ſiue margaritū quis negare lapillum poſſit? qui ſemper eſt puſillus lapis? Ego quidē candidos illos lapillos ex Indi regis auribus pendētes, margaritas interpretor. Horat. quū inquit Nec magis huic intra niueos, virideſq; lapillos, de margaritis & Smaragdis intellexit. Margaritam aūt, ſicut lapillis forſitā nego, ita gēmis fateor contineri, qđ fere omnes concedunt. Seruius tamen grāmaticus quaſi multi aliter ſentiant, inquit. Sane multi ſeparant gēmam a margarita, vt Cice. Nullā gēmam, aut margaritā, & gēmas volunt dici diuerſi coloris. Margaritas vero albas vel gemmas integras, margaritas ptuſas. Hæc Seruij opinio ab omnibus, & ab ipſa virtute diſſentit. Eſt enim margarita quæ in cōcha naſcitur, vnde cōchylium dicit̄, quā vulgo perlā appellant. Hęc etiā vocatur vnio (vt idē Pli. ait) quia nunq̄ niſi indiſtincta reperiatur, eſtq; generis maſcu. nam fœmini illud, quo nunc quædam pro vnanimitate vtunt̄ nec authoritate nititur (Neſcio enim, apud quē reperiatur) nec arte quū deberet eſſe maſc. potius generis, vt talio, ſtellio, curculio.

Sabinus iuriſcōſultus falſo dixit margaritas lapillorum noīe nō cōtineri.

Margarita. Cōchyliū. Vnio. ✱ Pli. dos eſſe vnionū eſt in cādore, magnitudine, orbe, leuore & pōdere.

¶Laurentij Vallenſis Patritij Romani de lingua latina q̄ optime meriti cōmentariorum grāmaticoꝝ ſcd̄m linguæ latinæ elegantiā librorū ſex ab Aſcenſio compendioſe explanatorum. Finis.

¶Iodoci Badij aſcenſij in Laurentianam de ſui, & ſuus reciprocatione ad Tortellium præfationem.

¶Epitome.

QVoniā tāta eſt huius pronominis ſui, eiuſq; poſſeſſiui ſuus in oratione vis, atq; poteſtas, q̄ta fingitur Plutonis in rerum poſſeſſione, non contēnendum eſt ſequens de reciprocatione eorūdem opuſculum, quum eius cognitio ſit perq̄ neceſſaria, & in primis difficilis, quippe in qua maximi quiq; dormitaſſe comperiuntur.

¶Reddit igitur ipſum Tortelliū, cęteroſq; lectores ex difficultate & vtilitate operis attentos, ſed priuſq̄ id faciat, beneuolū reddit ex eius ad quē ſcribit meritorum, ex dignitatis cōmemoratione. Docilem vero ex ordine ꝓcedēdi. Nam pollicetur ſe priſciani præcepta vbi minus recipienda ſunt, refellere, & ſua de hac re diligētius tradere. Vtit̄ ergo iucunda cōparatione huius pronominis ſui & ſuus ad Plutona, qui tertius quidē deorum, ſed tamen ditiſſimus eſt habitus, de qua tamen re longa eſt apud Macrobium de ſomno Scipionis cōcertatio, quomodo Dis, ſeu pluton dicatur, quum ſit inferiorum, & mortuorū deus verum inferos hic eſſe cōtendit, & duplicē eſſe mortem, de qua re apud ipſum videre licet. Quantū vero ad hanc cōparationem, certū eſt in fabulis eſſe. Saturnum filios ſuos deuorare ſolitū, materna tamen induſtria receptos tres Iouem, qui in Dicteis montibus ſeruatus, ob id cœli moderationē obtinuit. Neptunum, qui inter naues ſeruatus maris imperium, ſeuumq; tridētem ſortitus eſt. Et plutonem in terris cuſtoditum, & ob id inferorum deum Ditēq; vocatum, aut ꝙ in viſceribus terræ lateant fere mortaliū diuitiæ, aut ꝙ tunc demum vere beati credebantur, ac diuites, quū ad Elyſium fuerint tranſlati. Verum harum poteſtatum voluerūt eſſe cōmunionem, ita vt ſinguli ſuperni, inferni, & medij dici poſſint. Vnde & inſignia triformia habent. Iuppiter telū triſulcum. i. fulmen. Neptunus tridentem, videlicet fuſcinam, Et pluton ſeu more noſtro Pluto (nā quę apud nos in o exeūt, fere in on exeūt apud Græcos, vt Pluton, Ciceron, Caton &c.) Cerberū canū tricipitē. Omnis autē (vt Auguſtinus quoq; teſtatur) rerum participatio fit per meū, & tuum, ac ſuum, quib⁹ ablatis omnia fuerint cōmunia. Sed finem facio.

¶LAVRENTII VALLENSIS AD Ioānē Tortelliū Aretinū cubiculariū apoſtolicū, de reciprocatiōe ſui, & ſuus libell⁹ plurimū vtilis.

Bñuolũ facit.

SINGVLARIS tua Ioannes Tortelli, tum erga me beneuolẽtia, tum de meis (quantulæcunq; ſunt) literis opinio, hiſq; præcipue quæ ad eloquẽtiam ſpectant, facit, vt qcquid de elegãtia linguæ latinę, qui primus ad eloquentiam gradus eſt, ad noto, id omne ad te potiſſimũ ſcribã, quũ præſertim nihil eius generis tam exiguum proficiſcatur a me, qđ nõ tuo neſcio iudicio, dicã an amori, maguũ eſſe videatur. Non repudiabis igitur hoc tãq̃ exiguũ, qđ de pronomine ſui cum eius deriuatiuo annotaui, velut appendicẽ quæſtionis illius vbi quæ ſunt huic cũ genitiuis primæ ac ſecũdæ perſonæ, cõmunia, quẽadmodũ ſcis, diſſeruimus. Nã illic quæ triũ omniũ, hic vero quę vnius tm̃ ꝓpria ſunt explicanẽ, eatenus prorſus quatenus pertinet ad reciprocationẽ.

Attẽtũ facit.

Hui dicat aliqs, perexigua perexiliſq; materia, nec ſatis ſcribi digna. Iſti ego (vitandus eſt em̃ in principio maxime contẽptus operis) affirmo nõ talẽ, ſibi introg. . ſco eã viſum iri, ſed magnã, ꝓfundam, ſinuoſam ſimileq; Labyrintho cuidã, etiam ſi Minotaurus non ineſſet, vt vere liceat Verg. verſu dicere. Hic labor ille domus & inextricabilis error.

Vergi.

Vbi vtinam nõ plerıq; falleremur nõ modo plebeij, ſed etiã principes indicendo ac Theſeo pares, filo illo Ariadnes aut nõ vtimur, aut abutimur. Neq; de noſtra tm̃ memoria vreũ de aliquot iam ꝓximis ſeculis loquor. In quibus vix quiſpiam vitio hoc nõ laborauit, vel vtẽdi iſto ꝓnomine quũ nõ oportet, vel nõ vtendi quũ oportet. At q̃ vſitato q̃ neceſſario, quantæ etiã dignitatis vocabulo? Etem̃ vt ſuperſedeã de genere hoc toto dicere, quantum grãmaticis, dialectis philoſophis vtiq; in his q̃ metaphyſica vocãt quantũ theologis, iuriſperitis, oratoribus, quantũ deniq; omnibus ſermone vtẽtibus cõducit rerũ verborũq; interpretatio, qđ propriũ eſt elegantiæ, certe hoc cuius vim iuſq; interpretamur, tanti faciendũ eſt inter cætera vocabula, quanti Pluton inter reliqua numina triũ maximorũ deorũ, & vnus & frater tertius. Rides viciſſim cõparationis hyperbolẽ. Tu vero vel per me licet rideas, tecum vna etiã rurſum, quũ vt inquit Hora. Ridentẽ dicere verũ nil vetat.

Hora.

Rideas inquã, nõ derideas. Nã & ꝓpius ad veritatẽ accedet mea ſuperlatio ridicula, q̃ tua cum detractione deriſio, nec nihil bella, nec incõcinna, nec inepta ſane cõparatio erit. Si quiddem quẽadmodũ tres filij Saturni (ſi vetuſtati credimus) om̃ia inter ſe diuiſere, vt Iupiter cœlũ, neptunus maria. Pluton inferos ſortiretẽ, ita tria ꝓnomina & inter ſe germana, & inter cæteras voces primaria, tũ omnem perſonarũ numerũ cõplectunẽ. (Ego ſimile Ioui, cuius prima eſt dignitas. Tu ſimile Neptuno, cuius ſecũda. Sui ſimile Plutoni cuius tertia) tam om̃ia per totidẽ deriuatiua cuiuſq; ſingula ſibi vendicat. Nam quid eſt, quod nõ meũ, aut tuum, aut ſuũ dici queat? & licet ſui nõ cõtineat tertiã omnino perſonã tamẽ illius veluti fons eſt perq; ipſum ea tota nũcupatur, ditius nimirũ ac locupleti⁹ vtroq; aliorũ, qm̃ plures voces poſſidet tertia pſona q̃ reliquæ, & hinc quoq; Plutoni cõparãdũ, q Dis a diuitijs, & eadẽ cã græce Pluton appellaẽ.

Sui pĺutõi cõparatur

Dis.

EnImuero deuitat obſcuritas hæc amphibololiæ, per aliquod fere trium ꝓnominũ is, ipſe, ille, quæ cũ alijs duobus ſui/& ſuus mõ pugnant, mõ conueniunt, ritu Troianorum puerorũ, vt eſt apud Vergilium. Et nunc terga fuga nudant nunc ſpicula vertunt Infenſi, facta pariter nunc pace feruntur. Mutaui modo ſe in ipſos, mutabo alio exemplo in eos (vt fecit interpres ſuperius in pſal. ſi tñ mutaſſe dicendus ſit) Cicero. in Bruto. Is ſoceri inſtituto quẽ (quia cooptatus in augurũ collegium nõ erat) non admodũ diligebat: ꝑſertim quum ille Quintilianus, Scæuolã ſibi minorem natu generum ꝑtuliſſet. Nã ad ſibi (vt Quin. verbis vtar) q eum notat, & ad ſocerũ referri, & ad Fanniũ poteſt. Ac ſi dixiſſet ei, de Fãnio vtiq; locutꝰ itelligeret: aut ſi ipſi aut illi, ſic: ꝑſertim quũ is Quintũ Scæuolã illi. Et ego q̃dẽ deuitare, cupio amphiboliam. At Priſcianꝰ cuius hoc erat officiũ, quũ eam notat, non mõ/id non facit, verum etiam in ipſam incidit paulopoſt, dum ait. Vel quum tranſitũ facit in aliquos ſibi coniunctos, vt ille miſeretur eorum, qui ſecũ viuunt, vel ſibi parentium, vel ſecum degentiũ: dat ſibi fauentibus, incuſat ſecum certãtes, & inuidet ſe indigentibus. Nã id ſibi, & id ſe (quũ tam pluralis ſit numeri, q̃ ſingularis) quo referatur, ambiguũ eſt. Sed hæc amphibolia in primitiuo eſt illa, quã ipſe notat in deriuatiuo. Rogat iſte illũ ne ſuo noceat filio. q̃ſi vero nihil ad rem faceret, illud de Cic. & Varrone aliud ambigui protulit exemplũ.

Æñ.v.

Cicero in Bruto,

Aliqñ pro ſui ſiue ſuꝰ ponitur is aut ipſe, aut ille duntaxat ad cuitandã amphiboliã.

¶Epitome capitis.ccccxcij.

Suus illius ſeruus

¶Suꝰ eſt illiꝰ ſeruus, aut doceo ſuum illius ſeruum, non dicemus, neque ab alio, q̃ a Priſciano vſurpatus eſt eiuſmodi ſermo

¶Suus eſt illius ſeruus & ſimilia male dici Cap.ccccxcij

IN quo etiam exponẽdo, quod in illo non feciſſet erra[u]it, vt ad aliã quæſtionem tranſeamus. Errauit enim inquiens ambiguum, cuius filio? ſuo, iſtius an illius? Cuiuſmodi eſt qđ ſuperiꝰ dixi, doceo ego vſtu ſuũ illius ſeruum. Et iterum. Suus eſt illius ſeruus, & iterum. Suus illius, iſtius, ipſius hominis. Inq; alia longo poſt materiã ſi ſubſtantiuis vel vocatiuis verbis adiungantur, ſicut & nomina meus eſt filius, meus vocatur ſeruus, tuus nominor parens, tuus eſt pater ſuus illius ſum filius ſuus illius es filius, ſuus illius eſt filius. Et aliquanto poſt non ſemel, quæ verba mox ſubiungam, quoꝝ Priſciani exẽplorum vnũ eſt ſuus Vergi. verſus, ſimile illi. Vtrum Platonis, an Ariſtotelis ſuũ? Quod ſermonis genus, quantum memini, nuſq̃ inueni, eo ꝙ mallem aliena prompſiſſet exempla is: qui hoc tradidit, q̃ ſua finxiſſet ad hoc ꝓbandũ, ea quoꝝ ꝓ facient: quæ de cõiuncta huic materia diſputabimus.

¶Epitome capitis.ccccxciij.

DIſcretionis: vel abundãtiæ cauſa, non eſt addendum ſuus: additur tamen, quũ notat ꝓpriũ: vt ſuus eſt cuiq; mos: ſuus eſt Homeri, vel Homero mos. Nõ aũt, quãdo poſſeſſionẽ, quale eſſet, ſuus eſt Homeri liber: aut filius, in quo ſuus redũdat quod nõ idẽ eſt, quod abũdat, vt Priſcia. abutitur, qui pro innumeris tertiarũ perſonarum vocibus, innumeras tertias perſonas eſſe dixit.

¶ꝙ neq; diſcretionis: neq; abũdantiæ cauſa poſſit addi ſuus. Cap.ccccxciij.

IAM VERBA, quæ modo promiſi me ſubiuncturũ, vtriq;, atq; adeo multiplici quæſtioni ſeruiẽt, & idcirco ꝓlixius recitent, quæ hæc ſunt. Diſcretiõis quoq; cauſa, vel abũdãtiæ ſolet cũ genitiuo poſſeſſoris addi noĩatiuus poſſeſſiui, vt ſuus ẽ Homeri mos. Intelligit enĩ non alterius, & ſuus Ciceronis filius heres eſt patris conſtitutus. Suus dicit ad diſcretionẽ illius, qui ſcđm leges nõ eſt ſuus. i. ſub poteſtate patris legitimi nõ eſt, ꝙ aũt ſuus pro vniuſcuiuſq; proprio accipit: vſus cõfirmat. Verg. Geor. i. molles ſua thura Sabei. Teren. in Phor. Quot homines, tot ſententiæ. Suus cuiq; mos eſt. Sin: aũt in poſſeſſionẽ fit a poſſeſſore tranſitio: obliquis poſſeſſiui vtimur, vt Cice. miſeretur filij ſui, præbet filio ſuo. Sin extrinſecus fit tranſitio in poſſeſſionẽ tertiæ perſonæ ſufficit genitiuo vti ipſius poſſeſſoris: vt Miſereor filij Ciceronis dono filio Cice. accuſo filiũ Ciceronis. Licet tamen etiam addere poſſeſſiui caſus conſequentes, vel diſcretionis cauſa. vel abundantiæ, vt egeo ingenio ſui Ciceronis. Benedico ingenio ſuo Ciceronis: & ſimilia. Illud quoq; ſciendũ, ꝙ quum in alijs poſſeſſiuis omnibus liceat primitiui genitiui pro omni eoꝝ vti caſu, qđ oſtẽdimus: in hoc quoq; poſſeſſiuo ꝓnomine tertiæ perſonæ, quomõ in alijs tũc vtimur quum ipſe poſſeſſor aliquid agat in poſſeſſionẽ ſuã & quũ in aliã perſonã tranſitũ oſtendatur facere ꝓ ſua poſſeſſione, vt amat ille filiũ ſuũ, & amat ſui filium benedicit ſuo filio, & benedicit ſuo filio, petit a me, vt ꝓſim ſuo filio. & vt ꝓſim ſui filio. Si ipſa tñ poſſeſſio in poſſeſſorẽ faciat tranſitionẽ, non eſt congruum vti primitiui genitiuo pro poſſeſſiuo: quia vim habet cõpoſiti græci, vt Ciceroni redit ſuus filiꝰ nõ ſatis cõmode ꝓ hoc dicit. Ciceroni redit ſui filius ꝓ ſuus filius, nec Ciceronẽ laudat ſuẽ filius ꝓ ſui filiꝰ, & ſimilia q̃nec apđ Græcos bene dicit κικερωνα φιλει ὁ ἑαυτοῦ υἱός. i. Cicero amat ſuipſius filius, niſi more Attico pro ſimplici cõpoſitum accipiatur. Et ſciendũ, ꝙ quia primitiuum eius tam ſingulare, q̃ plurale eſt, licet in poſſeſſiuo & vnũ, & plures poſſeſſores eius intelligere, ꝓ ſignificatione genitiui ad poſſeſſorem pertinentis, vt ſuus illius, & ſuus illorum. Nec mirum, ſi per tranſitionẽ Ro. vtũtur his pronominibus: ſcilicet ſui, ſibi, ſe a ſe, & eius poſſeſſiuo, vt oſtẽdimus, necnon ſi ad coniunctionẽ ſui, etiam ad alias perſonas aliquid agat, vt ille vocat me ad ſe, ducit te ſecum, trahit omnia in ſe, vel quum tranſitum facit in aliquos ſibi cõiunctos, vt

Priſciani. li.xvij. verba.

Vergil. Georgic.i.

Vide Priſ. lib.xvij.

ſlle miſereturꝗ eorum,q ſecum viuunt,vel ſibi paren
tium vel ſecũ degentiũ,dat ſibi fauentibus incuſat
ſecum certantes,& inuidet indigentibus.Et viden-
tur hęc omnia poſſeſſiuorum vim habere,& ſimi-
lia,nec incongrue huiuſce modi conſtructionẽ ha
buiſſe.Quũ Attici quoqꝫ ſoleant huiuſmodi cõpoſi
tis vti in cõſtructionib⁹.Xenophõ απο μνημονευμ
των.Priſ. Αλλα σωκρατης.γετκηατκ γορος το
πατερα προπη λακιζειν εδιδασκε πειθων υιον
τας αυτω σοφωτερους ποιειν των πατερων.
Qđ autem etiã genitiuo(vł datiuo)q loco ſit geniti-
ui poſſeſſoris,bene additur etiã poſſeſſiuũ(vt ſupra
diximus)non ſolum noſtrorũ,ſed etiam antiquorꝫ
vſus cõprobat.Verg.in Buco.Et me Phœbus amat
phœbo ſua ſemper apud me Munera ſunt lauri,&
ſuaue rubens Hiacynthus.Terent.in Adelph.Suo
ſibi hunc gladio iugulo.Plau.in Timeo. μητ᾽ αρα
αργυριον μητε χρυσιον τε κτα αλλο ποι ηθενητη
μα αυτου ιδιον. Et(quod mirũ eſt)hoc ipſum etiã
τοι διον primæ & ſecundæ adiungitur pſonæ a
pud illos,vt Iſeus εντω προς ευκλειδην ουκ αυτα
ιδια τα εμαυτου,p quo nos,dicim⁹ meũ propriũ
& tuum proprium.Dicitur tamen ſuum proprium
illius,vt non putetur abundare ſuũ,ſed indubitabi
lem diſcretionẽ ſignificare.Illud quoqꝫ notandum
etiã ꝙ tertiæ perſonæ poſſeſſiuũ ad innumerabiles
(vt diximus)refertur pſonas:quippe quũ ad oĩa
tertię perſonæ pronomina,& ad oĩa noĩa,& par
ticipia poteſt referri,vt ſuus illius,ſuus iſtius,& ipi⁹
huius.eius,ſuus Vergilij verſus,ſua dicentis diligen
tia,Primæ aũt pſonæ poſſeſſiua,& ſecũdæ nõ egẽt
p ſe prolata adiunctione alicuius genitiui,quũ vim
genitiui finiti in ſe habeant,quõ nec ſuus eget gtõ
ſui primitiui,quẽ in ſe poſſidet:ſed extrinſec⁹ alteri⁹
vocis,ppter multitudinẽ tertiarũ pſonarꝫ.Præter rẽ

Authoris verba.

fuerit hic notare,ꝙ tũ multas,atqꝫ adeo innumera-
biles pſonas tertias,quũ tm̃ vna ſit:ſed hui⁹ pſonæ
innumerabiles voces.Primũ aliud eſt ſu⁹ illi⁹ filius
&c.Aliud ſu⁹ eſt Homeri,vel Homero mos:& ſuus
cuiqꝫ mos.& apud Catullũ.Suus cuiqꝫ innat⁹ eſt er
ror,qm̃ hic accipitur ſuus p propri⁹,illic minime.
Deinde nulla eſt reciprocatio,quæ hic eſt:quippe in
tercedente verbo inter ſuus,& genitiuũ datiuũve,
ſic.Homeri vel Homero eſt mos ſuus,ſiue mos ſu⁹
eſt Homero:cuiqꝫ eſt mos ſuus,ſiue mos ſuus ẽ cui-
qꝫ.Cuiqꝫ eſt innatus ſuus error:ſiue ſuus error eſt in-
natus cuiqꝫ.Phœbo ſunt ſemp lauri ſua mũera apđ
me:ſiue lauri ſua munera ſunt ſemp Phœbo apud
me.de quo genere cõſtruendi poſteri⁹ quid ſentiam
apparebit.Nã illud exemplũ.India mittit ebur mo
les ſua thura Sabei.inutile exẽplũ eſt,in quo nõ acci
pitur ſua pro ppria,ſed quõ quũ dicimus mittunt
ſuos legatos,ſuos milites,ſuas naues,ſua agmina
ſuo etiã mõ accipitur in Terentiano exẽplo. Suo ſi
bi hunc gladio iugulo ꝙ ſibi nulla niſi feſtiuitatis
cuiuſdã gratia additũ eſt:nec ita cohæret cum hoc
abltõ datiuus ſui primitiui,vt ſit in illis genitiuis,
ſuus illius Ariſtotelis Platoniſve.nullo pacto ſepa-
rabilib⁹.Nã ſi ſepares,iã alterũ gen⁹ loquẽdi erit,de
quo non loquitur Priſc.hoc loco:ſuuſqꝫ ſignificabit
id quod pprius,Separes autem interiecto vbo ad
hunc modũ.Suus ẽ illius mos,ſua eſt illius natura,
ſu⁹ eſt Ariſto.modus,ſuũ Platonis gen⁹,ſu⁹ eſt vgi.
verſus,ſua eſt diſcentis diligẽtia,ſua docentis.Et ſi-
ne verbo ſubſtantiuo,ſu⁹ tenet dolor patrẽ,ſu⁹ ma-
trem.Nec pcul ab hoc eſt Ver.illud.Feſſorqꝫ ſopor
ſuus occupat artus.Quapropter nõ eadẽ eſt(vt Pri.
placet)rõ dicendi,ſu⁹ eſt Homeri,vł Homero mos,
vſitatiſſimũ loquẽdi genus,& ſuus Cic.filius,hęres
eſt patris inſtitutus.Qđ dici rõ vetat.Nã qđ ait , ad
diſcretionẽ illius qui ſecũdũ legẽ nõ eſt ſu⁹.i.ſub po-
teſtate pr̃is legitimi nõ eſt.Nulla rõ eſt,niſi & doce
ceat ſic locutos eẽ vel legũ legatores,vel principes
ſenatũve,aut populũ,vel ptores,vel iuriſcõſultos,q
etiã diffinitũ reliquerunt q ſui dicãtur vel hæredes,
vel ſeruis,nunq̃ hoc pnomẽ genitiuis eiuſdẽ modi
copulãtes,&(vt rationẽ quoqꝫ reddã)ſuus hæres ad
eũ cuius quis hæres eſt,refertur,ſicut ſuus ſeruus ad
eum cuius quis eſt ſeruus,vt ſi dicã,nemo põt ſuum
inſtituere hæredẽ ſeruũ ſuũ,et ſua tutela ad illũ refer
tur,cuius tutela eſt,nec aliter dicitur,ſuus ad diſcre-
tionẽ alterius,q̃ meus/tuus/alienus.Quũ ergo nihil
agat ſu⁹,ſi apponatẽ ad Ci.fili⁹,palã eſt redũdare nõ
aliter q̃ in altero exẽplo.Egeo ingenij ſui Cice.Bñdi
co ingenio ſuo Ciceronis vbi ſuus redũdare nõ aſr
q̃ in altero diffitetẽ Pri.Sed p redũdantia dixit abũ
dantia. Sane abundãtia aliquid interdũ cauſæ ha-
bet redundantia nihil.Nã quo dictionẽ,nõ dico ab
ſurdã,ſed otioſam,ac ſi rem mẽbro quod integro
corpi veluti ſextus in manu digit⁹ adnaſcitur?Quã
ipſa quoque q ait,tacite reformidat lõge poſt(quũ
de vocatiuis pnoĩm)agit inquiens.Itaque q̃uis q̃tũ
ad ipam rerum naturã recte videatur poſſe dici, o
ſue fili Euãdri,& o ſua vxor Euandri,vt ſi dicã.Euã
drie fili,& Euãdria vxor,quũ in hoc duæ tertię ſi tel
ligantur pſonæ poſſeſſoris,& poſſeſſionis,vſus ta-
men deficit.Cur vſus Priſciane deficit?Nempe quia
deficit rõ,atqꝫ ipſa rerũ natura,qm̃ ſuæ & redũdat
& reciprocationẽ(qđ ipſius ppriũ eſt)pdit. At tu
vis addi etiã propriũ nec tamẽ nunc redũdare ſiue
abundare ſuũ,ſed indubitabilẽ ſignificare diſcretio
nẽ.Harũ rerũ(quũ ratio tecũ non faceret)ſi nulla
vſpiã reperiebas exẽpla,tradere pcepta non debui-
ſti,ſi repiebas,& illa debebas pferre quod feciſſes,
(opinor)ſi repiſſes.

Lapſus Priſciani

Redũdantia.

Abundantia.

Priſcianũ Valla taxat

¶Epitome capitis.ccccxciij.

¶Suus aũt pbari põt,non carere vocatiuo,licet in
vſu non ſit quũ vocandi caſui decenter cohæreat,vt
defendite Cæſarẽ o ciues ſui.

Suus vocatiuum habet

¶Sus non caret vocatiuo. Cap.ccccxciij

QVod ſi vſus.& vitandæ redundãtiæ &
conſeruandæ reciprocationis cauſa re
ſpuit talẽ vocatiuum,o ſue fili Euãdri
quid faciet neutra obſtante iſtarũ cau
ſarũ Profecto vocatiuũ oportet admit
tat.Quum natura(Priſciano quoqꝫ teſtante)non re
fragetur. At quo pacto reperiemus nec redundã-
tem nec reciprocum vocatiuũ?Id vero iam ſuperi⁹
oſtendim⁹.Si eñ illic.Bñdicite dño ãgeli ſui,i.d an
geli vocatiui eſt caſus:perinde ac ſi diceretur o ãgeli
ſui:& quale eſſet,defendite adiuuate ptegite Cæſa-
rem vita periclitãtẽ o amici ſui,o milites ſui,o ciues
ſui quidni vocatiuũ ſuus habere dicendum eſt?ꝙ ſi
nulla huiuſcemodi reperiantur exempla:nec mirꝫ
quia raro ſit opus hoc ſermone,& ratio tam valida
eſt,vt ipſa poſſimus eſſe contenti.

Cũ iſ factis legitẽ Laudate dñm oẽs angeli eius angeli ſui legen-dũ eſt qui ẽ vocatiuꝰ caſus.

Epitome

¶Epitome capitis.ccccxciiij.

NOn per ſolum nominatiuū,ſed etiā ꝑ alios caſus loquimur quando ad ſuum poſſeſſorem poſſeſſio tranſitionē facit, & non ad alium,vt Ciceronis ſuum filiū piget.

¶Non tantū ꝑ noīatiuum,quale eſt, videt illum ſuus filius, licere loqui, ſed etiam ꝑ alios caſus Cap.ccccxciiij.

SIcut in ea quæſtione, quæ reliqua ē ex Priſciani verbis,ſic pauloante dicentis Eſt tamen aliqua differentia in poſſeſſiuo tertiæ perſonæ,cuius noīatiuo tunc vtimur quando ad ſuum poſſeſſorem poſſeſſio tranſitionem facit,& non ad alium,vt indiget illius:vel Ciceronis ſuus filius præſtat illi,vel Ciceroni filius ſuus.videt illum:vel Ciceronē ſuus filius.Bene meretur de illo.& de Cicerone ſuus filius.Similiter paſſiua quæ a poſſeſſore ſolo fiunt,nominatiuū poſſeſſionis exigunt filius,vt Amatur ab illo,vel a Cicerone ſuus.Nec nō tā noīatiuo.q̄ aliꝭ caſibus poſſeſſiuis licet vti,quū Poſſeſſorem oſtendimus extrinſec⁹ facientē tranſitionem ad aliquā aliam ꝑſonam pro ſua poſſeſſione,vt rogat me ille,vt ſuus legat apud me filius:&vt ſuus doceatur a me fili⁹:&vt ſui miſerear filiꝭ:&vt ſuo donem filio:&vt ſuū ſequar filiū,& vt ſuo potiar filio. Nam cur ad noiatiuū coarctat hanc regulam An non hoc ꝑ actm̄ eiuſdē generis eſt?Piget Ciceronis ſuū filium.Rumor eſt cæſari inſidiari familiares ſuos.Conſtat ſuū eſſe Homeri morem. Fugere Pōpeium ſua intereſt.Fratris iā pigere incipit vxorem ſuā.Nam ꝑ accuſatiuū latinius dici/q̄ per nominatiuum ſic fratris iam incipit vxor ſua pigere alibi docuimus.Cui ſimile eſt illud Quint.in milite Mariano.Nec ſi ſit vitæ cupidiſſimus pœnitere cū ſui facti poteſt.

Quintilia.

¶Epitome capitis.ccccxcv.

¶Quoties propriū nomen/pronomen aut aliud ad quod fiat reciprocatio:præponitur,cū verbo ſuo & ſequitur aliud ſuppoſitū cum verbo,licet illi ſuppoſito addere ſuus propter reciprocationē in priorem ſermonē,aut aliud ꝓnomen/& eius/illius/ipſius ꝓpter ſecundū.Quando autē vn⁹ tantū caſus ſine verbo ꝓcedit,ſi ad ipſum fieri poteſt reciprocatio,non habet locū aliud ꝓnomen.

¶Exemplū prioris,vt ille aut Ioānes,aut ſeruus tu⁹ rogat,te.vt ſuus,aut vt eius apud te legat filius.Exēplum ſecūdi,vt Pythagorā venerabantur diſcipuli ſui,non diſcipuli eius.

¶Item,quando per ablatiuū in deſignatione ſequelæ poſitum loquimur,indifferenter vtimur reciproco propter priorem partem,& non reciproco propter poſteriorem,quæ in ſuppoſitum,ſeu verbū reſolui pōt,vt beatus eſt ille tot ſe,vel tot eū amātib⁹.

De vſu indifferenti ꝓceptum

¶Quędam reliquiæ ꝓceptorum,quando indifferenter vtimur his pronominibus. Cap.ccccxcv.

HArum porro duarum Priſciani regularum,quas nūc ad literā ſubieci: in poſteriore licet pro ſuus vti eius ſiue ipſi⁹ in genitiuo ,vt rogat me ille,vt eius legat apud me fili⁹ & vt ipſius doceatur a me fili⁹. In priore non itē,quod ſuperius quoq; ſignificauimus.Etenim (vt diuerſa promā claritatis gratia exempla)non auſim dicere.Pythagorā venerabātur diſcipuli eius,ſed ſui,nec quemq̄ decet ipſius defenſio:ſed ſua ſiue ſui,vt apud Valerium Martialem.Et ſua riſerunt ſecula.Meonidem.Nam id quod in principio nauigaui ſub ſpecie tranſitio cadere ſua quęq; delectāt:ſua cuiuſq; ſunt,ſuūq; cui reddatur,iā admonuimus nō poſſe mutare pronomen,quia tūc ſubſtantiuū eſt.Illud aūt ancipitis verſus eſt(qđ in poſterū cōſulto reſeruaui) quoties per ablatiuū loquimur abſolutū. Vt beatus eſt ille tot ſe,vel tot eū amantibus.Poteſt iā ſecure viuere tāta ſibi,vel ei accedēte hæreditate.Quo in genere nōnūquam vſu venit,vt per ſe,non per eum,vel ipſū vtiq; loquendū ſit.

Valerius Martialis.

¶Epitome capitis.ccccxcvi.

¶Quando aūt ablatiui illi abſoluti cū reciproco ꝓcedunt,non habet aliud pronomen locū,vnde non dicā.Tradito ei,ſed tradito ſibi puero:dicēdi perit⁹ ingeniū eius in primis,naturamq; perſpiciat. Sed quando in oratione ſimplici habente obliquū/ad quem fiat reciprocatio,ponitur reciprocū ſuus , & ſi ipſam orationem grāmatice conſtruere volum⁹ reſoluemus ſuus in his,ille,ipſe,& obliquū in eum caſum,quem exigit dicto cui ,adhærebat reciprocum,vt illud Sene.Sęp e in magiſtrum ſcelera redierunt ſua:reſoluitur ſic:ſcelera magiſtri ſæpe redierunt in ipſum,aut in eum,aut in illum.Quando tn̄ ſuus eſt ſubſtantiuū.non facile reſoluitur:vt hic,ſuū cuique ſoluatur niſi dicamus ſic. Quod cuique eſt id ei ſoluatur.Praterea quando ſuus idem eſt quod proprius,difficillima eſt reſolutio,vt ſuus eſt Homeri mos,ſunt & ſua dona parenti,ſunt hic etiam ſua præmia laudi:quarum orationū reſolutionem per circūitionem textus ponit quidē ſed non approbat

Seneca.

¶Quemadmodū in conſtruendo reſoluatur ſui ſuuſq; in is,ille,ipſe. Cap.ccccxcvi.

Quādo reciproco tā tum vtendum ſit

ET quod admireris,ab ipſo ſe incipiēdum,vt apud Quīti.inſtitu.i. Tradito ſibi puero docendi ꝑitus ingeniū ei⁹ in primis,naturāq; perſpiciat.Nō enī dixerim tradito ei puero,ſibi in ei mutato,aut eius,& puero ꝑmutatis,ſic.Docendi perit⁹ in primis ingeniū pueri,naturamq; perſpiciat tradito ſibi eo .Sed magis hoc in ſuus permittitur,q̄ in is,ob id q; ſequi vult illud in conſtructione.Ideoq; illud reſolui in quodlibet triū(de quibus diſſeruimus)ꝓnoīm,is ,ipſe,ille,tanq̄ affinitatis quodā,aut cōſanguinitatis gradu ꝓpinquorū,vt apud Sene. Sæpe in magiſtrū ſcelera redierūt ſua.quod ita conſtruēdū erit,reſoluēd ūq;.Scelera magiſtri ſępe redierunt in eū,ſiue in ipm,ſiue in illū.Nonnunq̄ reſolui non pōt,non mō quando eſt ſubſtantiuū,vt ſuum cuiq; ſoluatur,ſua cuiuſq; ſunt,niſi longa, & perīde dura circumitionē vtamur,quod cuiuſq; eſt ei ſoluatur,quæ cuiuſq; ſunt, ipſius ſunt:ſed etiam qn̄ accipitur pro ꝓprius. Vt ſuus eſt Homeri mos,ſunt & ſua dona parenti.ſunt hic etiā ſupra præmia laudi,niſi & hic circumitione vtamur. Mos Homeri eſt eius dona parentis ſunt ipſi præmia laudis ſunt illi ,quod mihi non probatur. Eſt autem & alterum ꝑ hæc ipſa tria ꝓnomina reſolutiōis genus,vt ſi dicas.Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ipſius, vel eius, vel illius.Quale eſt illud ſuperius ex Quin.Quomo

Seneca

Reſolutionis alterū genus per hæc tria ꝓnomina.

do & ipſum/& Vergiliũ ſcripſiſſe manus eorũ docẽt. Reſoluas enim, ſæpe ſcelera magiſtri rediere in ipſum, vel in eũ, vel in illum. Item quõ manus & ipſius, & Verg. docent eos ſcripſiſſe, ſed hoc trãſeo, & nõ eſt tam natiua materia, q̃ adoptiua. Nã gratius facere ſcriptorẽ exiſtimo, qui nõnihil, q̃ qui nihil omittit, ne ſaltem plus magnitudini voluminis q̃ vtilitati legentiũ ſtuduiſſe videatur.

¶De reciprocatione ſui & ſuus nõ contẽnendus epilogus, in præcepta digeſtus.

¶Præceptum primum.

¶Nõ vtemur more Græcorũ, indifferenter reciprocis, & nõ reciprocis. nõ eñ habemus (vt illi) ea communia, verum diligentius ea diſtinguemus, in qua re, ſi vel magnos authores dormitaſſe cõperimus, nõ tamen imitabimur, ſed nõ prius dormitaſſe cẽſebimus, q̃ compertum habeamus, quo fiat relatione nõ illi, ſed noſtra erret cenſura: Cæterũ, ſi quando cõmuniter per reciproca, & nõ reciproca ꝓpter geminum reſpectum loqui licet, nõ continuo id vbiq; factitabimus, ſed vbi id fieri permittatur, accuratius annotabimus.

¶Præceptum ſecundum.

¶Bona autẽ cenſebit reciprocatio, qñ pronomen reciprocũ ad ſuppoſitũ principale refert, quod fit, quãdo loco reciproci, poni poteſt in vero ſenſu ipſemet, aut ipſe idem cũ dicto ſuppoſi[illegible]. Verbi gr̃a in illo Terentiano. Orare iuſſit, ſi (ſe amas) hera, iã vt ad ſeſe venias, videre te ait cupere, ſe principale ſuppoſitũ, hoc eſt prioris v̓bi eſt hera, ad q̃d fit reciprocatio, nã in vero ſenſu ſic dicere poſſum, ſi amas ſe id eſt ſemetipſam herã, aut ipſam eandẽ heram, q̃d non fit, quãdo barbari ſic loquũtur, Petrus neſcit, an Ioannes veniat, dixit tñ ſibi, & filio ſuo, quia principale ſuppoſitũ eſt Petrus ad q̃d neq; ſibi, neq; ſuo pertinet, quia non licet dicere ſibimetipſi Petro. ſed ſibi videlicet Ioanni: vnde dicendũ erat ipſi, aut ei, aut illi, & filio eius, aut illi⁹, aut ipſius, quia nõ reſoluitur ſuo. i. ipſius eiuſdem Petri, ſed Ioannis. Nõ tamen licet pro experimento id ſigni damus, belle loquaris ſic, dixit ſibimetipſi Ioannes quia ꝓnomina vt Seruius docet, poni volunt pronominibus, nõ cũ nominibus. Nihil autẽ eſt facilius, q̃ obſeruare reciprocationẽ, vbi indifferenter loqui nõ licet, at vbi licet, nihil eſt periculi. Bona eſt ergo reciprocatio in his. Quiſq; ſui memor eſt. Sibi quiſq; indulget, ſe quiſq; fouet. A ſe quiſq; fouetur. Homo ſui, & ſuorum/ aut liberorũ ſuorum immemor belua deterior eſt. Vir ſibi & vxori ſuæ nõ proſpiciens, frugi non eſt. Mulier ſe, & domum ſuam nõ colens, acidioſa eſt. Qui a ſe/& a ſuis nõ colitur, contemptibilis eſt, Contra inepte ſunt locutiones: ſi nõ reciproca in his poſueris, vt quiſq; eſt eius. aut ipſi⁹ memor, niſi addat ſui/ vel ſuiipſius. Quiſq; diligit ſeipſum/& liberos eius, ſi de eodẽ loquamur. Item quando in nõ reciprocis vtimur reciprocis: vt ego dixi fratri meo/ & coniugi ſuæ. Nihil frater faciet quod non dixi ſibi. Bene tamen dicitur, quod ſibi non dixi, Cæterum vt ſpecialib⁹ regulis rem apertiorẽ faciã, collegi has.

*Locutio barbara.*

*✻ Pronomina pronominib⁹ poni volũt*

¶Præceptum tertium.

¶Vbi principale ſuppoſitum eſt quiſq;/ aut vnuſquiſq;, fere locum habet reciprocatio, ſi tamen ſuperior ſeruetur regula.

¶Verbi gratia, aptus eſt ſermo. Quiſq; ſui memor ſibi fauet: ſe amat/a ſe colitur/ſuorũ imemor eſſe nõ poteſt, ſuis inuidere nequit, nõ poteſt, quin ſuos diligat, a ſuis honoratur, ſuoꝶ liberorũ miſeretur, ſuis liberis conſulit, ſuos liberos fouet, a ſuis liberis veneratur. Contra ineptus. Ioannẽ nemo diligit, quũ tamen vnuſquiſq; liberos ſuos diligat, ſi de liberis Ioannis loquimur. Nã dicendũ eſt, liberos eius aut ipſius. Neq; opus eſt/vt quiſq; ſit nominatiui caſus. Nã apta eſt locutio. Sua cuiuſq; intereſt. Si cuiq; colendi ſunt. Trahit ſua quenq; voluptas. Sui ab vnoq̃q; colẽdi ſunt. Et in primitiuo. Sui quẽq; miſereſcit Sibi quẽq; fauere decet ſe amare, a ſe coli, Et in datiuo. Sui miſereri cuiq; licet, ſibi fauere, ſe amare, a ſe amari &c. Repetenda eſt hic regula cap. clxi. in lib. iij. habita.

¶Præceptũ quartum.

¶Quoties ſuus ponitur pro proprio, ac debito, aut ſubſtantiuum eſt, fere locũ habet, nec eo abuti facile poſſumus. ¶Recte eñ dicimus, dicam loco ſuo, tẽpore ſuo, ſuis horis. Res geſta eſt a ſuis magiſtratibus. Ioannes amat ſuos, nemini impertit ſua. Hoc autem diſcriminis habent ꝓnomina poſſeſſiua ſubſtantiua in maſculino/& in neutro genere, q in maſculino ſignificant cõſanguineos/ affines/ propinquos/familiares//notos/& amicos. In neutro res, aut (vt dicunt) bona ſeu fortunas.

*✻Pronoĩa poſſeſſiua ſubſtantiuata in maſculino & in neutro gñe q̃d habeant diſcriminis.*

¶Præceptum quintum.

¶Quoties gemina eſt locutio, ita vt bina cõplectatur ſuppoſita, licet ad prius dare reciprocum, aut ad poſterius nõ reciprocũ, in qua re animaduerſione opus eſt, atq; authorum inſpectione.

¶Verbi gratia, recte dicas. Ille repetit quod ſuũ eſt, & quod ipſius eſt. Quiſq; vult, q̃d ſibi/aut q̃d ei expedit, quia ſi reſpicio ad ſuppoſitum prioris verbi, dicã ſuũ, & ſibi, ſi ad poſterioris, ipſius, & ei, aut ipſi ſic, id quod eſt ipſius, id q̃d expedit ei, aut ipſi, iuuenis nõ petit. vt illũ miſerum putetis, aut vt ſe miſerũ putetis, ſed dicamus ſpecialius.

¶Præceptum ſextum.

¶Quoties autem ſic ante præpoſitionem interponitur gtũs, dtũs, aut ablatiuus, licet reciprocũ, & nõ reciprocũ ſubdere. Quoties ntũs, & actũs habent vim ſuppoſitalẽ, vendicat ſibi locũ ſe reciprocũ.

¶Vt grammaticorum inter ipſos grammaticis inter ſe, aut inter ipſos, ſed grammatici inter ſe diſputant. Scio grammaticos inter ſe diſputant. Scio grãmaticos inter ſe diſſentire, exempla ſunt latius poſita ca. viij. huius opuſculi.

¶Præceptum ſeptimum.

¶Quãdo vero ſingula ſunt verba, ſed duplex reſpectus, alter ad ſuppoſitũ alter ad obliquũ, ſi pronomen ſuppoſitũ reſpicit, erit reciprocũ, ſin obliquum potius nõ reciprocũ, reperitur tamen & reciprocũ. ¶Exemplũ prioris, vt tuetur nos deus ꝓpter clemẽtiam ſuã, nõ eius. Exemplũ ſuperioris, vt cæpi columbam in nido eius, & etiã ſuo, cepi lupã in antro ſuo, & eius tamamus deũ ꝓpter bonitatẽ ſuam: & eius.

¶Præceptum octauum.

¶Si tñ obliquo addat verbũ, aut adiectiuũ ad quod fieri reciprocatio debeat, erit ei locus.

¶Vt inueni leonẽ iratũ ob amiſſã predã ſuã. Vidi

homiñe ambulante ꝑ domũ ſuã,non ꝑ domũ eius
quia illic gemina eſt in virtute oratio,idẽ eñ ẽ ira=
tũ,& quæ iraſcebatur,& ambulãtẽ,ac q ambulabat
vt ergo nõ dicã ambulabat q per domũ ei⁹,ſed ſuã
ita non dicã ambulantem ꝑ domũ eius,niſi de alte
rius domo loquor,q̃ ipſius ambulantis.

¶Præceptum nonũ.

¶Quoties autẽ interuenit inter obliquos coniunctio
non eſt reciproco locus.
¶Vnde non dicã.Cępi leonem & catulos ſuos, ſed
& catulos eius. Adde huic regulas capitis.xiiij.&
xv.huius opuſculi.

¶Præceptum decimũ.

declaratio ꝑ ofone s

¶In conſtruendo aũt,ſi nequit apta fieri reſolutio,
ꝑponemus etiã obliqui caſus antecedens.
¶Vt quęq; ſua voluptas trahit nõ ſua voluptas tra
hit quęq;:non põt eñ relatiuũ ſine antecedente in=
telligi,ſed hæc regula q̃tum ad elegantiã parui aut
nullius eſt momenti. Cæterum(ne ꝓlixitate diſpli
ceã)verbum nõ ampli⁹ addã, ꝑterq̃ pauca quæ ad
ſequentis ꝑorations declarationẽ faciant.
¶In cui⁹ initio vtitur ea clauſula,qua cæteros autho
res vti ſolutos,ꝑdocuit,hæc habui &c.Cui⁹ queſtio=
nis tantũ abeſt &c.Huius quoq; dictionis pri⁹ edo=
cuit elegantiã,põt aũt ſic reſolui.Cui⁹ quæſtionis,nõ
ſolũ non timeã,ne quis tenuitatẽ,facillitatemq; in=
ſectet,verũetiã verear,ne magnitudine poti⁹ ac diffi
cultate deterreat,ſed elegantior eſt, & ſignificãtior
loquendi modus per tantum abeſt,q̃ per non ſolũ
Graphice aũt vtitur antithetis.Nã magnitudo tenui

Labyrith⁹

tati,& difficultas facilitati cõtraponitur:etquidẽ id
eſt & certe,non quauis difficultate,ſed:Labyrinthea
id eſt qualis erat euadendi Labyrinthi.Addit Cretẽ
ſis q; illius exeundi difficultas ſummis authoribus
cõprobata eſt.Fuit autem Labyrinth⁹ portentoſiſſi
mum humani ingenij opus a Dædalo Athenienſi
fabro ingenioſiſſimo,fabricatũ.Is nãq; quũ ab Are
opagitis expulſus eſſet,in Cretã aufugit.vbi primo
vaccã ligneã dicit Paſiphæ extruxiſſe, in qua illa
partim minotaurũ cõcepit,monſtrũ biforme(Nam
partim homo ex ſemine Minois,& partim taurus
ex tauro fingitur fuiſſe)quo nato Dędalus deĩde La
byrinthũ extruxit,& ædificiũ admirabile itinerum
ambages(occurſus,& recurſus inexplicabiles cõti=
nẽs,& crebris foribus ad fallendos exitus,redeũdũ
q; in errores eoſdẽ patens. Quatuor aũt Labyrĩthi

Quatuor ꝑcipui Labyrinthi.

fuiſſe præcipui memorantur.Prim⁹ in Ægypto,vñ
Dędal⁹ exẽplar ſumpſit,ſed cẽteſimam tãtum por
tionem imitatus:fuitque quem fecit, ſecundus.Ter
tius in Lenno.Quartus in Italia fuit,quem Porſena
rex Hetruriæ,aut ſepulchri cauſa,aut ad Põmpam
extruendã locauit:erant autem omnes lapide poli
to fornicibus tecti.Bene ergo dicit author.Nam cõ
plures fuiſſe memorantur.In illo autem Cretenſi in
cluſus Minotaurus Athenienſium quotãnis ſepte=
na corpora.i.ſeptẽ mariũ,& totidẽ fœminarum de=
uorauit,quæ Athenienſes ob cędem Androgei,ſeu
Androgeo filij ipſius Minois,mittere cogebantur,
nõ delectu ſed ſorte habita:donec Theſeus vir for=
tiſſimus regiſq; filius forte miſſus,ab Ariadna filia
Minois,& Paſiphaes adamatus,& clam ſpõſus effe
ctus eius auxilio fretus,filium glomeratum in pri=
mis foribus affixit;a quo minotauro perempto ad
exitũ ductus euaſit.Amphiteatrum autem,dicitur
ædificiũ circũquaq; ad ſpectaculũ patẽs. Nam am
phi dicitur dubium,& an circũ,theatrum ſpectacu

Amphiteatrum

lũ a theoro,quod eſt inſpecto.Quale ſummi pontifi
cis palatiũ.Bonam eius laudãdi occaſionẽ nactus,,
ad eius laudes ingreditur Caſam,ideſt,tuguriũ a ca
dendo dictã.Cũ regia ſcilicet domo,tophum id eſt
lapillum ſcabrum.Sed finem facio,cætera eñ ma=

Caſa

ni feſtaria ſunt.

¶Peroratio,atq; operis concluſio.

HÆc habui Ioannes de pronominum
ſui & ſuus reciprocatione quæ dicerẽ.
Cuius quæſtionis tantum adeſt vt ti=
meam ne quis tenuitatẽ facilitatẽq;
inſectetur,vt verear ne magnitudine
potius,ac difficultate deterreatur,& q dem(ſicut ini=
tio dixi)Labyrinthea.Etenim me quoque iuuat ad
eius finem velut ad exitum Labyrinthi perueniſſe
illius Cretenſis.Nam complures fuiſſe memoran=
tur(quem Vergilius.idem alibi narrat. Parietibus
textum cæcis iter)ancipitemq; Mille vijs habuiſſe
dolum qui ſigna ſequendi.Frangeret indeprenſus,
& irremeabilis error. ¶Verum nõ eſt,cur ego iam
verear iſtam legentium(ſi qui modo hunc libellum
legent)deſperationem. Nanque omnem quæ ãtea
erat difficultatem(vt illis demerem)ipſe ſuſcepi,vni
uerſaſque fere ſcrutatus cæcæ domus ambages de
Labyrintho,vt amphiteatrum facerem,elaboraui,
quale in media vrbe viſitur a Veſpaſiano extructũ
aut quale Puteolanum,Campanũve,aut Veronen
ſe(Nã eiuſdem exẽpla ſunt plurima)mille vias il=
lud quidem habens,ſed ſine cæcitate/ſine dolo/ſine
errore.aut(quo magis e vicino ſimilitudine in ſu=
mam)quale ſummi pontificis palatium,quod pro
xime Nicola⁹ Quintus ex cõfuſo,& Labyrintheos
anfractus habente anguſtiſſimũ reddidit:non ta=
men aboletis eorum titulis,qui illud ædificauerant

Laus Nicolai quinti.

exornarantq;:ſed reparatis atque magnificentius
reſtitutis,vt non immerito veteres ſummi pontifi=
ces(ſi quis illis harum rerũ ſenſus eſt)plus huic quã
tum ad ædificationẽ pertinet,q̃ ſibiip̃is debere fateã
tur:a quo ædificãte plus ornamenti acceperunt.Fa=
ctũ haud dubie omniũ palatiorũ magnificentia ꝑe
clari⁹.Cui nõ nihil noſtrũ fortaſſe cõferri poterit, q
priſcorũ authorum(quantum in nobis eſt)reſtituim⁹/
reparauimuſq; dignitatẽ.Sed quid demens ago?q
meũ cũ illius ope coner vlla rõne cõparare,caſam
cũ regia,tophũ cũ marmore,ęs cũ auroliterulas cũ
excellẽte virtute,ac ſingulari ſapiẽtia.Pręſertim quũ
opuſculũ hoc nõ auſim ædere,niſi pri⁹ ab eo cõpro=
batũ,optimo literarũ cenſore:non ſolum lr̃arũ ꝑſi
de ac principe.Eſt eñ ille,vt ſemper antea doctrina=
rũ omniũ cultor,cẽſorq;,ita nũc non mõ Romani
põtificat⁹,ac Romani impij,verũetiã Romani elogi
imꝑator & princeps.Quæ tria cuinãpoſt hoĩes na=
tos adfuiſſe dicem⁹.i.ad duo priora:hoc tertiũ acceſ
ſiſſe:In primis curã gerendi,vt quũ oĩs doctrina,tũ
vero lingua Romana, quæ vſitatius latina dicitur,
cunctarum doctrinarum ſeminarium coleretur,&
creſceret:res ꝑfecto(ſi vere æſtimem⁹) maioris lau=
dis q̃ cętera.Siqdẽ illa ad nos aliorũ iudicio & inter
dũ inuitos deferũt.Hoc nõ niſi iudicio nr̃o ſtudio

cõtingit.Illa nõnunq̃ parę rectę adminiſtrant. Hoc nõvideo quẽadmodũ nõ,recte quæq; adminiſtrari. Illa huius operam,atq; opẽ deſyderant, hoc etiam vt illa nõ adſint,per ſe poteſt eſſe cõtentũ.Itaq; ego Nicolaũ Quintũ tum propter alia ſummũ hominẽ iudico,tum vero propter,id q̃ nõ tantũ cultor eſt ſapientiæ,ſed plurimos etiam cultores efficit,haud iniuria cõparandũ cenſeo choro muſarũ(ſi qua vnq̃ muſæ extiterunt,quæ & ſapere ipſe omnia,& nobis ad capeſcendã omnẽ ſapientiã authores eſſe credũtur.Ab hoc igitur Ioãnes,cuius tu intimus es(vt ad nos reuertar)oraculum poſces,nunquid hic liber tibi dedicatus aditione ſit dignus?

Choro muſarę Nicolaus cõferendus,

FINIS.

¶Calphurnius Antonio Paſqualino de ſancto Germano Campaniæ.S.D.

Reſtituit quondam patriæ vexilla Camillus,
Et raptas Gallis ſolus ademit opes.
Retulit eloquium noſtro Laurentius æuo.
Et Capitoline contulit arcis opem.
Barbara cuncta iacent,ſunt hoc & vindice pulſi,
Quicunq; a Gotthis ſigna relicta colunt.
Quo tibi debebit ſemper ſtudioſa iuuentus
Campani Antoni gloria magna ſoli.
Nanq; tua impenſa totum vulgatur in orbem
Vallenſis,notus q̃ fuit ante magis.

¶ Diſtichon Aſcẽſianum de lucubratiuncula ſua.

Hac quoq;(ſi qua pñs fiducia rebus)opella/
Lectorem potui demeruiſſe rudem.

¶Sequuntur annotationes in Raudenſem.

¶IN ANTONIVM RAVDENSEM Laurentñ Vallenſis opuſculũ aureũ, quo & errores caſtigant,& literæ bonæ docentur. Ad Ioãnem Lucinam Alphonſi regis ſecretarium.

INTELLEXI IOANNES cũ alias nõnunq̃, tũ vero impræſentiarum accidere ſolere,vt quædam agam⁹ inopinati,vt quæ voluimus,nolumus.quæq; rata habuimus(vt inquit Terẽ.)irrita, vt quæ facta ſunt/in facta cupiam⁹. Quẽ eñ caſum exiſtimaſſem ita ferre poſſe,vt in amicũ,in familiarẽ,in eũ quẽ libris ornaſſem,ſcribere,aut cogere, aut deberẽ, aut vellẽ? Eteñ(vt alia neceſſitudinis ſigna prætereã)inter me & Antoniũ Raudẽſem,quid magis oſtẽdi potuit,q̃ q̃ in libris de verbo bono ptes ei(vt ſic dicã) cẽſorias tribui,defenſionẽq; religionis?vt non plus in libris de repub.tribuerit aut Scipio.Cic.aut Socrati Plato. Eũ nũc quibuſdã in locis operis ſui cogor refellere, & carpere,quẽ laudaui.Poſtea dicam,cur debeã:vel imq;.Teſtor mi Ioãnes,mutuã noſtri charitatem& ipſius amicitiæ ſanctiſſimũ numen,me tibi rẽ geſtã enarrare,cãdidam,atq; ſimpliciter, nullo admixto ... iacio,q̃ cũ per ſe obſcęnũ eſt,tũ vero quoties nõ ſui defendendi,ſed alterius accuſandi,calũniandiq; gratia adhibetur.Cum eſſemus nuper Baroli Raudenſianus codex Mediolano miſſus,regi dono datus eſt,quẽ Ioãnes Alzina:quaſi alter hoc ſeculo Mecęnas,cũ tranſcribendũ curaret,mecũ egit(erat eñ tũc ei⁹ cõtubernalis)vt ſi qua ĩ parte diſſentirẽ,ab illo opere ſubnotarẽ.Cui ego,ſi quid diſſentirẽ, id me in opere de elegantia tradidiſſe reſpondi, præterea nolle cõmittere vt dũ amico morẽ gerã,amicũ alterum lædã.tũ ille.Non vacat mihi,inquit,nec per tot occupationes licet multa euoluere,& tuũ cũ iſto opere conferre.Ab hoc multa hic ſunt,quę in illis libris fortaſſe,vt minutatu quidẽ,ſed tñ multis vtilia omiſiſti,præſertim Ioãni meo filio vnico,,cui hanc rẽ nõ minus,q̃ mihi proſpicio adoleſcenti,vt ex epiſtolis ſuis iudicare potuiſti,ſtudoſo,acuto, dignoq;,qui in imitandis libris minime fallatur.Nã quod de amicitia legenda videris vereri,neq; has annotationes alius præter filiũ leget,& ſi quando forte quis leget, has tuas eſſe ꝑfecto nõ diuinabit,vtpote nullus nomine ſcriptas.Hæc ille cum diceret magis hominis me mouebat auctoritas q̃ ratio,magiſq; iuberi videbar,q̃ rogari.Tranſcurri itaq; opus pauculis admodum diebus , annotans pœnæ inuitus,ſi quid forte reperiebã.Cũ autem ad ... abulũ omnis perueniſſem,meq; illic,& ſi non nominatim, tamen aperte, repręhẽdi animaduertiſſem,nõ exiguam ſane bilẽ vel criminis ,vel accuſatoris indignitate cõtraxi, intellexiq; famæ meæ,quæ a falſis amicis in diſcrimẽ adduceretur,eſſe ſuccurrendũ.Neq; id ob hunc tantũmodo locũ,ſed ob vniuerſum de latinitate,& elegantia opus quod ab iſto dãnatũ,& ideo ſum poſt noſtrũ fuiſſe cõpoſitũ,aliqui non admodũ prudentes fortaſſis opinarentur.Quo factum eſt, vt nõ tantum neceſſario,ſed etiam iuſte ad hanc rem libẽter deſcenderẽ nollẽq; ea re illum a me vnq̃ fuiſſe laudatum.Huc acceſſerũt tertio loco literæ tuæ,quæ nõ modo,vt opus vni conderem,ſed vt omnibus etiã ederem, induxerũt,quodã profecto miraculo, ſiquidem ſcribenti mihi Raudenſianas annotationes,illę ſunt redditæ cum deguſtatione quadam operis ipſius,cũq; hoc tuo(vt ſic dicã)elogio,videnẽ namq; copia multa abundare,ſed non radicem attingere. Cõfer tẽpora quibus tuæ literę ad me datę,quibuſq; rex Baroli:ſeu fogiæ erat id eſt quãdo codex ille regi donatus eſt,& vna reperies atq; eadem fuiſſe, ne dubitare deberem id aggredi, qđ tot cauſis aggrediendũ eſſe diuina voluntas(vt interpretor) demõſtraret.Nã prima quidem cauſa vehemens,ac neceſſaria erat.ſequens vero honeſtiſſima.Tertia autem perpenſiſſima,& quaſi cœleſti nutu cõmendata.Etenim cum tuo amori nihil denegare poſſim tum literarum ipſarum, quas tam longinquo terrarum tractu miſiſti,vt dixi miraculum, ita obtupeſcit pectus meum.atq; penetrauit,vt non modo facerem qđ poſtulabas,verumetiam ipſum tibi potiſſimum opus inſcriberem.Facto tamen fortaſſis imprudenter,qui antea librũ inſcribo, q̃ ſciam,an editione,& qđ pluris facio, an te tam docto, & exculto viro ſit dignus.Sed veritus,ſum ne qđ elegantñs accidit, id huic libro accideret,cum enim illas ad nullum ſcribo,ſed ad te atq; ad Ioannem auriſpam cognoſcendas mitto, te abſente Auriſpa publicauit,vt iã poſt infinita exẽpla,vix auſim eas ad aliquẽ ſcribere,ſed

* Quid monerit vallã vt in Raudẽſem ſcriberet.

Ioannes, Auriſpa græcus.

quia tu & ſuades,& hortaris,faciam ,ꝓpeꝗ diem
quia inemendatę ſunt,vt ais,ad te emendatiſſimas
Librarij q̄ libros trā= ſcribunt di= cantur mittam,qui non ſines,vt alter fecit, ab indoctis li=
brarijs corrumpi.Quod Quint.intelligēs miſſo ad
Tryphonē ope,īquit.Multum autē in tua quoq; fi
de ac diligentia poſitū eſt,vt in manus hominum,
q̄ emendatiſſimi veniant:hoc cur tam ſapiens au=
thor dixiſſet,qui tantū in aliena fide, ac diligentia
reponeret,non antea,q̄ me doctus expimēto didici
Tu tñ non minus in me & fidelis,& diligens eris,q̄
Trypho in illū fuit,& interī volui hoc op⁹ añuerte
re.vt tuis literis nō tā rñderem,q̄ parerē. Hoc tñ te=
ſtificatum a me volens,quo viris bonis ſatiſfaciā,q̄
amicitiā ſancte inuiolateq; vſq; ad extremū ſeruā=
dam putāt.Inter me,ac Raudenſem paruā ſane fa=
miliaritatē interceſſiſſe,paucíſq; diebus cōſuetudi=
nē fuiſſe:nec eam vnq̄ epſis nos mutuis cōfirmaſſe
vt ipſe ex iniuria mei magis ingratus,q̄ violator a=
micitię eſſe videat.Et ego me defendēs,magis bñfi
cij mei perdidiſſe rationē,q̄ amico laceſſenti nō pe=
perciſſe.Et laudē quā illi tunc tribui liberalius(vt fie
ri ſolet)benigniuſq; conceſſiſſe,q̄ nunc in eo notan=
do inconſtantiæ crimen incurriſſe.

Procemiū ineptum Q Vantopere ſit elegans Raudē
ſis noſter,& q̄ decuerit eum de
eloquentia ſcribere,vel procē=
miū ipſum teſtimonio eſt:cui⁹
tres tātum ex principio verſus
conſyderemus:ſic em̄ incipit.
Puto erit opepciam his ,qui e=
loquentiæ humanitatiſq; ſtu=
dijs videntur aſpirare librorum copiā,quaſi nullā
habent quos lectitare poſſint:vnum hoc pro oībus
quē ſæpe legant,ſcrutenturq;.Lau. Sæpe te legem⁹
Raudenſis,omiſſis alijs,ſi eloquentes euadere volu
mus.Nonne ingrato animo in veteres ,atq; impio
es?qui vel clā,vel palam nos adhortaris ad negli=
gēdos oēs aliorū authoꝶ libros?at nō loqueris de
ijs,qui librorum copiā habent:ergo tu talib⁹ nihil
ſcribis,& quibus nulla ad exequendā perfectā elo
quētiā adiumēta deſunt,ijs tuum opus non ꝓdeſt,
Ouidius de arte ſed pauperibus tātum,vt in te Ouidianū illud de ar
te amā.aptiſſime cadat.Pauperibus vates ego ſum
quia pauper amaui.At quātū prodeſt pauperibus
opus tuum:vnde vt ꝑ illud in ſummū facundiæ fa=
ſtigium perueniant?Si ita eſt, etiā diuites iſtā viā tā
expeditam ingredi mallent,q̄ ſe per multiplicem
lectionē fatigare: ſin in faſtigiū hoc mō peruenire
nequeunt:non video quid ꝓſis,vel diuitibus quib;
obſtas:ſi te contēti ſunt,ne in ſummū , quo cupiunt
euadant,vel pauperibus,qui quo ꝑ te euaſuri ſunt
neſciunt:quibuſq; & ipſis ſpem,atq; adeo animum
eripis:aliquando vlterius euadendi,quum ꝓ̄ſertim
nemo ſit ita pauper vt ſe quādoq; diuitem aut cer=
te meliori fortuna fore deſperet.Quid ais,vnus iſte
pro omnibus libris ſatis eſt?cur ergo multis in locis
legendos alios eſſe vis,legiq; iubes acꝓcaris. I nūc
& iacta tantope librū tuū.Et vnum librum appel=
las,vt nos nomine ipſo circūuenias,qui verboſior
eſt,q̄ duo,& quadraginta Varronis rerū humana
rū,ac diuinarum libri:& eum de imitatione inſcri=
Imitatio bis,de q̄ quæſo imitatione?Vniuſcuiuſq; em̄a rtis ē
imitatio.Hoc tibi quidem addere in mentem non
venit.Sed tamen intelligis de imitatione eloquētiæ
Quid igitur de hac ipſa re tibi credimus,poſterius
glorianti?tu primus ſcribis. Et non ante Quinti.
Tū de omni imitatione in vniuerſum:tum de ea q̄
ad eloquentiā pertinet.Poſt quē aliquid de arte re=
thorica nā imitatio ipſa,vt idem ait,pars artis ē,ſcri
bere hoīs eſt artē oratoriā neſcientis,q̄q̄ nihil min⁹,
q̄ de imitatione loquitur, opus hoc de imitatione ti
tulum habens,quod author ipſe ſæpe legere, ſæpe
ſcrutari nos iubet , videlicet myſteria quædam in
eo latent,quæ niſi ſcrutemur,inuenire nequeamus.
Verum quoniā hoc poſtulat Raudēſis:agedū ſcru=
temur:an recte dicat,an ſecus?Et antequā de cęteris
ordinem id agamus:horum triū verſuū verba,ſi=
cut de ſenſibus feci,an imitatione ſint digna,videa
mus.Ait,qui ſtudijs eloquētiæ vidētur aſpirare. De
latinitate,& elegantia videtur velle loqui Rauden
ſis. At hoc nec elegans nec latinum eſt. Siquidem
dicimus aſpirare rei,pro auxilium aliquod præbe
re deos.Vergi. Aſpirat pri  o fortuna labori.Aſpi
rare ad rem eſt proprie hominum,nec fere niſi cū
negatione aut interrogatione,quæ in negatione re
ſoluitur,ſignificatq; ne ſpiratu quidē,ac flatu proxi
mū eſſe poſſe,nedū ore contingere quod cupit. Vt
Cic.ſæpe.Ad hanc laudē aſpirare non poſſunt. Et
in Verrē actione prima. In eiuſmodi re quiſquam
tā impudens reperi  tur qui ad alienā cauſam inui
tis his,quoꝶ negotiū eſt accedere aut aſpirare aude
at.Quid quod ait,vidētur aſpirare,non aūt aſpirāt
quaſi videantur,non ſint aſpirātes . Ait præterea q̄ Aſpiro rei aſpiro ad rem,
ſi pro eo,quod eſt fere,de quo latius in elegantijs di=
ximus:his etiā pro ijs poſui:cū alterū ſit ab hic/hęc
hoc/alterū ab is ea id.Reliqua pergamus.Rauden.
A/ab/abs præpoſitiones ſunt a quidē conſonātibus
omnibus recte præponitur:ſed ab rectiſſime liqdis Ci.in Verrē.
Lau.Eſt ne hęc de imitādo diſciplina? Hæc ne de e=
loquentia pręceptio?an potius grāmatice:aut ſi ve= Quaſi.
lis elegantię quod tradere oratorie eſt? Nam vt ait
Quintilia.Docere vim cuiuſque verbi ſi quod min⁹ A/ab/abs
vſitatū incidat:multū infra rhetoris officiū exiſtimā
dū eſt. At ſi oratoriæ artis eſſet,nō & alij hoc præ
ceperunt,quod ſe vnū Raudēſis præcipere ait. Nūc
videamus an recte præcipiat, quod certe nō facit
Nā ab nō duabus ſolū liquidis recte præponitur r/
& l,ſed etiā i conſonāti,vt Vergilius .Ab Ioue prin=
cipium muſæ.Nullā vero aliarū conſonantiū amat
Abs autē,ſed nō ſolū t præponitur , vt abs te,ſed q
& forte etiam c,vt in libris de elegantia diximus . Officium grāmatici.
Rau.Ci.Vero pſæpe, pōit ex ,ꝑ a vel ab,verbi cā,ſi
illū imitari volueris dices:ſcias aliqd ex Pōpeio.i.
a Pōpeio.Lau.Omiſit Raudenſis quia etiā dicimus
e Pōpeio,q̄q̄ hoc ſimile illi eſt de Pompeio,vt & ꝓ
terea Cice. Audiebā adoleſcēs de patre meo puer,
id eſt,a patre meo.Raudēſis ablatiuo vtitur ſæpius
Cicero terminato in e,q̄ in i.Laurentius. Quid ais?
Nonne dicitur & a Cicerone,& ab alijs in illa infe=
lici pugna potius,q̄ infelice ab illo infelici bello,
in hoc infelici certamine , a potenti rege donatus
ſum.Itē ab antecedēte,a conſequentia,a repugnāti, Ab
hoc maliē dixiſſes.quādo ablatiuus regitur abſolu Abs.
te,tūc frequenti⁹ vſurpari.vt Cic.afflante fortuna
flante auſtro,nō flanti.Verg.pluuia impendēte re= E de vſ ex
cedūt.Raudē. Inuenies tñ hoc vnū obſeruatum ab

ipſo, vt ſemper ablatiuos cõparationis terminet in
e, nõ in i, verbi gratia, diceret longiore via, nõ via lõ-
Abltũs qñ in e & quãdo in i. giori, proſperiore fortuna/nõ proſperiori: vt gram-
matiuli noſtri dicũt. Lau. An nõ dicimus econtra
rio/ſic ſemper a maiori, a minori, a pari eſt hoc ar-
gumentũ. Melius igitur dixiſſes comparatiua cum
iungũtur generi femineo ſępius poſtulare e, in alijs
generibus ſępius i, vt nũc viuimus meliore fortuna
Abltĩ cõparatiuorũ qñ in e. cõmodiore valetudine ſum, nã quod ais Ciceronem
dicere igni nõ igne. Quid mirũ, cũ ablatiuũ habeat
hoc nomen in i potius, q̃ in e, ſicut febris & ſimilis.
Item pro vetere amicitia dicendũ eſſe pro veteri a-
micitia, nõ probas, quod ponis. Nã recte dicam, in
veteri templo, in veteri domo, de veteri vrbe. Vnde
illa vrbs dicta eſt nõ a qua qui ꝓficiſcuntur, de vr-
be veteri ꝓficiſci dicũtur, nõ de vrbe vetere, & de ci
uitate veteri, nõ de ciuitate vetere mare intramus.
Raudẽ. Accuſare. Laurentius, perduellis, & pereuel
lio nõ idem ſunt, vt ait Raudenſis, cũ perduellis vo-
Inquilini. cetur hoſtis, perduellio aut crimen aut leſe reip. aut
Conuene. leſe maieſtatis, ſiue is/qui ita leſit. Raudenſis. Adue
na, deinde: inquilini nõ permanent, ſed aduene ſic,
& iterum, conuena idem quod aduena. Laurentiꝰ.
Inquilini nõ ſunt, qui nõ permanent, ſed qui in alie-
na & domo, & vrbe habitant, aut ſaltẽ domo. Con-
uene qui ex diuerſis populis, gentibuſq; in vna me-
nia cõuenere, ſimulq; coaleſcunt. Multa omitto, quę
a me in elegantijs tractata ſunt. Rauden. Aduoca-
tus, deinde, & aliqui in meũ patrociniũ inciderunt,
id eſt aduocati fuerunt. Lauren. nõ hoc dicit Quint.
ſed ipſe cauſarũ illa cũ fuit aduocatus, ſcribendũq;
eſt aliquæ nõ aliqui. Hoc eſt aliquæ cauſæ, nõ aliqui
aduocati Raudenſis. Adulter, deinde pellex, id eſt
Pellex. adultera. Laurentius. Pellex eſt fœmina, quæ corpus
miſcet cum viro alterius, nõ autem meretrix, vt in
elegantijs dixi, improprie autem. ac preter naturã
de puero dicitur concubino illius, qui vxorẽ habet,
vt Cicero in Salluſt. Omniũ cubiculorum pellex, &
idem poſtea adulter: id eſt puer ledebas alienas, v-
xores, præripiens eis maritos, vt poſtea leſiſti mari-
Neceſſarij tos, preripiens eis vxores. Raudenſis. Affinis. Lau-
rentius. Neceſſarij nõ affines tantum ſunt, ſed etiam
amici, & quibus vti familiariter ſolemus: vt Cicero
ait ſibi cum equitibus Romanis neceſſitudinem eſſe
Tribulis. Tribulis autem non eſt, vt Raudenſi placet affinis:
ſed ex eadem tribu, vt Rome erant quinq;, & trigin
Letum. ta tribus apud Hebræos autẽ duodecim tredecim
ve, & in ciuitate Aquileia, xxix. Raudenſis. alacer.
Laurentius. nõ debet letum ſcribi gemino t, vt Rau
Alapa. Colaphus. denſis ait. Sed letum: nã diphthongo diſtinguetur
a letum, quod mortem ſignificat. Raudẽſis. Alapa.
Quæ p ph ſcribenda. Laurentius. Non recte hæc duo nomina diſtinguit
alapam, & colaphum. Cum illud latinum, hoc græ
Pinna. cum ſit. Ideoq; per ph ſcribendum. Nam ſola græ-
Alicubi. ca, & quædam hebręa ſic ſcribuntur. Rauden. ala &
Quo. penna quaſi idem ſunt. Lauren. aut penna ſcriben-
Aliquo. dum eſt, aut errat noſter author. Pinna enim acutũ
Alicubi. ſignificat, vt ait Quinti. Vnde pinnaculum templi,
Alicunde. & pinne murorum. Raudenſis. Alicubi. Laurentiꝰ.
Necunde. Male exponit quoq; pro alicubi, cum quoq; ſit ali-
Necubi. quo: id eſt ad aliquam partem/locumve. Alicubi
Nullibi. vero/in aliquo loco. Item male aliquo pro alicubi,
eadem ratione. Item male alicunde pro alicubi, &
necunde pro, ne alicubi: cum illud ſit ex aliquo lo-
co, hoc autẽ, ne ex aliquo loco. Itẽ male necubi pro
nullibi, cum exponi debeat, pro ne alicubi. i. vt non
in aliquo loco. Quo in aduerbio vt hic præcipiendo
labitur, ita quidam in vtendo, quorũ nomina a me
hoc loco ꝓferri malignũ fortaſſe videatur. Studioſi
tamen inuenient quod dico ratione. Nullibi autem
an recte dicatur, Raudenſis viderit. Raudenſis. Ali-
qualiter. Laurentius nõ diſerte exponit author nõ-
nihil pro aliqualiter, cũ deberet exponere, pro ali-
quantulum: aliud enim eſt quantum, aliud quale:
ſed ne latine dicitur aliqualiter, vel aliqualis: ſed ru-
ſtice, & barbare. Raudenſis. Aliquod. Laurentius.
Miror interdum huius authoris ingeniũ, qui neſci-
at differentiam inter aliquid, & aliquod: iteq; inter
hoc vocabulum, & quiddam, ac quoddam, nã ali- Aliquid. Quidam, Nõ aliqs.
quid ſubſtantiuum eſt: vt aliquid mirabile, aliquid
boni: non autem aliquod mirabile, aliquod boni:
rurſus aliquod templũ, aliquod edificium, non ali- Quidam.
quid templum: aliquid edificium, quippe adiecti-
num eſt. Item quiddam pulchrum, quiddam boni
non quoddam: rurſus quoddam templũ, quoddã
volumen, nõ quiddam cum illic ſit ſubſtantiuum,
hic adiectiuũ, præterea hæc duo ſiue pronomina, vt Inter aliqs & quidam quod diſcrimen.
Donatus vult, ſiue nomina, vt Priſci. ſic differunt, vt
illud ſuperius ſignificet rem incertam. poſterius rẽ
certam, vt aliquis vidit me fugientem, id eſt vnus
quiſquis, ille ſit: etiam ſi nõ vnus ſed multi fuerunt.
At quiddam vidit me fugientem: videlicet vnus:
quem ego ſcio, & quem ipſe cognoui: ideo illud cũ
negatione fit vniuerſale fere: vt non vidit me ali-
quis fugientem, id eſt nullus me vidit, hoc non fit,
vt nõ vidit me quidam fugientem, perinde eſt, ac ſi
dicerem. Scipio non vidit me fugientem, ſed hæc la- Vllus.
tius in dialecticis noſtris. Vllus idem eſt, quod aliqs
vt in eodem opere præcepimus, ſed hac differentia, aliquoties
q̄ nunq̃ vſurpatur/niſi aut cũ negatione, aut inter-
rogando, aut dubitando, aut neſciendo, vt non eſt Multoties.
vllus beatus in vita, eſt ne vllus beatus dubito ne- Pluries.
ſcioq; an ſit vllus beatus in vita. Raudenſis. Ali- Nullatenꝰ
quando. Laurentius. aliquoties, & ſi raro apud Ci-
ceronem, tamen reperitur. vt pro Quintio. M. Iunius
qui hanc cauſam apud te aliquoties egit. Multo-
ties neſcio an vſq̃ repererim ſicut nec pluries: nec
nullatenus, dũtaxat vſitate. Raudenſis amicitia in-
ter bonos, fautio inter malos, a fautor vnde fautio-
ſus fautioſa fautioſum. Salluſt. inquit. Amicitia in-
ter bonos fautio inter malos. Laurentius. factio di-
xit, nõ fautio: vnde & factioſi dicũtur: vt ſunt in hiſ-
pania principes baudorum. & Gennue qui capella
rij dicuntur. Hoc vocabulum Augu. de ciuitate dei Factio.
exponit. Rauden. animal deinde pullus eſt animal. Factioſi.
quodlibet nouellæ ætatis. Lauren. Immo pullus eſt
fetus vel auium, oua, parientium, vel animalium Pullus.
non ferocium. Neq; enim pullus dicitur leonculus,
ſed catulus leonis/vrſive. Ceruorum vero caprarũ-
q; ac capreolorum, ſimilliumq; dicitur hinnulus. Ca- Hinnulus.
melus falſum eſt per geminum ll ſcribi, interroga
græcos, vnde vocabulũ hoc fluxit. Raudẽ. Antiquus
deinde/ſitus eſt antiquitas. Laurẽ. Immo ſordidus Situs.
quidam humor in locis opacis, & incultis, adherẽs
parietibus. vel ſolo, vt in elegantijs dixi. Raudenſis.
Apodiare. Lauren. hoc verbum nuſq̃ inueni. Rau- Apodiare.

Ergaſtulũ. den.Apotheca.Lau.Ergaſterium,&ergaſtulũ,nec
idem ſunt,& neutrumvere exponitur.Ergaſterium
neſcio an apud doctos inuenerim,niſi apud Grego
rium,ideoq; de eo non dicam. Ergaſtulum autẽ,eſt
quaſi priuatus carcer,vbi ſeruos dominus, vel vin=
ctos,vel ſolutos noctu includit, quoſdam etiam in=
Apotheca terdiu,vnde ad operas mane emittat.Apotheca eſt
proprievini,vt horreum proprie,frumenti,hinc Ci=
Tõſtrina. cero in Philippicis,apothecasvini obiecit Antonio
de taberna,& officina dixi in elegantĳs. Tonſtrina
aũt,nec taberna recte,nec officina dici põt,licet Rau
Supina ſe. denſis officinã vocet.Rauden.Appropriare.Laurẽ.
Impropriũ verbũ eſt.Raudẽſis.aptus.Laurẽ. vt plu
rimum,quo aduerbio & Raudenſis,&vulgo multi
vtuntur,exiſtimamus eſſe apud veteres nõ vſitatũ
Raudenſis a qua paulopoſt.Liuius ait, equos aqua
tum ibãt,& aqua veniebãt.Laurẽ.Vbi iſtud Liuius
dixit bone Raudenſis?Sæpe ex te fingis teſtimonia,
quæ alteri tribuis?aquatu veniebãt barbare dicit,vt
in elegãtĳs diſputaui,aquatũ ire eſt ad capiendam
aquã ire.Raudẽſis.Hydraula,vt in legib⁹ inueni,eſt
aquã in auiã fereus.Laurẽ.Nõ occurrit mihi ad ver
Hydraula bum locus,quem Raudenſis affert.Victruuius vero
pro machina quadam ſimili tympano, ſeu molen=
dino accipit,ſimulq; pro inſtrumento muſico,quod
organa vocãt,licet ꝓprie organa ex chordis cõſtẽt.
Niſi ſcriberemus potius hebraula,hoc eſt,a ſeſſione
tibiarum,quæ follibus inflantur. Rauden. Acquire
re,paulopoſt,vt pleniore obſequio demererer amã
tiſſimos mei.i.acquirerẽ,vel lucrarer.Lau. Si aman
tiſſimi mei ſint?qui poſſum eos acquirere?ac lucrari
& demereri eſt merito aliquo ſibi alios cõſtringere
& hoc intelligit Quint.cui⁹ ea verba ſunt.De hoc ver
Demereri. bo dixi in elegãtĳs.Raudẽſis. Arbor ſine fructu eſt,
Arbos. Arbos cum fructu. Lau.quaſi neſciamus,arbos qđ
veteres dicebãt,in arbor eſſe mutatũ,vt in alĳs qui=
buſdam,qđ teſtatur.Quin.inquiens,nam vt Valeſĳ
Arbuſta. &,fuſĳ in valerios,furioſq; venerunt,ita arbos,odos,
Arbutus. vapos,etiã & clamos,id ætatis fuerunt.Rauden.Ar=
Appoſitio buſta etiã ſunt poma ſylueſtria. Laurẽ. Immo ſunt
facienda. arbores multæ ad fructum cõſitæ,vt oliuetum, auel
lanetũ,amigdaletum,vt vites arboribus applicite.
Rau.Arbutũ.Laurẽ exponam ego apertius, arbu=
tus eſt arbor illa,quæ poma inſtar ceraſorũ,ſeu fra=
gorum fert,arbutũ vero ipſum pomũ, arbor pirus
& non piri,& idẽ in cæteris.Raudẽ.Subter arborem
ſalicẽ,& nõ ſalicis,& ſubter arborem ficũ, nec dixit
Arbor lau fici.Lau.Quid miraris Rau.A.Gelliũ ſic dixiſſe qua
rus nõ lau= ſi,cæteri aliter dixerint,aut aliter dicere poſſumus,ra
ri. mũ enim,aut ſurculum,aut truncũ,aut radicẽ arbo=
Mons auẽ= ris dicimus,qa pars arboris eſt,arborem lauri non
tini. dicimus,ſed arborem laurũ,qa laurus ipſa arbor to
ta eſt,nõ pars arboris,&ita in ſimilibus Montẽ cau=
caſum,nõ caucaſi,collẽ ianiculum,non ianiculi,niſi
foret nomen hominis,vt montẽ auentinũ,& mon=
tem auentini,auentinũ quidẽ,hoc eſt nomẽ montis
auentini vero quia rex ibi auentinus ſepultus eſt, &
quaſi nunc locum illũ poſſidet.Itẽ vrbem Mediola=
num,vrbẽ Placentiã,vrbem Romã. Nõ aũt vrbem
Mediolani,Placentiæ,Romę,niſi forte apud poetas
Vrbẽ Pa= vt vrbẽ Patauí apud Verg.Cicero in Verrem actio
taui apud ne quarta,vt ex oppido Thermis nullũ ſignũ, nul=
poetas. lũ ornamentũ:nihil ex ſacro,nihil ex publico attin
gens.Sallu.Vrbem Romam ſicuti,ego accepi &c.
Iõq; rectius dicimus,accepi literas ex vrbe Meſſana
veni ex vrbe Florentia,q̃ ex Meſſana,& ex Florẽtia
Neſcioq; an ꝓpe dicam⁹ ex Meſſana vrbe,ex Florẽ
tia vrbe.Itẽ ꝓuinciã Macedoniã,nõ macedoniæ,cõ
tinentẽ Galliã non Galliæ. Inſulã ſiciliã ,non ſiciliæ,
vt in oratione quã apud Alphonſum habui ,latius
diſputaui.Item primũ diẽ decembris/calend,Ianua
rĳ/nonas Februarĳ/idus martĳ:nõ aũt mẽſem Decẽ
bris,Ianuarĳ,Februarĳ,Martĳ:ſed menſem Decem
brem/ianuarium/februarium/martium .Dicimus
etiam calendas/nonas/idus Ianuarias/Februarias/ domitiani
Martias & ita in cæteris. Quia adiectiua ſunt hæc exercitus
nomina,non modo quæ ſecundæ declinationis,ſed Ilex argy=
etiam quæ ſunt tertiæ,vt calendas Septembres,no= ro aſpidas
narum octobrium:idibus nouembribus : non mu=
tant autem vocem hæc adiectiua a ſuis primitiuis
qualia nonnulla alia ſunt,vt Domitianus exercit⁹.
i. Domitiani exercit⁹.Rau.Ilice,ſub nigra.i.ſub quer
cu.Lau.Ilex multum differt a quercu. Raud.Armi
ger/paulopoſt,Argyro aſpidas ideſt aurata argen
tata arma ferẽtes,Lau. immo q argẽtata ſcuta.R.
ars artis,ſed vt imiteris nota ꝙ Cicero,& q imitan
illum,non vtuntur hoc vocabulo ars,ſed illud ſub
intelligũt.Vnde Suetonius dixit funariã exercebat
nec dixit artem chordarum.Laurẽtius.hoc ego ali
ter ſentio:nã ſi ſubſtantiua ſunt;quid ais ſubintelli=
gi artem?cum enim dico muſicam , geometriam,
medicinam,non ſubintelligi neceſſe eſt artem. Sin
vero adiectiua hæc,ſine ſubſtãtiuis eſſe non poſſũt.
Quare magis ſunt dicẽda ſubſtãtiua eẽ,&iõ nõ ſub
intelligi artem,præſertim ea,quę artes dici non poſ
ſunt vt apud eundem in vita Cęſaris: neue hĳ.qui
ad pecuariã facerẽt.ꝙ ſi quando artẽ experiamur
adiunctam,dicamus tunc eſſe adiectiua.Sciamus ta
men quædam nõ admittere ſubſtantiuũ:quia ſem
per ipſa ſubſtantiua ſunt,vt ſutrina,fulonica,aurifi
cina, architectonica,figulina,argentaria,: ſi tamen artiũ noĩa
argentaria ars eſt.Quædã ſine ſubſtantiuis nõ ſole
re eſſe!An non dicimus artẽ ludicrã,q̃ eſt hiſtrionũ
artẽ armorũ,quæ eſt gladiatorũ:artẽ ſtatuariã:artẽ
tectoriã:artem amatoriã:artẽ gemmariam:vitrea
riã:purpurariã,& mille hmõi.Illud vero bis barba
re dictũ eſt:artẽ chordarũ,cũ chorda ſit muſicis a=
pta inſtrumẽtis.nec ad funarios pertneat.Præterea Chorda
dicendum erat artem chordarum faciendarũ,non
artem chordarum,ſicut artẽ ſcarpendi marmoris,
nõ aũt artẽ marmoris. Quod aũt attulit exemplũ
Quint.dicẽtis rhetoricem in latinum transferentes,
quũ oratoris,tum oratricẽ nominauerũt:miror qp rhetorice
pe cũ rephendat Quintilianus eos q his vocabulis
Præterea transferebant illi vnũ græcũ vocabulum
in vnũ latinũ,quod ſi ſubintelligi poſſet ars,nõ ma
le dixiſſent oratoriã,aut artem oratricẽ.Raudenſis
Aliptes.Lauren.Non eſt medicus plagarum,ſed q Aliptes
augendis viribus,atq; exercendis,corporib⁹ vugen Aſper
diſq; præcipue athletarum præſunt:artificio quodã Scaber
prędíti,Raud.Aſper.Laurentius,non idem eſt ſca= Exeſa inue
ber/& aſper vt ait Raudenſis.Loricam enim con= niet ſcabra
textã hamis,auroq; trilicem,aſperam appellamus rubigine
non ſcabrã.Rurſus ſcabrã,ſi fuerit,rubiginoſa &vn pila.
gues ſcabros,ac dẽtes vocamus , qui ſordidi ſunt et Aſtutus.
ſi nõ aſpi,tactu,Rau.Aſtutus.Lau.Hoc nomẽ dedu

ctiam ab αστυ græco nomine, qđ oppidũ, vrbẽq; ſignificat nõ a græco oppido, vt ait Raudenſis. Rau. Sciũ vti foro. i. aſtutus fuiſti. Lau. nõ plane vim huius ꝓuerbĳ Raudẽſis expoſuit, licet ego nõ legerim Donatũ ſuper Phormionem Terẽtĳ, vbi hæc verba ſunt. Nondũ enim in manus meas author ille totus peruenire potuit. Ita a quibuſdam tanq̃ ſacer theſaurus, aut religioſum Palladium cuſtoditur. Sed ita interprætor. Scire vti foro: cum forum ſignificet locũ illum amplum, vbi & cauſæ publicæ aguntur, vnde dicuntur cauſæ forenſes, & res multæ, variæq; venduntur, vnde forum bouarium. Forũ holitorium. Itemq; forum Cornelĳ, forum Liuĳ, forum Iulĳ. Erit huius prouerbĳ ſignificatio, ſcire, vel accõmodare ſe ad mores iudicum, cæterorumq; hominum nec opinioni illorum ſtudĳſq; aduerſarĳ, vel in reb⁹ contrahendis, cauere ne fallat̃, ne vendat, ematve, quod in alio foro melius, q̃ in hoc venderet̃, emeretur ve. Rauden. Aſtrologia, paulo poſt, ſed ſi vis ſeminare farrum. Lauren. Farrũ pro far dixit. Itẽ ſcorpionem pro ſcorpium, nam ſcorpius dicitur, non ſcorpio. Scorpionem enim dicimus (vt ait Marcellus) teli genus, & ita omnes vtũtur, quidam etiam pro genere inſtrumenti torquẽdi, vt in alio dixi opere. Idẽ, diuerſimode, & alibi, omnimode, qđ verbũ nemo veterum ſcriptum reliquit. Aſtronomia hic dicẽda eſt, non aſtrologia. Nam illa loquit̃ de curſu aſtrorum, hæc de iudicĳs ad vitam, fortunamq; pertinẽtibus. Rauden. audax, paulo poſt, petulans, id eſt temerarius, & audax vt petendo laſciuus, & in ioco audax dicitur. Infrunitus dicit ſine freno. Laurenti. Immo petulans eſt, aut libidinoſus, aut ad iniuriam faciendam pronus, vt ferociores equi in imbecilliores, de quo nomine in elegãtĳs dicim⁹. Laſciuus eſt, tum in vita, tũ in ſermone molliculus, ac plus teneri q̃ robuſti, ac virilis habens. Infronitus nõ dicitur homo ſine freno, ſed ſine prudentia, ſcribendũq; per o nõ per u, phroniſis eñi græce, prudẽtia eſt. Rau. Auſim, nõ eſt pro audebo, ſed pro audeã, vt nolim pro nõ velim, nõ aũt pro noluero. Lau. Mallẽ talia potius tradidiſſe, quale hoc eſſe quoſdã magnos viros eccleſiaſticos, qui dicãt. Siti periclitor famæ periclitor. Cũ docti potius ſinẽ periculi, q̃ cauſam cũ verbo cõiungant, vt vita, vt capite, vt fama, vt fortunis periclitor. i. in pericula ſum iſta perdẽdi. Rau. Auis, ales pullus, præpes, quaſi ſunt idẽ. Laurẽ. Præpes nõ eſt auis, ſed adiectiuũ velocitatẽ ſignificãs, vt apud Vergiliũ. Et præpetis omnia pennæ. Volũtq; hoc nomine ſignificari velocitatẽ in altũ volantis. Rau. Attago attaginis eſt gallina ſylueſtris. Lau. Attagem dicitur, nõ attago, nec gallinam ſignificat, ſed francolinum, vnde Hor. Nõ me lucrina iuuerint cõchilia, nõ attagen ionicus. Et Hiero. quẽ ſuũ Raudẽſis appellat, attagen, & ficedula. Martialis genere fęminino, & prima declinatione poſuit in xenĳs. Inter ſapores fertur alitũ primus ionicarũ guſtus attagenarum. Rau. Altilia. Laurẽ. Nõ tantũ capones pingues, vt noſtro authori placet, ſed gallinæ quoq; & anſeres, & anates, & turtures, qnetiã ſuas, & qcqd domi, vel in villis vel in viuarĳs ſaginat̃. Rau. Coturnix & perdix quaſi idẽ ſunt. Lau. immõ coturnix eſt auis, quã qdã vulgo qualiã vocant. Nicticorax eſt bubo. Hiero. idẽ ait q̃ noctua. Rau. auiſare. Laurent.

Vti foro.

Forum.

Ferrum & Scorpio ñ dicunt̃ niſi ſcorpio ſit teli genus.

Diuerſimode & oĩmodæ ſe rudite dicta.

Aſtronomia. aſtrologia

Petulans.

Laſciuus.

Infronitus

Periclitor. qb⁹ q̃dret.

Præpes.

Attagen.

Sordidũ verbũ, nec dignũ de quo ſcriberetur, quippe quo nemo veterũ viſus eſt, quodq; ratio grãmatice improbat, & auiſere diceret, nõ auiſare. Rauden. Auxiliũ, paulo poſt. Præſidiũ eſt, qđ eſt loco, vtili poſitum. Laur. Ieiune, obſcureq; expoſuit, nã ſaltem, vt breuiſſime dicã, hunc in modũ debuiſſet exponere. Pręſidiũ ẽ auxiliũ qđ pręſtat̃ alicui, & præſertim qđ ſatis ad defenſionẽ videt̃ fore, ac primas pĩguæ partes poſſe ſuſtinere. Nã quod ad ſuccurrẽdum venit, magis ſubſidium dicitur, præſidiũ quoq; eſt manus armatoꝝ hominũ, alicui tuẽdo loco impoſita, vt ſæpe legimus præſidiũ Hannibalis Capua, Tarento Rhegio pulſum eſt. Rau. Baptizare, ſtatimq;, catechizare eſt baptizãdũ docere. Laur. Catechizare eſt quidẽ docere, ſed non ſolũmõ illũ qui baptizandus eſt, vt Paulus cõmunicet qui Catechizat̃ ei, qui ſe catechizat, id eſt qui docetur ei, q ſe docet, de baptizatis videlicet, nõ de baptizandis. Nam ab re fuiſſet iubere his, vt munera præceptoribus tribuant, cũ ambiguũ ſit, an baptizari velint. Præterea de omnibus noſtræ religionis præceptorib⁹, ac diſcipulis apoſtolus loquitur. Quod vocabulum nõnunq̃ alibi repetimus, vt in principio Lucę. Vt cognoſcas eoꝝ verborum, de quibus eruditus es, veritatem. Eruditus. i. catechizatus, & alibi. De quibus didicerũt de te, q doces diſceſſionẽ a Moyſe, didicerunt. i. catechizati ſunt. De illo mallẽ verbo ſacræ ſcripturæ locut⁹ eſſet. Erue me ab inimicis meis, quo verbo, niſi in malã partẽ vti nõ ſolemus, vt erue oculos meos. Erue aũt me a periculo, inuſitatũ eſt. Rau. Balneũ. Lauren. Et balneas, & thermas, licet alterũ latinũ ſit, alteꝝ gręcum, tamẽ in hoc, ſcilicet differre dicamus, q in thermis tãtum calefacimur, in balneis etiã lauamur, nã & Baĳs, & in multis alĳs regionibus ſunt loca quædam ſicca, quæ nos vehemẽti calore reſoluunt in ſudorem, quæ nequaq̃ balneæ dici poſſunt, quia nõ lauant, ſed poti⁹, qa vt neceſſe lauari, atq; ablui habeamus, efficiũt, vel thermas vocemus, q̃ natura ſunt calidæ, balneas vero etiã, quæ a nobis calefaciunt̃ igni. Nã & græce balneis dicit̃, Raud. Popina apud nos corrupte dicit̃ pro ꝓpina. Laur. neq; corrupte dicit̃ neq; hoc ſignificat, nã propina nõ inuenit̃, ſed ꝓpinare qđ a græco ſumpſimus in ſignificatione, q̃ eſt alteri vinũ cratere infuſum manu tua porrigere. Popina autẽ eſt, vbi vel publicæ obſonia, caroq; cocta, ac delicatæ confecta, venditat̃, comediturq;, vel priuatim, vbi guloſa familia extraordinariæ ligurire, heluari cõſueuit, ſiue ipſe, qualẽ dixi, cib⁹. Rau. Bãcalia. Lauren. Illiteratum vocabulum, dicuntur enim periſtromata ſiue peripetaſmata, ſiue aulea, ſiue inſignia, q̃q̃ hæc nonnihil inter ſe differũt. Raudenſis. Barba. Lauren. Barbitonſor non eſt nomen dignũ, quo vtamur, quo tamen vtitur. Raudenſis. idem ait capillum ſignificare barbam, & quẽcunq; pilum, cum tamen dicamus capillum pro capitis pilo. Idẽ alibi dicit pilos ad genas, quod eſt pilos in genis, cum ad ſignificet propinquitatem loci, non autem in loco. Rauden. Bellum. Lauren. author hic imitationum, cum ait pro induciæ treugæ, facit, vt ſe nequaquam imitari velimus? quos barbariſmos frequenter admittit, vt hoc eodem loco. Rauden. Portitores ſignorum. Lauren. Quod alibi etiam facit, cum portitores ſint cuſtodes portus, vel ripę pon

Auxilium

Subſidiũ.

Catechizo græce ẽ catecheo.

Eruo.

Therme.

Nota calefacimur balneum.

Calefatiũt̃ tur balneæ

Propina barbarũ.

Propino.

Popina.

*Hor. fornix tibi & vncta popina incatiunt vrbis deſyderiũ

Puſca. Lora.

tiſq;,qui præſertim vectigal loci illius a tranſeuntibus,applicantibuſve exigunt.Rauden.Bibere.Paulopoſt,fecem ex vinaceis expreſſam,quã vulgariter inſubres poſcã appellamus.Lauren.latine dicimus puſcam,vinũ in torculari aqua mixtũ,vt aliq volũt apud Pliñ.vero Varronemq;,& alios lora dicitur. Nã hæc varronis v̄ba ſunt,Expſſi acinoꝝ folliculi, ĩ dolia conĩjciuntur,eoq; aquæ additur,ea vocatur lora,q̄ lota acia.Rauden.Crudũ epulum.Laurẽ.Non recte epulũ pro epulas dixit,de hoc in elegantĩjs diximus Rauden.Blaſphemare Laurẽ.Hoc græcum verbũ eſt,ſignificãs non execrari,vt author videtur ſignificare,ſiue vt ſuo verbo vtar maledicere,ſed verbis cõtumeliam facere,dignitatiq; alterius,honoriq; derogare.Raud.Bonus bellus.Laurẽ.Multa quæ ad eiuſdem vocabuli expoſitionẽ pertinent,author omittit,& hoc fere vbiq;,quæ omnia ſupplere alienum eſt a noſtro propoſito,vtpote nimis longũ futurum,hoc aũt loco de bellus nõ ſiluerim fuiſſe etiã dicẽdum.Hoc quoq; vocabulo ſignificari pulchrũ, vt bellus puer,bella puella,bellũ corpus.quæ exempla ſunt plurima apud Catullum,Tibullũ, Propertium,Ouidium,Martialem,& alios cõplures.Rau. Brache. Lau.Fœminalia prius dicit, deide nominat fęmoralia,ſciamus tamẽ,horũ vtrũq; nomen inuenitur ſi fœminalia non a fœminis ſed a fœminibus dicta quæ pene idem quod fœmora ſunt,quas partes,quia Brachæ velant,dicta ſunt fœminalia,vel fęmoralia.Saraballa quid attinebat exponere, cũ ſit chaldaicum nomen,vt Hierony.ait,imitando pro brachis nemo niſi non ferens brachas dixit.Raudẽ. Bracchium ſcribitur per duplex c.Laur.An verũ ſit græcos interroga.Raudẽ.Alæ & aſcellæ idem ſunt. Lau.poetæ appellant locũ illum cõcauum ſubter brachiũ alam,quia in eo pili quaſi pennæ naſcunt, ꝓprie tamen vocatur axilla,non aſcella,vt ait Cice. in orato.diminutiuum faciens ab ala,vt maxilla a mala, & paxillus a palus. Raud.Cacare paulopoſt Cloacę ſunt in quas publica ſtercora fluunt.Lau.Immo viæ illæ ſubterraneæ perietibus in modũ aquęductuum munitę,per quas aquę pluuię extra vrbẽ: vel in fluuiũ dilabuntur.Raudẽ.Cãpus paulopoſt, ſed ſaltus eſt campi ſpatiũ.Lau.Immo ſilua denſior aut in qua pecora eſtiuare aut hybernare conſueuerunt, exẽplis plena ſunt oĩa. raud.Cãto.paulopoſt: ſunt enim exodia cãtilenę ludicrę,& ſcurriles in ſcœnis.Lau. Nonius exponit ꝓ fine hoc nomen, cur tu de Nonio nõ facis mentionem? Nam hoc vocabulum niſi alio exponẽte ſcire poſſumus.Quod ſi alĩjs exponit,nos iterum inculcare minime debemus,id quod in toto tuo opere facis.Raudẽ.Nenia eſt cantus factus homini nõ habenti propinquos per mulierem ibidẽ adducã.Lauren.quanto melius Quintilia.& tertius eſt huic aduerſus modus,cum res cõmunis pluribus in vno aliquo habet nomen eximũ vt carmẽ funebre proprie nenia.At cur addidit rauden.homini non habenti propinquos, cum magis hoc talibus fiat,q̄ obſequio propinquorum deſtitutis ſciam⁹ tamẽ improprie neniã accipi pro ineptia cuiuſlibet cãtus,aut ſermonis,etiã minus grãmatice locutus eſt ibidem pro illuc,cum ibidem ſignificet in loco,illuc vero ad locum.Raudẽ.Candelæ,paulo poſt,ſe baeĩjs,id eſt cum ſæpo.Laurẽ.Sæuum dicitur

Epulũ blaſphemo.

Feminalia Fęmoralia

Brachium

Ala.

Axilla. Saltus. Exodia.

Ibidem.

non ſæuum,lege Plinium.rauden.Caniſter.Lauren. Caniſtrũ dicitur,non Caniſter.Raudẽ. Cartha per h, ſcribi debet.Laurẽ.verum eſt,ſed aliter hoc eſt in prima non ſecũda ſyllaba Charta.rau. ſic Cirografus. Laurẽ.hoc quoq; aliter ſcribendum eſt ſic. Cirographus,& aliud ſignificat,id eſt ſcripturam manu ꝓpria.Nec etiam debitoris,lege elegantias.Rauden. Membrana eſt cartha,& ſimiliter & dica. Lauren. Immo mẽbrana eſt pergamena charta. Dica vero actio,e græco ſumptum: vt Teren. in Phormione. Scribam tibi dicam. & Cicero in Verrem actione quarta. ſcribitur Heraclio dica. Raudẽ.Caſtus.Lauren.minus,recte exponitur celebs,ac celibatus pro pudico,ac pudicitia.Eſt enim celebs,qui nõ eſt maritus:celibatus autem eodẽ modo dicitur:nõ matrimoniũ,pluresq; in celibatu ſunt impudici,q̄ in matrimonio,de hoc etiam in elegantĩjs.rauden.Caſus, deinde,vicem alterius dolere,eſt caſum illius dolere.Laurẽ.recte,ſed nõ tamẽ omnino,nam cũ ꝓpter alterius vitiũ,peccatũq; doleo,nõ caſum illi⁹ doleo, nõ enim eſt caſus,ſed vicẽ. rauden. Caue te ab illo. Laurẽ.Hoc nõ recte dicitur cum accuſatiuo.Præterea caue facias,& caue ne facias,idẽ ſunt, q̄d author negat,vt apud Te.Caue te triſtẽ ſentiat.i. caue ne te triſtem ſentiat.Qui hæc tã clara nõ præuident, quomõ cernerent illa obſcuriora, quorũ vnũ hoc ſit exẽplum.Scio multa genera ſalſamentorum, potius q̄ ſcio multorum generum ſalſamenta.rurſus,ſcio facere multorum generũ ſalſamenta:potius q̄ ſcio facere multa genera ſalſamentorum:illud quoq; poterat addere,q̄d huic loco ſimilimũ eſt,licet fere nõ accipere poſt ſe,vt veluti apud Vergilium.Caſta licet patriũ ſeruet proſerpina limen, & Quintil.nuſq̄ prodeſt,nuſq̄ opus eſt,iam licet vẽdas.Cice.pro Celio.Quo omnis iuuentus natandi cauſa venit:hic licet conditiones quotidie legas: cur huic qui te ſpernit,moleſta es?raudẽ.Cęnare,deinde opſonium per p ſcribi debet,& eſt id q̄d poſt cęnam:aut ante ſomnium ſumitur.Lauren.in hac etiam ſcriptione obſoniĩ: per b ſcribi debet,& diffinitione diſſentio,nam puto eſſe quicquid carnis:piſcis:vel vltra panẽ,pulmentumq; comedimus.rauden.Cecus,in fine cecutiens eſt parũ videns:idem & luſcus. lauren. Vt idẽ ſit cecutiens:quod ait raudẽſis,q̄d omnino non cõcedo:certe luſcus eſt qui altero oculo caret, non qui parũ videt:qualis fuit Antigonus Philippus Hanibal:de quo Iuuena.portaret belua luſcum. & nos in elegãtĩjs.rauden.Cẽſores circa mediũ:quid dicã q̄ leuiſſimis ex cauſis cenſoria vrere nota conſueuerunt.Lauren.inelegãter vſus eſt q̄ pro quãtum cum ſuperlatiuo.Nec lõge poſt.rauden.ridiculoſe.laurẽ. inuſitaſſe dixit pro ridicule.Plurima a raudẽſi præcipiũtur impropria,quæ idcirco prætermitto:qa ab opere meo de elegãtia linguæ latinæ ſatis a bũ deq; cõfutãtur:cum aliter tradatur.rauden.Certare,paulopoſt:eſt enĩ agonitheta,qui certaminibus preeſt. laurẽ.ſi ſciret author quid agonitheta ſignificat,debuerat dicere eũ eſſe qui premium certãtibus in quo libet ludorum genere ꝓponit,qualis Æneas apud Vergi.qualiſq; Achilles apud Homerũ.Eſt autem grecũ nomen.rauden. Circundo: paulopoſt: tãtum telluris obiuit.i.circundedit.Lauren.Immo circuiuit Hercules terram non circundedit.rauden.Circulus,

Dica. Celebs.

Celibatus.

Dolere vicem.

Caue te nõ latine.

Scio gña et facio &c.

Licet ſeruet non vt ſeruet.

Obſoniũ. * Nõ deſunt q p p ſcribi opſoniũ pter raudẽſem præcipiãt.

Cecutiens. Luſcus. Ridiculoſe Agonitheta.

Circundo.

ſtatimq; eſt planicies rotũda, vt eſt ſphera: & ſtami
num glomera. Laurẽ. ſphera nõ eſt plana: ſed glo-
boſa, & a geometris planicies, ſiue figura, & ſolida,
qualis eſt ſphera diſtinguit. Rauden. Cito. Laurẽ. ꝗ
totius, vt ait Rau. ſignificare ꝗ primũ tunc credã, cũ
apud doctũ aliquẽ inuenero. Si modo inueniri põt.
Quod cõtra rationẽ latinitatis eſt, vt ex elegantijs li
quet. Raud, Parũper, id eſt cito, velociter. Laurẽ. ego
ſentio idẽ eſſe quod paulíſper. i. per aliquãtulũ tem-
pus, Raudẽ. Clamare, deinde mouere tragẽdias, eſt
mouere exclamationes, & exclamare. Laurẽ. affert-
q; exemplũ Quint. ſed neq; apud Quint. neq; apud
Comœdias agere
Cice. in hanc ſignificationẽ inuenit, immo rẽ verbis
atrocẽ magis, & indignã efficere, quale eſt opus tra-
gicorꝫ, de rebus atrocibus ſemper, mœſtiſq; loquen
tiũ, ſicut econtrario, comœdias agere, ſiue comœdia
ri pro ridiculæ, ac dicaciter loqui apud Ariſtopha-
nem, & alios nõnullos græcorꝫ. Raud. Cognoſcere,
deinde, noſſe impatiuus eſt de noſco, vel eſt per ſyn
Noſce.
copam preteriti pluſꝗ perfecti tẽporis. Lau. Mirũ ꝙ
Noſſe.
ita in minimis erret, noſce em̃ imperatiui eſt. Noſſe
Collũ ceruix iugul⁹.
vero infinitiui ꝓ nouiſſe a noſco, ſiue a noui. Raudẽ.
omnes ignoſcũt, nemo ſuccurrit. i. noſcũt. Lauren.
Male Senecã interpretatẽ, cũ ille hoc dicat, oẽs quidẽ
miſereri infeliciũ, ſed tñ eis ſuccurrere neminẽ. Rau.
Collũ, ceruix, iugulus idẽ ſunt. Lau. Immo diuerſum
lege noſtrũ opus de elegãtia. Rau. Dixit Plinius mi
nando cuidã, video iugulũ. i. collũ. Laur. Nõ in ſtũ
ſenſum locat⁹ ẽ Plini⁹, refert em̃ ꝟba reguli cuiuſdã
peſſimi oratoris nõ minãtis, ſed iactãtis ſe nõ terre-
re tẽpus in orãdo, more aliorꝫ circa inania argumẽ-
ta, ſtatim em̃ videre iugulũ, vbi infigat gladiũ. i. an
teriorẽ partẽ colli ſup malã, videlicet locũ ſane mor
ti obnoxiũ, ꝗa inciſis illis venis, ſtatim ꝗs moritur.
Hoc metaphorice dictũ eſt, ꝙ ſtatim videat locũ eẽ,
quo ꝑcuſſo ac iugulato pars aduerſarij pereat. Rau
den. Cõponere. Laurẽ. Nõ idẽ eſt ſoluere pecuniã, &
Soluere.
diſſoluere, dicim⁹ em̃ cõtractũ eſt alienũ diſſoluit. i.
Diſſoluere
cõtractũ debitũ diſſoluit, nec idẽ curatũ, & ꝓcura-
tũ. Nec idẽ poſuit, qđ ꝓpoſuit. Nec idẽ ꝓtulit, & tu-
lit, nec idẽ orauit, & adorauit, vt author hic ait. Rau.
Toga.
Comœdia. Laurẽ. author videẽ neſcire togã eſſe ve-
Pallium.
ſtẽ romanorꝫ, vt palliũ veſtẽ Græcorꝫ. Et togatas eſſe
Togate.
comœdias, nõ e græco traductas. ſed a Romanis, la
tiniſq; cõpoſitas. Quare in re Afranius princeps eſt
licet demortua ſint, & eius, & cæterorꝫ opera. Etem̃
omnes, aut fere omnes ſummorꝫ comicorꝫ libri e
græco traducti ſunt Cecilij Plautij Terẽtij. Eoq; non
fuit Raudenſi dicendũ fuiſſe Plautũ maximũ fabu
larũ inuentorẽ, nam vt taceã Græcos comicos, qui &
tẽpore, & ingenio ſuperiores ſunt, vt Menãder, certe
Afranius & alij ſimiles magis inuentores ꝗ Cæcili⁹
Plautus, Terẽtius dicẽdi ſunt, qui ipſi inuenerũt, non
tranſtulerunt, Præterea cur Raudẽſis ait Plau. comœ
dias præter illa octo, ꝗ prius extabãt nõ eſſe Plauti?
nimirum eas nondũ vidit, quæ nihilo inferioris gra
tiæ, & eloquẽtiæ ſunt ꝗ cæteræ. Sed hoc diuinare fuit,
Terẽti⁹ an familiaris Ciceroni.
illud vero dormire, nam vigilans nõ dixiſſet dum
præponere Plauto Terentiũ vultin argumentũ fa-
miliaritatem Ciceronis affert, ꝙ dicat Ciceronẽ fate
ri illum familiarem ſuum eſſe quod nõ Cicero, ſed
apud Ciceronem Lelius dixit, ſi vnꝗ tamen ille hæc
dixit. Eodem modo peccauit Beneuenutus, qui mo

tam a ſe quæſtionẽ, quæ Cicero dicat in Catone ma-
iori flaminiũ a ſe e ſenatu eiectum. Et Valeriũ ma-
ximum a Catone, ſic ſoluit Ciceronẽ Catonẽq; vna
cenſores fuiſſe, nec intelligit non Ciceronem hoc di
cere, ſed Catonẽ in opere, quod illius nomine Cice-
ro inſcripſit, ꝙ ſi Lelio, ac Scipioni familiaris Terẽ
tius fuit, ſciat Raudẽſis hoc nihil adiuuare Terentiũ
Nam dicitur Scipio magis ꝗ Terentius illas comœ
dias feciſſe. Raudenſis, comparare, cõferre, conten-
dere, quidam ait illi ſuam vitam mecum cõtendũt,
id eſt comparant. Lauren. barbare ille ſi quis fuit lo
cutus eſt, adijciens accuſatiuum verbo cõtendunt. Si
hoc tradidiſſes, rectius feciſſes, quod cæteri dicunt tu Audacior ꝗ fortior.
es magis quam fortis, doctiores ſolere dicere. Tu es
audacior ꝗ fortior, & ita in cæteris. rauden. Cõmẽta
ria, paulopoſt. Cõmentarium eſt locus vbi cõmen- Cõmentarium.
ta ponuntur. Lauren. Proba. rauden. Commodum,
paulopoſt, tempus meum amicorum temporibus Tempus.
committendum putaui, id eſt commodis. Laurẽ. Im
mo periculis, laboribus, difficultatibus. Sic enim Ci-
cero, cuius hæc verba ſunt loquitur, vt tempora aut
ſua, aut amicorum pericula, difficultateſq; intelligat
& hoc loco ſignificat ſe aduocatum fuiſſe, non om-
nium, ſed amicorum, ne quis eum putet rabulã ac
litigioſum & aduocatum accuſatorum, actorumq; Quã cũ poſitiuo aduerbio nõ recte.
non reorũ quia deforme eſt, vt Cice. quoq; ipſe teſta
tur, accuſatoriam vitam viuere, & homines in peri
culum vitæ, ac fortunarum frequenter vocare. rau-
den. Teren. ait, in tempore redijt, id eſt ꝗ cõmode.
Lauren. raudenſis præcepit ꝗ non niſi cum ſuperla
tiuo debere coniungi, & ipſe cum poſitiuo iungit,
quod nõ faceret ſi inuentor huius elegantiæ eſſet, &
non ab auditoribus meis audiſſet, rauden. Compen
ſare, & ſtatim penſitanda ſibi iſta res, id eſt compẽ-
ſanda. Lauren. Immo valde ponderanda, examinã
daq;. ruden. Conſilium paulopoſt. eſt etiam conſul-
tus qui conſilium petit. Lauren. Proba, nam ecõtra-
rio potius conſultor eſt Salluſt. dixit, pro eo qui con
ſilium dat. cum ſit proprie qui conſilium petit. rau-
den. alium tamen, ꝗ cõſularem virũ rogari fas fuiſ-
ſe negant, ex qua ſane cõſuetudine Iulius Cæſar Ca- Cato non fuit conſularis.
tonem ſententiam rogauit. Lauren. Labitur. raudẽ.
in cognitione hiſtoriæ, non enim conſularis fuit Ca
to poſterior. i. qui conſulatũ geſſerit, ideoq; poſt pu-
gnam pharſalicam voluit reliquias exercitus quas
collegerat Ciceroni tradere cõſulari non conſularis
vt apud ipſum Ciceronem in Philippicis. Qui vero
prætorũ quorum princeps omniũ Cato, idẽq; om-
nium gentiũ vti iure princeps. rauden. Conuiuium,
deinde Fiba Senece ſubdit, nã ſine amico viſceratio Viſceratio
leonis, ac lupi vita eſt, viſceratio ait, repletio. Laurẽ.
non ait Seneca viſcerationem pro repletione, ſed cõ
uiuium qđ ex viſceribus, id eſt carne multis datũ ſine
ſuauitate amicorum, ſimile eſſe comeſtioni leonine
aut lupine, quia quodãmodo caro tanꝗ feris deuo-
randa apponitur, vt vnuſquiſq; qđ vult, rapiat, ſibi
tantũ ac ſagine memor. rauden. Contra, paulopoſt
Quint. dixit, euerſo, id eſt ecõtra. Laurẽ. nõ hoc dixit Ediuerſo.
Quintil. ſed ediuerſo. Nec raudẽ. exponit latine; ecõ-
tra, qđ non inuenitur, ſed econtrario. rauden. Conteſ-
tor. Lauren. non eſt verbũ latinum. rauden. Coope-
rio. paulopoſt, ꝯperto capite, id eſt diſcooperto, lau- Choraules
rentius, verus ſenſus eſt huic expoſitioni contrarius.

Raud.Chorea,paulopoſtchoraules ,id eſt pŕiceps
Choraules ac magiſter chorearum.Lauré.Immo qui tibijs ad
choreas canit:nam αυλος græce tibia latine.vnde
apud nos vſitatū nomen pro latino Aulędꝰ,& Cic.
qui cytharœdi eſſe non poſſunt,aulędi fiunt.Raudē
ſis.Cortna,auleum,conopæū.Lauré.Quare non di
ſtinguit vocabulorū ſignificata.Raud.ipſe viderit,
vnum eñī exponā.Conopæū eſt papilio ille ſis,qui
toro circundatur ad arcendos culices. Κωνωψ eñī
græce/latine culex.Raudē.Cuſtodire/paulopoſt,ſpe
Canopęū. cula locus æditus ſcilicet magis ad videndū,q̄ ad cu
Conops ſtodiendum .Laurentius.Immo ad cuſtodiendum
potius,nec locus æditus,niſi cum ex eo ſpeculamur
an hoſtes venient tranſeantve,an maneant,quot
ſint,& quæ ſunt id genus:quod ipſum ego appello
cuſtodire:arbor nonnūquam prominens,ac porre
Specula. cta pertica vicem hanc præbet.Raudenſis.excubijs
*Verg. id eſt vigilijs noctis.Laurentius.immo diei,vt in e-
Specula legantijs diximus.Raudenſis.curia,deinde areopa
de mōtis gus locꝰ Athenis,vbi ſapientes conueniebāt. Lau.
in altum immo locus iudicum/q a Solone erant inſtituti nō
deferor afferā exēpla græca, contra hominē latinum.Cice.
in Philip.ita ait.Quæro igitur,ſi Liſiades citatur iu-
dex nō reſpōdeat,excuſeturq; Areopagites eē,nec
debeat eodem tēpore Romæ & Athenis res iudica
re,accipiet ne excuſationē is/qui quæſtioni præerit?
Græculi iudicis mō togati,modo palliati Atheniē-
ſiū/ne antiqſſimas leges negliget?Quidā interptan
tur hoc nomē ab αρης qđ eſt v̄tus,qđ falſum eſt,nā
virtus dicitur αρετη.αρης vero mars. Ob hūc er
Ares rorem,puto iſtos examinaſſe hunc eſſe locū ſapien
tum ac philoſophantiū.vti in alio dixi opere. Cu-
ria ſolū dicitur locꝰ cōſilij:ergo curia regis,aut curia
papæ non recte dicitur niſi ꝓ loco conſilij publici.
Author etiā dixit vbi conueniebāt ꝓ quo cōuenie-
bāt.Raud.Cum/ſi tēpus ſignificat ſcribi debet per c
Cōuenio. vt cū fueris Romæ.Si vero comitē ſignificat/debet
Quum. ſcribi cū q/& duas uu,vt quū principe erat. Laurē,
Cum non ita ſcriptū reliquit Quinti. quem Raudē. affert
ſed ſic.Cum tēpus ſignificaret per q/ſin comitem ꝑ
c/ac duas ſequentes ſcriberetur,literas dixit ſequen
tes,non duas uu:neq; eñī dixiſſet duas u,ſed dupli
Verſuram cem,ſiue geminā uu.Ergo ſi de duabus literis ſeq̄n
facere. tibus locutus eſt:palā eſt de ſequētibꝰ c literā,non q/
in ſecunda parte locutum eſſe:nam q/tres literæ ſe-
querentur:& ob id Raudenſem in vtroq; contrariū
tradidiſſe.Raud.Damnū ſit ex tēpore,iactura qui-
dē de induſtria,vt ꝓijcere merces in mare.Lauren.
Proba.vt credamus.Raud. Decipio.Laur.Verſura
Defectus non eſt deceptio,vt hic author ait,qui cura Pōpeio
Feſto recedat,non video.dicente verſurā facere mu
tuatā pecuniam ſoluere,ex eo dictum eſt, q̄ initio
q̄ mutuabantur ab alijs,non vt domū ferrent, ſed
vt alijs ſoluerent,vel vt verterent creditorē. Raudē,
Defectus deinde quidā dixit,ex vitio tuo hoc profi
Quiſpiam teri videtur.i.ex defectu,& paulopoſt.quiſpiam cū
Pariformi dicere vellet id defectuoſius eē videt.dicit culpatiꝰ
ter L.Impolite locutꝰ ē defectuoſiꝰ:imo improprie:nā
defectus eſt(vt ſic dicam)penuria,non vitium, aut
morbus,aut culpa,vt defectu ciborum,ſiue defectu
cibi dedimus nos hoſtibus. Item dixit inuſitate qſ-
piam pro quidam.hoc frequenter etiam in plus ſe
habet.Item non longe ante dixit pariformiter ,qđ

non inuenitur.Rau.Delectare.Paulopoſt.Cic.in Tu
ſcula.itē delectatio extrinſeca,voluptas intrinſeca.
Lau.Non Cicero hæc ait,ſed Leonardus Aretinꝰ in
procemio Ethicorū Ariſtotelis ab eo traductorum Delectatio
Qui vere fortaſſe dixiſſet, ſi delecto tñ̄ reperiretur Extrinſecꝰ
& nō etiā delector depon ēs,& delectat impſonale, Intrinſecꝰ
& ſane hoc nomē delectator,ſiue oblectator videt Energumi
freq̄ētiꝰ ſignificare,vt grāmaticorū v̄bis vtar,paſ nus
ſionē innatā,q̄ actionē in alterū. Neſcio,an intriſe-
cus & extrinſecus nomē reperiatur.Internꝰ & exter
nus magis dicit.Raud.delicatꝰ in fine,dicit etiam
lauticius.Lau.lauticia inuenitur,nō lauticiꝰ,ſed lau
tus pro homine diuite,ac nitidā,ſplendidāq; vitam
agente,tum in veſtitu,tū in victu. Raudenſis.deſpi
cere/paulopoſt.Terentius,inquit,parui curauit illū
Laurentius.hoc non inueni apud Terentiū,niſi for
te Raudenſis in illis Terētij comœdijs legit,q̄ nau-
fragio interciderūt.Raud. Demon/paulopoſt,ener
guminus eſt,qui a demonio arguitur.Laur.Græcū
nomen eſt.Et ideo ab arguo non cōponitur, ſed ab
ενεργουμαι quod latine dicitur agor ,,id eſt,agitor,
Raudenſis.Diabolus deorſum vrens apud Hebræ
os.Laurentius.Græcum nomen eſt,non Hebræum
ſignificatque criminator. Raudenſis. Deſyderare.
Laurentius. Non eſt geſtire,vt hic ait, idem quod
deſiderare,ſed quod lætari,ſiue læticiam oſtendere
ipſo etiā corporis geſtu, vt Cicero quoq; diffinit in
Tuſculanis:author hic frequentiſſime ait,alter di-
xit,pro alius dixit.Raudenſis. Verſificator quiſpiā Diabolus
ſic deſyderanter ſcribebat. O mihi præteritos refe Geſtire
rat ſi Iuppiter annos.Lauren. Aut ignorat hūc ver *Cice.lib.
ſum eſſe Vergilij nono,aut cōtumelioſus eſt in ſum i.offic. Aut
mum poetarum latinorum,quem appellat verſifi voluptate
catorem quendā.Rauden.Concupiſcuntur quæ ha nimia ge-
bentur,& quæ non habētur.Lau.Hoc rerū natura ſtiunt quo
non recipit:quod enim quis habet,qui poteſt id cō rum oīm
cupiſcere?Raudenſis. Terentius. Sed ceſſo ire intro vultus/vo-
id eſt,deſydero.Laurentius.Immo quid moror,aut ces/motus
quid negligo ire intro,eſt enim dictum illud ceſſo ſtatuſq;
interrogatiue:ergo non poteſt ſignificare deſyde- mutantur
ro.Raud.Detrahere/dein de Quinti.ait ſic.nec mi- Verſifica-
cū id inter opifices quoque vulgatū ſit.i.corroſores. tor
Lau.opifices ait Quint.non opices,nec de corroſori Cōcupiſcit
bus ille locus loquitur,nec qui ſint corroſores intel- Ceſſo
ligo.Rau.cornicū,vt dicitur oculos cōfigere.i.æmu
lorum.Lau,Hoc ꝓuerbio & Cicero pro Murena,ꝓ Cornicum
q; Flacco,& Hierony.in quodā prologo vtitur,ne- oculos cō-
ter accipiens cornicū ꝓ æmulorū,ſed ꝓ eorum,qui figere.
ſe ſapientiores & duces aliorum cenſent, ac videri
volunt.Nam cornix dicitur dux auium eſſe,lege& Diluuium
eius naturā,& de illa fabulā.Raud.Diluuium/pau-
lopoſt,diluuiū ſic fit ex igne,ſicut ex aqua. Lau.Ne
gatur,q̄ ſi quis afferat Vergilianū illud.diluuio ex
illo diuerſa per æquora vecti. Metaphorice dixit Alluuiões
Vergilius euerſionē Troiæ diluuium.Raudēſis. Itē
alluuiōes ſunt miſtiones vicinorū agrorū:ita vt vix
quo fuerāt termini agnoſci poſſit.Lau. obſcure diffi
nit,non addens violentiam aquarū,vel fluuialium
vel pluuialium,ſimiliumq;,quæ alluuio non tantū
agros confundit,ſed nonnūq̄ eripit.nonnūq̄ fundi
tꝰ deſtruit:ad hoc author dixit,quo fuerāt,ꝓ vbi fue Definio
rāt.ſicut ſupius vbi ꝓ quo.Rau.diffinire.Lau. Nō ti Diffinio.
bi aſſentior,idē eſſe dicētū definire,& diffinire eſſe cū.

deſinire, terminare. & quaſi finem dare. Diffini=
nire aũt hoc ab illo quaſi diſptiendo diſtiguere. vñ
diffinitio vocata eſt, non definitio, qua in diſputan
do vti ſolemus. Et eſſe infinite, ac definite, id eſt, cer=
tũ fine habẽtes, mallem dixiſſet. Diuido tecũ ẽ par=
tior, ſiue cõmuniter tecũ habeo, vt Quĩtilia. in apib⁹
non, æqua portione cum ſceleratis terras diuiſim⁹.
Vergilius. Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar ha
bet. Raudenſis. Dies eſt præſentia ſolis dictum. Ci=
cero dixit pro maiori parte ſingulos dies, non ſin
Diuido. gulis diebus. Laurentius. Quid de vno vocabu=
Actũs tẽ= lo attinet loqui, & non in vniuerſum, vt meli⁹ apud
poris. Seruiũ ſit, qui ait, accuſatiuo magis vſos, q̃ ablati=
Pro maio uo, vt vnã noctem, vnum diẽ. Septem menſes, decẽ
re pte bar. annos: verum quis primis libris eruditionẽ attigit,
qui dicat pro maiore parte, pro eo quod eſt plerun
Quot men qꝫ ſiue fere, ſiue frequẽtius, nedum hic magiſter elo=
ſibus quentiæ? an ſit hoc turpius, neſcio dixiſſe pridie pro
præterito die quod nemo antea dixit: ego tamen in
alio opere ſcripſi, quot mẽſibus, pro ſingulis menſi
bus dici nõ poſſe, vbi de vſu dixi, & conſuetudine:
nam & ſi Terentius Varro hoc vocabulum aliquo
ties vſurpat, neſcio tamen an alij eorum, quos legi
mus vtantur. Raudẽſis. Multo mane, multa nocte.
Laurẽ. Multo mane nõ memini me legiſſe: dicim⁹
enĩ prima luce, an lucem; multo an lucẽ, & multa
luce. vt apud Curtiũ Parmenon ad Alexãdrũ: mul
ta, inquit, lux eſt. Raudenſis. Quĩto die, q̃ a ſenatu re
cederẽt, id eſt per quĩque dies ãte. Laurẽtius. Immo
per quinqꝫ dies poſt. vt Liuius libro viceſimo prĩo.
octauo menſe, q̃ cœptum oppugnari, captum Sa=
guntum quidam ſcripſere: inde Carthaginẽ nouã
in hyberna Hãnibalem conceſſiſſe, quinto deinde
Infra. menſe, q̃ a Carthagine profectus ſit, in Italiam per=
Dicax ueniſſe. Raudenſis. infra tres dies. Laurentius. ine=
Dicto. rudite dixit: dicendum eſt enĩ, intra: infra nanque
Dictito. ſubter ſignificat. Raudenſis. dicere. Deinde. Dicax
Rõ dictat. qui multa dicit. Laurentius, Cicero Quintilianuſqꝫ
barba eſt. aiunt eſſe dicaſſem hominẽ, cum riſu aliquos inceſ=
nec m ois ſenten[illegible] mordentemque, & hic nonnũquã & alij q=
extraneũ. dam dicto accipiunt pro dictito, vt tuę literæ dicta=
bant, ſed non rite vtuntur, dicunt epiſtolæ. vel dicti=
tãt. hoc ẽ tu in epiſtolis dicis, ſeu dictitas: ſed in hũc
errorem inciderunt, quod reperiunt, ratio dictat, qđ
eſt frequentiſſimũ, & quale eſt illud Plinianũ in epi
ſtola quadã, o ſylua, o littus, q̃ multa componitis, q̃
multa dictatis? Et illud Boetij. Ecce mihi lacerę di=
ctãt ſcribẽda camœnæ. Verũ hic mãifeſta ratio ſub=
eſt. nã camœnæ, littus, ac ſolitudo tacite nobis ſugge
runt, quod ſcribam⁹. Ita & ratio loquitur, quod nos
ſcribẽdũ putemus, & indignatio dictat, quod in al=
terũ effundam⁹. Raudẽſis. Diſcerno. Laurẽtius non
Diſcerno eſt vt hic ait, diſcernere in duas partes ſecernere,
Secerno vero in multas, immo diſcernere in duas ptes, plu=
reſve: ſecernere vero ſeparare, vt ex chao om̃ia ele=
mẽta diſcreta ſunt, & Cicero. Secernant ſe mali a bo
Architect⁹ nis. Id eſt ſeparent. Raudenſis. Domus: paulopoſt.
Architectus ẽ princeps tectorum, aliquãdo pro ipo
deo accipitur. Tignarius eſt architector. Lauren=
tius. neſcit, quid dicat architectus eſt princeps ædifi
cantiũ, id eſt, qui ædificium ordinat, & ipſe aut pri=
mus ædificat, aut ædificare iubet. Inde Victruui⁹ o
pus de architectura cõdidit, id eſt de ædificijs con=
ſtruẽdis. Faber autẽ tignarius eſt, qui ſolaria tignea
facit, hoc eſt trabes, cęteraqꝫ ad tabulata domus vti Solaria
lia. Nam in iure ciuili ſcribitur tigni appellatio Tignum.
ne in lege. xij. tabularum: omne genus materiæ ex
qua ædificia cõſtãt, ſignificatur cõtignatio, igitur di
citur ſolarium domus, ſiue ſtratum ſit cemẽto, late=
ribuſve, ſiue nõ ſtratum, qualia ſũt fere ſolaria do= cõtinuatio
morum Apuliæ: eoqꝫ apud Liuium pro miraculo
refertur. bouem in tertiam cõtignationem coſcẽdiſ
ſe, id eſt, in tertium ſolarium. Raudẽſis. diuerſoriũ
proprie eſt hoſpitale. Laurẽtius. negat ãtiquitas,
apud quam hoſpitalia nõ erant: quinimmo nõ eſt
hoſpitium idem, quod diuerſorium, vt ait Rauden
ſis, ſed flexus viæ minor ac receſſus. Raudenſis. ff.
de eo qui certo loco dicitur quod inſula eſt quęlibet
domus. Laurẽtius. Nõ hoc ait iuriſcõſultus, ſed eã Inſula.
domum eſſe inſulã, quæ via cingitur: vnde author
quidam enumerauit inſulas Romanæ vrbis, non
domos. Raudẽſis. Fundus eſt alicuius mãſio, cũ ac=
ceſſiõibus. Laurẽtius. cum om̃ib⁹ iuriſcõſultis, &
cum ipſa veritate diſſentit, vt breuiter aũt ipſe dicã
nõ, ſententiam inter iuriſcõſultos feram. Fundus eſt Fũdus.
poſſeſſio in agro. Raudẽſis. Hippodromus eſt ſta= Hippo
bulum equorum currẽtium. Laurẽtius. Immo, eſt dromus.
via lata, per quã etiam multi equi poſſint vna cur
rere, vel potius locus in quo equi currere ſolẽt. Rau
denſis. Duellum. Laurentius. Duellum nõ eſt tantũ
duorũ, vt hic ait, ſed multorũ quoqꝫ, & ipſorum ẽt
exercitiũ: alioqui non diceretur a Plauto duellũ in= Duellũ.
ter Thebanos & Theleboos, & ab Hora. Græcia
barbarie lẽto colliſa duello. Neſcit author pugilem
eſſe, qui cœſtibus pugnat, pancratiaſtem qui ad o=
mne certaminis genus valet. Raudenſis. Eccleſia.
paulopoſt. Adyt⁹ per y græcũ eſt locus ſecretus iu=
xta altare. Laurenti⁹. hoc adytũ dicitur, nõ hic ady
tus, eſtqꝫ penetrale templi, id eſt, loc⁹ interior, & vul
go inacceſſus. Raudenſis. verſificatores fere peccãt
ſecũda ſyllaba pro breui vtentes. Laurentius. Im=
mo & Maro breuem ponit. Raudenſis. ædere. Lau
rentius. non optime exponit nuces eſſe omne po= Nuces
mum, quod foris duro tegat, & intus habeat quod Malum
eſui eſt: malũ vero quod foris habeat, quod eſt eſui
& durũ intus includat, cum illud prius non ſit po= Nux
mum: neqꝫ hoc ſecundum malũ, ſed illud nux: hoc
vero pomum. Valerius tamen Martialis nucem pi
neam pomum vocauit id diſtichis, inquiens. Po= Pomũ
ma ſumus Cybeles, procul hinc diſcede viator. Ne Malum.
cadat in miſerum noſtra ruina caput. Malum autẽ Edulium
indiuiduum id eſt, quod vulgo dicitur melũ, e Græ
co ſumptam. Raudenſis. Eſt enim eduliũ præguſta
toria comeſtio. Laurentius. Immo edulium eſt quic Hierony.
quid edimus, aut quicquid ad prandiũ cœnamqꝫ Cuiuſe du
edendi gratia apponitur, & ſumimus, vt apud ſuũ lio primo
Hieronymum millies, vt ibi lentis edulio. Rauden genita per
ſis. ædificare. Laurentius. Eodem Raudenſis erro= didit.
re, quo Accurſius ducitur vt ſentiat tigni appella=
tione aliud, q̃ materiam id eſt ligna contineri, vt in
elegantijs diximus. indecorum ſane eſt homini qui
de elegãtia ſcripturum ſe pollicetur. Accurſium ac
cæteros gloſſatores ſequi, vt facit Raudenſis cum il
li ab elegantia longiſſime abſint. Raudenſis. Elige
re aliquanto poſt Comitium locus in quo fiebat ele
ctio magiſtratuum, quaſi communium. Item voca

batur ipſa electio,& gaudium reſultans ex tali ele-
ctione, & etiam ipſa collatio perſonalis, Lauren-
Comitiũ. tius. Comitiũ eſt tantũ locus,comitia actus creãdo
Comitia. rum magiſtratuum, vt in foro eſt & in comitio.Itẽ
Suffragia. actis comitijs, ſuffragium non fiebat manu, vt ait
Raudẽſis,ſed voce,interdum ſcriptura, vt Plini.po-
ſterior refert.Raudẽſis, eloquentia.Laurẽtius. Omit
to quæ de rhetorice præcipit a via veterum vel rece-
dens,vel cadens,quid negligentius fuit,ꝙ quæ Sene
ca alteri tribuit,notans vt ſtomachoſior,ea ab ipſo
Seneca dicta eſſevelle.Caſſius Seuerus in Sextum di
xit,ſi cloaca eſſes:magiſtra eſſes, non Seneca. Rau-
denſis. Etꝗ pro et,ne pro et, Laurentius. Ne nunꝗ
reperiẽ pro &.Raudẽ. Itẽ neu hoc faceret, perſuaſit,
id eſt ne.Laurentius. Neſcio vbi hoc Cicero, quem
Excurſiones. affert,dixerit,aut aliquis alius neu,vt ſentio apoco-
patũ eſt ad neue.Rauden.excurſiones ſunt,quæ fiũt
Incurſiões ab armigeris.Lauren.excurſiones vocantur rumo-
res illorum,a quibus recedunt,tamen eædem ſunt
incurſiones rumores eorum, in quos incurritur. Eſt
Redimere autem abuſus ſignificatione armigeri, de quo nos
tempus. vocabulo in alio opere diximus.Rauden.Expecto.
Laurẽ.Paulopoſt.Rauden. tempus redimitis, ideſt
expectatis.Lauren. Immo tempus emitis, vnde in
iure ciuili,& alibi , redemptores,vectigalium, id eſt
emptores,& apud Paulum, redimite tempus,id eſt
emite,vt e græco fonte apparet.Cice.in Verrẽ actio
ne.ij.vt primũ ex prouincia rediJt,redemptio huius
iudicij eſt facta grandi pecunia.Rauden. Exul. pau-
lopoſt.Inſcriptus,qui manet in patria,ſed re ſpolia-
Circũſcribere. tus.Lauren.Hoc nunꝗ audiui,pro ſcriptus idem eſt
quod exul,quia nomen ſuum in publico,tanꝗ exu-
lis ſcriptum eſt.Rauden.circumſcribere eſt damna-
re,bonis fallere. Lauren. Immo fraudulenter in re
contrahenda,atꝗ commercijs aliquem bonis ali-
quibus priuare, vt apud Senecã,de eo qui fratrem
circũſcripſit in diuiſione hæreditatis, cum ex altera
Sex mile. parte matrem fratris,ex altera omnia bona poſuiſ
ſet.Rauden.Exercitus, poſtea in ſumma igitur erãt
pedites ſex mille,& centum.Laurent.contra latini-
tatem dicitur p eo,quod eſt ad ſex milia, aut ſexies
mille,aut peditum ſex milia.Rauden. Facies,paulo
poſt, ceſius eſt,id eſt lenticuloſus.Lauren.Immo,qui
habet oculos glaucos,id eſt in ſimilitudinẽ noctuæ,
Sex mille nec vnꝗ ceſium niſi de oculis legitur, vnde Cicero
ait ceſios Mineruæ oculos,quæ dea apud Græcos di-
Ceſius. citur habere oculos glaucos,vt millies apud Home
rum . Quidam volunt ceruleos eſſe, ceſios oculos
Faſtidio cũ Rauden.Faſtidio,dis.faſtidire faſtiditũ,dicimus eñ
gtõ nõ cũ quare faſtidis mei,& faſtidimus bonorum.Laurẽt.
accuſatiuo ſi hoc eſt verum ,cur exempla non profers?ego ve-
ro cum accuſatiuo reperio,non cum genitiuo. Ver-
Cinedus. gil.Inuenies alium ſi te hic faſtidit alexis. Rauden.
*Plau.in Fœmina.Lauren.Cinedus nõ ſcribimus y græco, vt
Aulu. Ita ait Raudenſis,nec caninum ſignificat.Marcellus p
fuſtibꝰ ſum ſaltatore exponit,alij pro re turpiore, non ꝙ mo-
mollior ueat membra in ſaltando, ſed quod in obſcœna ve-
magis ꝗ vl nere.Rauden.Fenero.Laurent. Vtrumꝗ fenero, &
lus. feneror pro eodem male accipit Raudenſis, quod
Cinedus. alio opere docuimus.Raudenſis.Ferrum,& chaly-
Fenero & bẽ in aſpectu ſimilia videamus,ſpecie tamẽ differũt,
Feneror. Laurent.non differunt ſpecie metallica, cum idem
Ferrum. metallum ambo ſint,nam nec aurũ auro differt, li-

cet purgatius ſit,nec ſaph yrus ſaphyro, licet ſplen-
Chalybs. didior,nec ſimila farina.Verg.certe inquit.At Cha
lybes nudi ferrum,ergo appellatum eſt optimũ fer
rum ab illis populis,qui ſcientiſſimæ ferrum tem-
perãt, vel populi illi vocati ſunt Chalybes,ob hanc
ipſam temperandi ferri ſcientiam, ſiue facultatẽ, ſi
Viſcanẽ. quidem aquæ quædam hoc apud eos efficere dicun
tur,qui nunc viſcani nominantur,quaſi vis Chaly-
bis,qđ apud eos ſit,vel copia ferri,vel potẽtia,ac fa-
cultas ferri tẽperandi,ſi modo etymologia vera eſt.
Raudẽſis. Filocaptus.Lauren.non eſt nomen hoc a
doctis,ſed ab indoctiſſimis fictum. Philos em̃ non
amorem,ſed amicũ ſignificat,ſiue amatorẽ,& hoc
græce,cum quo nomine dure latinum coniungitur,
ſed cur in litera f poſuiſti cũ per ph ſcribendũ eſſet
ſic philocaptus.Rauden,procus eſt ipſe ſollicitator
Procus. amoris.Lauren.Immo,qui aliquã prouxore poſtu-
lat,vt Penelope apud Ouidium.Turba ruſit in me
Nothus. luxurioſa,proci. Rauden.Filius.Lauren. ꝙ Nothus
ſit natꝰ ex nobili patre,& ĩfami matre,miror cur di
xit,cum parum ante Quintilia.attulerit,dicentẽ no-
thum,qui legitimus non ſit,græci vocant.nõ aduer
tens eodem loco dixiſſe Quintilianum, vt Catonis
oratione teſtatum eſt,quia non habemus noſtrum,
Plangere. vtimur peregrino,igitur nothus eſt abſolute illegi-
Planctus. timus.Raudenſis.Flere.Lauren.Paulopoſt.Rauden
Ploratus. ſis Flere,Paulopoſt Plorare,eſt cũ lachrymis & vo-
Fletus. ce pectus,aut faciem tundere.Lauren. Negatur hu-
iuſmodi enim percuſſio,plãctus dicitur,ploratus ip
ſa vox flentis, ſicut fletus ipſa lachryma ex oculis
Aſparagꝰ. emanãs præ dolore tamẽ potius,ꝙ præ lætitia.Rau-
den.Fungus.Lauren,non eſt aſparagus,nec de fun-
go intelligit Iuuenalis,quem teſtem citat Rauden.
nec aſpargus,ſed aſparagꝰ dixit,vt Martia. Nõ erit
incultis gratior aſparagis.Rauden.Gaudium.Lau-
ren.non eſt ouare gaudere,ſed ſe gaudere ſignifica-
Ouare. re,& exclamare. Rauden. Galea.Lauren. Iuba non
Iuba. eſt idẽ,quod galea,ſed quod galeæ imponiẽ inſtar
iubarũ, aut equi, aut leonis,aut draconis, quales in
veteribus numiſmatis, ſtatuiſꝗ agnoſcimus, vnde
Vergil.Criſtaꝗ inſignis equina,& alibi.Graiarum
errore iubarum.Raudenſis.Gladiorum.Lauren.ab
enſis deriuatur enſicula, cũ dicere debuiſſet enſicu-
Spatha. lus,ſpatha longior enſis,ac latior a quibuſdam eſſe
dicitur,phramea græcum eſt nomen, pugio nõ cul
tellus breuis,plus enim eſt ꝙ cultellus, nedum ma-
ior,ꝙ breuior cultellus hunc pugnalem hiſpani vo-
cant. Mucro non eſt pugio longus, vt enſis, nam is
enſis foret,ſed cuſpis ipſa enſis.Improprie aũt pro
enſe accipi bipennem ait ex altera parte acutam,cũ
Quintil.dicat exvtraꝗ,vt ipſum etiam nomen indi
Bipẽnis. cat.Raudẽ.Guloſus.Paulopoſt. Caſtrimargia gulæ
concupiſcentia.Lauren. Gaſtrimargia dicendũ eſt,
Gaſtrimargia. ſignificatꝗ nimiam ingluuiem,vt apud Ariſto. in
ethicis.Scurra nõ eſt cibi captator,ſed qui riſum ver-
Scurra. bis mouere captat,non habita ratione verecundiæ,
aut dignitatis.Rauden. Heres, paulopoſt, caducus
eſt quicunꝗ ſit heres in bonis alicuius,qui heredem
non habet.Laurentius.Immo caducum eſt, ſiue ca-
Caducum. duca bona dicuntur,herede carentium,nõ aũt quã-
tum ego quidẽ ſcientiã,horũ bonorum heres, ſed fi-
ſcus,aut dux militum publica perſona.Raudenſis.
Ibi,deinde Cicero ſepiſſime cum vult dicere ibi di-

Iſtic.

eſt iſtic:verbi gratia.Tarenti es:nõ ſpero te iſtic hye
mare non iucunde.i.ibi.Laurentius barbare expo=
ſuit iſtic pro ibi:ſi enim diceremꝰ:ſpero te ibi hyema
re:non recte diceremus.De hoc latius in elegantiis.

Ipſe.

Hec fuit cauſa:cur Ciceronem vnum afferret:& cũ
ſic dicere ſepiſſime teſtetur:quaſi non ſemp & ipſe:
& ceteri ad ſecundã perſonam ſic loquãt. Nec per
hoc aduerbium modo:ſed per alia quoq;:& p ipſu
pronomen iſtic:iſtuc:iſtac iſtorſũ:iſte:iſta:iſtud.Quã
to ſatius feciſſet.Raudẽſis:ſi alia potius præcepiſſet
quale eſt:hoc pronomẽ ipſe ſolere proprie:& elegã
ter vſurpare:ſic,expectabat exercitum auxilio vetu
rum:cũ exercitus ipſe magis auxilio egeret.Huiuſ=
modi repetitio fere per hoc pronomẽ fit:qualia exẽ
pla oſtenſo iudicio:infinita ſibi quiſq; cõperiet.Nõ
nunq̃ ſi non licet idem repetere.mutuamur ſimile.
vt luuen.Creſcit amor nummi:quantum ipſa pecu=
nia creſcit.Quia quantum ipſe nummis ꝓpter ver=
ſum dicere nõ potuit.Vergilius.Torua leęna lupũ
ſequitur:lupus ipſe capellam. Cicer.iij. offic.qui ex=
ercitu populi Romani:populum ipſum romanum
oppreſſiſſet:quod ita neceſſario conſtruendum:qui
populum Romanum oppreſſiſſet exercitu ipſiꝰ po=
puli romani:nam ipſum in reponendo nomine lo

Præiudiciũ

cum habet.Raudenſis.Impedire,ſtatim.paucorum
culpa non præiudicat religioni,id eſt non impedit.
Laurentius, non eſt præiudicium impedimentum,
neq; vt aliqui volunt, offenſa quædam, atq; iniuria.
immo quaſi ſentẽtia quædam eſt ante iudicium, ac
ſententiæ lationem,ſiue pro me, ſiue contra me.Nã
præiudicia in cauſa Niloniana ſic contra Milonem
fuerunt, tamen pro Clodianis erant. Et vtraq; pars
præiudicia appellat,& vt afferã de medio exemplũ
nunc duobus ſcribis,de officio cõtẽdẽtibus,qa lis in
longũ procedit.Rex iuſſit interea.dum ſentẽtia fera
tur,alterũ officio fungi,quaſi indicãs, iã nũc ſe ꝓ ea
parte ſentire,penes quẽ eſſe vult rẽ,de qua litigatur.
Et hoc præiudiciũ nimirũ ſi tacite exhortãs iudices
ad iudicãdũ ꝓ eo ꝓ quo præiudiciũ factũ eſt valde
adiuuat poſſidentem, vt obeſt excluſo. Raudenſis.

Pauliſper.
Vomica.

Infirmitas paulopoſt meliuſcula eſt,id eſt pauliſper
melius.Laurentius indocte expoſuit pauliſper, pro
paululum,ſiue aliquãto melius habet.Eſt enim pau
liſper idem qđ per aliquantulum temporis. Vomi=
ca non eſt quod Raudenſis ait,ſed craſſities illa quæ
naſcitur in aliqua parte corporis exterius eminens,
in quam multum humoris ſanguiniſq; deſcendit.

* Sere.
Sunt odio
quos dito
vomit na=
tura tumo
res Vomi=
ca õlis erit
vł idẽ ꝓxi
ma quadã
Induciari
barbarũ.
Feruere.
Iudex cata
logus.
Interpello

Vnde apud Plautum ſeruus geſtans in collo crume
nam,periocum inquit.Vomica eſt.Raudenſis indu
ciæ.Laurentius.Magis nos loqui non latinæ Raudẽ
ſis docet,q̃ latinæ,quis vnq̃ induciari audiuit pro eo
qđ eſt morari,aut differre,niſi qui vernacula tuæ gẽ=
tis lingua loquitur,non latina:Item exponit Verg.
Raudenſis . opere omnis ſemita feruet , id eſt diſ=
fert Laurentius.Cum Vergi.ſignificet laborem,ar=
doremq; feruentem, id eſt vehemens ſtudium for=
micarum in opere faciundo,multa quoq; alia ſimi
lia peccas,quæ perſequi infiniti fuerit operis, mallẽ
hoc præcepiſſes indicem eſſe catalogum titulorum
quibus vel libri,vel capitula inſcribuntur.Item inter
pello nonnunq̃ apud veteres pro rogo inuenitur,vt
Valerius libro.iij.Cato vt ſocios apud auunculum
adiuuaret conſtanti vultu, non facturum reſpõdit.

ſtatim.Deinde,ac ſæpius interpellatus in ꝓpoſito per
ſtitit Raudẽſis.Ioculus.Laurẽ.vult ſerioſe a ſerio ve=
nire, cũ dicat ſerius.i.grauis, ſiue ſeuerus,nõ ſerioſe
vt Quint.At nũc iſta ſeria grauis,quæ nũc amari re=
cuſat,o q̃ voluit amari. Sic hoc loco peccaſti Rau=
den.vt ſuperius,vbi dixiſti induſtrioſus,qđ nõ inue=
nitur,ſed induſtrius.Raud.locus,deinde mimi ætho
logi.i.de etholia ſunt recte ſcurræ.Laurentius.Mimi
Quintiliano.ad verbũ ſumpta,quum tamen de il-
lo,a quo furantur mentionẽ non faciant, homines
improbos,planeq; ingenio miſero, ac furaci quos

a⁊ſs,caſtigabim⁹.Tu tamē quaſi illis doctior ſis, au-
des,de eloquendo,ac pronunciādo conſcribere,pręſ-
ſertim,recedens ab illorū ſummorum principū ve-
ſtigiis.Poteram equidē ad ſingula præcepta rheto-
rice.(Nam omnes colores rhetorice perſequeris) te
refellere,atq; iure optimo deridere, a quo faciendo
retinuit me,&ꝓlixitas huic libro alieniſſima,& pu
dor,ne qui nimis exiſtimaret iratum,ſed a breuita-
te inſtituta recedimus, plura ꝗ oporteat de operis
noſtri breuitate fabulamur.Raudēſis. Cepit cauda
ad aures vtrinq; repercuſſa excandeſcere,& ſuſcita
re ſe ita.Lauren.Si lenones nunꝗ viuos,certe pictos
ſculptoſve inſpexiſti, an tibi caude tā procere videā
tur eſſe,vt flagellare vtrinq; aures queant?Si hoc ita
eſſet,& oculos flagellarent,quod quia obeſſe viſui
poſſet,nō eſt putandum diuinam prouidētiam vl-
tra ꝗ oporteat,proceram dediſſe leonibus caudam
Raudē.Acrimoniam etiā ineſſe,id eſt rugata fron-
te,qualis Chriſtus futur⁹ eſt in vltimo iudicio. Lau.
Quaſi acrimonia vultus ſit rugare frontē, & quaſi
oratores aduerſus iudices eam ſeueritatem,idemq;
ſuperciliū exhibere deceat,qua iudex eſt,aut magi-
ſtratus in eum,qui damnandus eſt rei capitalis,&
quod omnium terribiliſſimū eſt,qualis deus & ho-
mo Chriſtus in homines erit, diaboloſq; damnan-
dos,ſi modo Chriſtus contracto ſupercilio.i.iracun-
do animo ſedebit,& nō poſſit iudicare,niſi indigna
tus.Raudenſis. Dabatq; Octauianus aſſiduo pho-
naſco operā,eſt em̄ potio qua vtebātur poetæ, quū
recitabant,Lau.Immo phonaſcus eſt muſicus, apud
quem Octauianus aſſidue ſtudebat,ait enim Sueto
nius Octauianū dediſſe operam phonaſco aſſiduo
hoc eſt, audiſſe muſicum, cantoremq; aſſidue, a quo
diſcedet rationem vtendæ,confirmandæ, emenda-
teq; vocis.Rauden.Prope.Lau.Nō eſt cominus idē
quod propo,ſed(vt ſic dicam)a prope, cominus ne
inceſſebant lapidibus,hoc eſt,e propinquo loco, ſi-
cut econtrario eminus e lōginquo,ſed ita tamen lō-
ginquo,ꝓpinquoq; vt prope,intra iactum teli eſſe
poſſit,aut quod ſit id genus,nō enim recte dicas,co
minus veni,aut eminus redeo,de hoc iterum ſupe-
rius.Raudenſis Prouerbiū,deinde.Dicamus iure ve
tus elogium,id eſt vetus,prouerbium.Lau. Dixi in
elegantiis elogium teſtificationē eſſe quandā ſcri-
ptis mandatā,vt in opere illo exempla oſtēdunt,
vnum tñ ſubiiciam.Cicero.pro Cluentio. Elogium
recitaſti de teſtamento Cn. Egnatii paris hominis
honeſtiſſimi,videlicet & ſapientiſſimi.Idcirco ſe ex
heredaſſe filium,quis ad Oppianici condēnationē
pecuniam accepiſſet.Raudē.pugna. Aul.Gel.dixit
maledictis aduerſus improbos nō velitandū.i. le-
uiter pugnandum licet.hoc loco abſq; leuiter dica-
tur.Lau. Quaſi ve..tari veniat a leniter, & nō a ve-
los,quod eſt iaculum grece,quo genere teli, qui pu-
gnabant. & eum in modū, quē Liuius, Valeriuſq;
narrauerūt,velites dicti ſunt,& hinc velitor,pugno
ac digladior poſtea de re ad verba tranſlatum,tan-
ꝗ velites dici poſſint,qui verbis altercantur. velitan
dum,ergo nō in maledictis aduerſus improbos.i.
mutuis conuitiorū iaculis, nō eſt aduerſus impro-
bos pugnandum,vel in morem velitum cum illis
decertandum.Rauden.Pulcher & aliquāto poteſt.
Cenſura eſt animi,nō corporis,ideo melius mem-

Cauda leonum.
acrimonia
Phonaſc⁹.
Cominus.
Eminus.
Elogium.
Velitor,
Velos.
Velites.

brorum decorem,ac pulchritudinem dicimus,ꝗ cē-
ſuram tamen,in vſu cenſorium hominē pulchrum
dicimus,poſt hoc pulchritudinem referri.Lau.Hūc
vſum nō agnoſco,ac prorſus mihi talis ignota eſt
ſignificatio.Cenſorius enim homo eſt,qui cenſor fuit
& qui dignus eſt,ꝓpter morū grauitatē,qui alios cē
ſeat.i.de moribus aliorū iudicet,aut qui iudicauerit
mores,aut q opa aliorū cēſuerit.R. Puer paulopoſt
Suetonius de Octauiano ait.Pueros pumilios, atq;
diſtortos abhorrebat,pumilios.i.molles,& enerues
atq; elumbes.Lau.ꝗ credibile eſt Auguſtum exhor
ruiſſe molles,eneruες,atq; elumbes,quaſi tales, aut
ipſe noſſet,aut aliquis ad eum ferret,nō ergo de his
loquitur Suetonius,ſed de nanis,& anormia mem-
bra habentibus,qualem Valerius Martialis deſcri-
bit in illo diſticho,cui nomen eſt Pumilius. Si tan-
tum ſpecies hominis caput.Hectora credas. Si ſtā-
tem videas, Aſtyanacta putes. Abhorrebat quoq;
dixit,pro exorrebat,abhorreo enim vult poſt ſe ab
latiuum cum præpoſitione a vel ab,vt Cice, A qua
fateor nullum ętatis mee tempus abhorruiſſe,id eſt
alienum fuiſſe.Rau.Punire,aliquanto poſt. Vindi-
cabo eam,ne veniēs in nouiſſimū ſugillet me.i.pu-
niat.Lau.Immo detrahat, carpat, accuſetq; me, vt
frequenter apud Hieronymū ſuum,quod declarat
ipſa vox græca,vnde traduximus. rau.Quando,de
inde. Aliquando rome eſſe cepimus,quid nobis de
fuit,id eſt quando.Lau.Hoc inauditum eſt nobis,a-
liquando,pro quādo poni,neq; ipſe rite facit. vt in
re noua nō afferat aliena exempla,ſed ſua.Hoc po-
tius erat dicendum,& quando pro aliqñ accipi, an
tecedente nū,ſic nunquando me adiuuiſti?quę inter
rogatio facit hoc ſignificare num aliquādo, in quē
modum aliqui accipiunt illud in euangelio Luce.
xxii.Nunꝗ vos niſi ſine ſacculo. & pera, & calcia-
mentis?quid vobis defuit?quem locum tamē Rau-
denſis videtur afferre voluiſſe,ſed in cōtrarium ſen-
ſum.vbi enim poſſet eſſe quando pro aliquādo, &
iſte accipit aliquando pro qñ.Raudē.Quaſi deinde.
Nullus prophetarū propemodū tam aperte dixe-
rit.i.quaſi.item ſubridens.i.quaſi ridēs.Laurentius.
Immo prope modum,ſiue prope,hoc eſt pene, ſiue
fere, id eſt aliquantulum ridens, qui enim ſubira-
ſcitur,aliquantulum iraſcitur.ſuboſcurus,aliquantu
lum obſcurus.ſub idem tempus,ſub eandem horā
eſt eodem tempore,& in eadē hora.licet ſub eadem
horam vix reperitur,ſub idem vero tēpus frequen-
tiſſime,vt apud Quin. Venit in ciuitatem.vbi mun⁹
parabat ſub tempus ipſum quo pugnaturus erat
diues filius.Raudenſis. Quare.deinde.Quatinus cō
iunctio cauſalis.id eſt qua ratione,per i ſcribiter ea-
tinus,id eſt ea ratiōe,aliquotinus,id eſt aliqua ratio-
ne.Lauren.Immo & per e ſcribendæ ſunt hę dictio-
nes,neq; hoc ſignificant vt in elegantiis docui, nā
quatenus ſignificat quoniā,vel inquantum: eaten⁹
vero vſq; eo,aliquatenus eſt aliquantulum ſiue ex
aliqua parte,vt Quintilia. Verum hoc aliquatenus
temporum cōditione mutatū eſt.Rau,Quæ.Ve con
iunctio cōiungit ſiue diſiungit, vt inter aſinum, lu-
pumve magna diſtinctio eſt.Lauren.Immo ve idē
eſt,quod vel,ſiue aut,vt bonum malū ve ſequit om
nes.i.bonum aut malum, docti indoctiue ſimus,ni
hil cogitas.i.ſiue docti,ſiue indocti.Rau.Quidā,dei

Cenſura,
Cenſorius.
Pumillus.
Abhorreo
Sugillo.
Aliquādo.
Nunqñ.
Propemo-
dum.
Subridens
Subiratus.
&c.
Sub idem
tempus.
Quatenus
& quatin⁹
differre do
cet lima
Mācinelli.
Ve.

de. Vbi nota ꝙ plus cõueniunt quiſpiã, & quidã, q̃
aliquis, & quidã, & iterũ. Aliquis enim rectius con-
iũgitur nomini cõmuni, vt aliquis homo, & quidã,
& quiſpiã nomini proprio, vt quẽpiam Simonem.
Laurẽ. De hoc in dialecticis latius diſputauimus, &
nõnihil in elegãtiis attigimus. & in hoc ipſo libro.
Itaqꝫ hic breuiter iterũ dicã. Quidam & aliquis hoc

Quidam. Aliquis.

differũt, ꝙ quidam certum hominem ſignificat, vt
quidam vult accipere filiam meam pro vxore ſine
dote, aliquis vero, incertum, vt aliquis volet accipe

Aliqs ꝓ q̃dam.

re filiã meã pro vxore ſine dote. Ibi ſcio ac nomina-
re poſſum, quis ille eſt, hic non poſſum, nõnunq̃, ſed

Quiſpiam Quiſq̃.

tamẽ perraro inuenit aliquis pro quidã, vt ꝓ plan-
cio Cicero. Ais miſſum eſſe aliquẽ in ꝓuinciã. Quiſ

Quid pro q̃ddã male pon.

piam autẽ, & quiſq̃ nihil ab aliquis differunt. Illud
autẽ exemplum ex actibus apoſtolorum, quempiã
Simonẽ, q̃ eleganter in libris Interpretationis noui
teſtamenti oſtendimus. Illud tamẽ ſciamus, impro-
prie dici, quo quidam vtuntur, eſt quid mirum, eſt
quid pulchrum, quod ex græco deſcendit, ſignificat
quiddã hoc loco, nõ aliquid, nam vnã Græci ꝓ dua
bus latinis dictonẽ habẽt, dicendũ ergo eſt, quiddã
mirum, quiddam pulchrum, ſi quidem quid pro
aliquid accipitur, non pro quiddam. Raudẽ. Quis,

Quotuſq̃ſq̃.

& Quotus, Quotuſquiſqꝫ. Laurenti. Quotus & Quo-
tuſquiſqꝫ exponit ꝓ quis, quũ ſignificet quod dũta-

* Cic. pro Plancio. Quotuſq̃ſqꝫ iuris peritus eſt, q̃tuſq̃ſqꝫ diſertus eſt.

xat interrogatiue, vt in elegantiis diximus, melius
hoc præcepiſſet, id q̃d multi barbare, aut impolite di
cunt, ſecundum, q̃d veniebãt ad manus, diuiſi famu
lis veſtes, dicendum eſſe, vt Sqꝫ veniebant ad ma-
num, ſiue vt queqꝫ occurrebãt. Raudẽ. recitare. Lau.
Raudenſis in eũdem ſenſum accipit recitare come-

Scdm q̃d epte dicit. i

dias: tragœdiaſqꝫ & agere, actitareqꝫ, q̃d lõge diuer
ſum eſt. Recitare eſt ſcripturam clara voce, vt alii au

Recitare & agere comedias.

diant, intelligãtqꝫ, legere, vnde poete, hiſtoriciqꝫ & 
alii ſcriptores recitabãt publice opera ſua, & nõnul-
li aliena, vt fit in comœdiis, tragœdiiſqꝫ, aliquãdo nõ
legẽdo fit recitatio, ſed memoriter referendo, q̃ vel
ſcripta ſunt, vel dicta, nihil enim intereſt legere, ſi q̃

Agere.

pronũtio, memoria teneo. Quinti. At iſta legẽ reci-
tat, de muliere loquẽs, quæ cæca erat. Plautus recitat

Recõmendo nõ dicitur nec recommitto

memoriter. Agere eſt geſticulationem facere, quod
eſt hiſtrionum, atqꝫ minorum. Rau. Recommenda-
tiuæ literæ. Laurẽ. Cõmẽdatitias literas dicimus, nõ
recommendatitias, ſicut commendo, non recõmen
do, committo me tibi, non autem recõmitto. Raud.

Pro maiori pte bar. q̃ plures bar.

Et iterum verba Ciceronis pro maiori parte. Laurẽ.
Quũ verba Ciceronis afferre te dicis, cur non verba
illius loqueris, ex maxima parte ille dicere ſolet, nõ
pro maiori parte. Itẽ vereo, neqꝫ q̃ plures tibi recõ-
mendo, complures dicere debuiſti, tum quia Cicero
ſic loquitur, tum quia contra præceptum tuũ eſt, vbi
ais quam ſuperlatiuo debere coniungi, nec recõmẽ
do dicit Cicero, ſed cõmendo, vt ſuperius teſtatus
ſum. Rau. Recordor. deinde. Te, vt dixi fero oculis,
id eſt memoria teneo, & te ſemper poſt me ferã. Itẽ

In oculis fero.

multa me fugiunt. i. non recordor, & non te fugit. i.
recordaris. Lau. In oculis fero, eſt q̃d ſemper videor

Præme fero.

videre te, & alloqui, audireqꝫ ꝓ beniuolẽtia, vt apd
Vergi. Illum abſens abſentem auditqꝫ, videtqꝫ. Præ
me fero, quod nõ diſſimulo, & voce vultu, geſtuqꝫ
fateor, aut amare me quẽpiã, aut odiſſe, aut bene ſen
tire, ſiue male de aliquo homine, ſiue de re, & q̃ ſunt
ſimilia. Multa me fugiũt, eſt idem q̃d multa neſcio,
quaſi q̃a illa prætendere nõ poſſum. vt Cic. Sed tũc
ea ratio me fugit. i. hanc rationẽ neſciui. At ſi Rau-
denſi credimus, quecunqꝫ nos fugiunt, ea aliquan-
do ſciuimus, q̃m nemo dicitur non recordari, niſi q̃
didicerat, hic ſecus fit, quia de oĩ re, ac ratione, quæ
nobis cogitantibus non occurrit, dicimus eam nos
fugiſſe, niſi platonem ſequimur, q̃ vult diſcere eſſe re

Fugit me.

cordari. Raudẽ. Reddo reddis, reſtituo reſtituis, redi
beo redibes ſine h. Lauren. Immo cum h, vt exhi-
beo, prohibeo, perhibeo, adhibeo Rau. Regula dein

redhibeo Norma.

de. Norma eſt maxime in regẽdo. Lau. Immo nor
ma eſt inſtrumentũ illud duorũ laterum, quo fabri
omnia dirigunt, ac metiuntur. inde quæ tecta, dimẽ
ſaqꝫ ſunt normam habere dicuntur. Rau. Relinque
re, deinde. Item vox mea me defecit. i. reliquit, & de
ficiet tempus enarrãtem. Lau. deficio cum tempus
ponitur, ſimilibuſqꝫ, nõ cũ perſona iunctum accuſa
tiuo. Dies enim me deficiet, idẽ eſt q̃d dies mihi de-
ficiet. Sed illo modo per accuſatiuum apud erudi-
tos frequentius. Quę ſimilia tempori dixi, huiuſmo

Deficio.

di ſunt, vt Cicero in Verrem. Vides te quanta defi-
ciant. Et in eundem. Vox me citius defecerit, q̃ no-
mina, & in eundẽ alibi. Vt ſi me in ea querimonia,
quam ſum habiturus de iſtius crudelitate, & de caſu
reipublice, & in digniſſima morte, nõ mõvires, verũ
etiam vita deficiat, id mihi præclarum, & iucũdũ pu
tem Plinius iunior. Tandem cum patientia deficit.
Vxor me deficit: ego nõ dicerem: ſed milites: ſed po
puli: ſed diſcipuli mei a me defecerunt: hoc eſt ab im
perio: & preceptione mea receſſerunt aut ſi vis vxor
a me defecit. Rau. Reſpondere. deinde. Nequaq̃ li-
teris ſatiſfacerem. i. reſponderẽ. Lauren. Si literis, vt
ego interpretor, eſt ablatiui caſus, ſignificatio eſſet

Lr̃is ſatiſfacere.

placatiorem, & equanimiorem facere te per literas
meas, ſin datiui, ſubintelligitur tuis, vt ſit ſenſus, me
tue excuſationi expoſtulandũ, quereleqꝫ purgarem
atqꝫ excuſarem. rauden. Illi ſic obſtrepunt. id eſt re-

Obſtrepe. reddere.

ſpondent. Lauren. Immo ſtrepitu loquentem inter-
pellant, atqꝫ dictis illius ſtrepitu aduerſantur. rau-
den. Quum hæc diceret, reddere neſciuit. id eſt reſpõ
dere. Lauren. Cuius hoc exemplum eſt. raudenſis,
apud Ciceronem, Quintilianumqꝫ non ſemel legi-
mus, cur hoc credam? cur hoc velim? cur fecerim ſuo
loco reddam. id eſt oſtendam, & explanabo. rau-
denſis. reſpicere. deinde. Totum luſtrabat lumine
corpus. id eſt reſpiciebat. Laurẽ. Immo circuibat, vt

Luſtrare. reſpicere. reputo. Cic. illud in offi. ſed cũ oĩa rõ̃eaſo ꝙ luſtraueris ꝓ aſpicere accipitur.

idem author alibi Luſtrat Auentini montẽ. reſpi-
cere quoqꝫ eſt retro aſpicere, q̃bus exẽplis pleni ſunt
omnes libri. raudẽ. reputare. i. in bonam, vel in ma
lam partẽ aliquid habere, vt homo nullius momẽti
id eſt reputationis. Laurẽ. Immo reputare eſt ſecum
cogitare, ſeu recogitare, vt Boetius. Quũ hæc mecũ
tacitus ipſe reputarem. Quinti. Quoties facta repu-
taui, flagella mẽtis ſonãt, vltrices video furias, & in
quãcũqꝫ me ptẽ cõuerti, occurrũt vmbre meorũ. L
uius lib. xxi. Vnuſquiſque ſe, nõ corpus ſuũ: ſed cõiu
gẽ ac liberos paruos ꝓtegere putet: nec domeſticas
ſolũ agitet curas: ſed identidem hoc animo reputet
veſtras tum intueri manus ſenatũ: populũqꝫ Roma
nũ. Ecce aliud eſt putare: aliud reputare: nec hõ ma
gne reputatiõis dicit: niſi ab ineruditis: ſed magnæ
exiſtimatiõis, aut magnę opiniõis videlicet ꝙ hoiẽs

de eo egregiæ exiſtimãt, atq; opinantur. Rau. ſic ex=
*Priſcia. in maiore minore q; nõ dicendũ.*
ponit Priſcia. in. vi. maioris. Lau. Indecorũ eſt labi in
errorẽ imperitorũ qui dicũt Priſciani maioris, mi=
noriſq;, quũ vnum opus ſit nõ duo, eo quidem ma=
gis, q; librũ appellãt opus, qđ cõſtat pluribus libris
Rauden. Rhetorica & rhetorice in nõiatiuo & abla
*Rhetorice.*
tiuo. Lau. Si græci carent ablatiuo, quæro, an poſſit
*Vnũquodq;.*
dici in eo caſu rhetorice q̃ græca vox eſt? Rau. Quin.
ait rhetoricen in latinũ transferentes; tũ oratoriã tũ
oratricẽ nominauerũt. Lau. dãnat horũ nominũ in=
uentores. Quintilia. nõ ꝓbat, vt vult Raudẽſis. Rau.
Circa vnũquodq; immo vnũquicq;, nũc eñ eſt ſub
*Vituperia eſt inepte.*
ſtantiuũ, ſecus autẽ quum adiectiuũ, vt vnũquodq;
nauigiũ, de quo prius & in opere de elegãtia. Rau.
Similiter laudes, & vituperia. Lau. Vituperia oſten
de quis dicat. Rau. Patronus ergo Verris cõmutauit
perſonã pro facto, nolens ob infamiã eũ nõiare, ſed
dicit conſiderare iudices victorẽ. Daciæ, & attendite
q̃tã gloriã nobis cõparauit ſubiugãdo ipſos Dacos
noſtræ poteſtati. Lau. Vbi hoc legiſti. Rau. nunquid
orationes Horteñ habes, qui fuit Verris patronus
q̃q̃ quis nõ agnoſcit iſta verba aliena ab antiquita
te? ꝑpterea quis narrat Verrem ſupperaſſe Dacos
tantũ Siciliã contra piratas fortiter tutũ eſſe accepi
mus. Huic facto ſimile eſt quod aliũ pro alio nõias
vt Pliniũ pro Quintiliano, interdũq; illorum ṽbis
tua addis, vt ibi, interdũ docti videntur, copiã habe
re maiorem, q; dicunt omnia quæ ſciũt, & quæ ne=
ſciunt, garriunt, obſtrepunt, latrant: horũ verborum
nouem ſunt Quintiliani, octo poſteriora Raudẽſis.
Rau. Sed hoc nõ ſatis ne his mõ qui doctrinã hanc
ingreſſi nouiter ſunt, cæterũ ne his quoq; qui aliq̃d
profuerunt. Lau. Dũ rhetorice præcepta dat Raudẽ
ſis, videamus, an (id quod infra rhetoricen eſt) lati=
ne loquatur. Ait cæterũ ne his quoq;, pro ſed ne his
quidẽ, nam & ſi cæterũ, pro verum, ſiue ſed accipiatur
*Cæterum.*
tamen hoc loco minus accõmodatũ eſt. His autem
nõ reperiri ſatis patet lpeẽ. ea que de his, & his ſupe=
*Nouiter.*
rius diximus, nequit enim adeſſe aſpiratio cũ gemi
na ñ, Et etiã nouiter dixit pro recenter. Profuerunt
*Profui. Prodeſſe. Proficere.*
quoq; pro ꝓfecerunt. prodeſſe eñ ad alios quoq;
ſpectat, ꝓficere vero ad ſe tantũ. Raudẽ. Vnũ enim
*Sene. Sic eñ audiẽdo & legẽdo in dies magis ꝓficimus.*
verbũ proprie ſignificãterq; poſitũ, totã interdum
illuſtrat orationem. Lau. Nõ verbũ iſtud eſt, ſed ful=
gur qđ vno flãmarũ ictu mundũ omnẽ illuminat,
qui enim poteſt vnũ verbũ totam illuſtrare oratio=
nem? præſertim propriũ quippe magis tranſlata
orationem illuſtrant, q̃ propria, & nullum debet in
oratione eſſe verbũ, quod nõ ſit proprium niſi fue=
rit ornatũ hoc eſt illuſtrius, q̃ propriũ. Dicendũ er=
go erit, vnũ improprium verbũ obſcurat, occecatq;
ſententiã, & ſi vis etiã orationẽ nõ vtiq; vnũ ꝓpriũ
illuminat, ſi cætera parum apte, parũq; ſignificãter
adhibeantur. ſi quidẽ plus incõmodi eſt in vno ma
lo, q̃ cõmodi in vno bono. Rau. Itaq; hoc authori=
bus nõ eſt elaboratũ, vel quia nõ ſit ab his aduerſũ,
vel quia difficilis horũ eſt tractatio. Lau. Si alius, q̃
Rauden. foret qui hæc tam magnifice iactabunde=
q; effunderet, quibus, vel quanto impetu, qua ꝓcel=
*Iactantia. Rauden.*
la in ipſum inueheret? nõ eſt elaboratũ autoribus,
quo nõ ṽba ꝓprie ſignificanterq; ponerent, & ſi
hoc nõ feciſſent, nõ ꝓpter difficultatem in hoc nõ ela
boraſſent, quæ difficultas te nõ retinuit, quare quo=

niam omnes colores rhetoricos in hoc tuo opere
exequeris, quaſi tu præter cæteros de elocutione enu
cleate, eleganterq; cõſcribas. nõ ſuſtineo, quin pri=
mum, qui ſe offerret colorẽ abs te traditum, diſcutiã
q̃ vere tradatur, vt ex hoc velut guſtu aliorũ quorũ
ſapor intelligatur, nũc q̃ proprie, ſignificanterq; po
ſita ſint a Raudenſi verba, tractemus. Primũ cõiun=
xit contra latinitatis rationẽ ſubiunctiuũ cum indi=
catiuo, quia dicendũ erat in vtroq;, aut eſt, aut ſit, de
inde ſic. Raudẽ. Ariſtotiles. Lau. Licet aliqui vulgo
*Diuerſitas modorũ vitioſa.*
dicant phyſicã, ac methaphyſicã, tamen phyſica ſi
ue metaphyſica inſcribũtur opera illa numero plu
rali, nec Ariſtotilẽ dicendũ fuiſſe, ſed Ariſtotelem
*Phyſica & metaphyſica.*
ipſa nos ꝓnunciatio docet, quippe quũ ſic ſemper
loquimur. ego ſum Ariſtotelicus, libri ariſtotelici, o=
pus ariſtotelicũ nõ ariſtotilicũ, deinde. Rauden. Et
qui nobis tribuere, q̃ multũ ſoles. Lau. q̃ multũ di=
xit pro permultũ, contra ſuã ipſius regulã, ſi ſua po
tius, q̃ mea eſt. deinde Raudẽ. Sed tamen quũ neq;
*ariſtoteles. q̃ multo.*
libris ipſis abundemus, nec fieri põt, vt non aliqua
interdum excidant memoria. Lauren. Idem vi=
tium quod pauloante attigit, de diuerſis modis in
eadẽ oratione, ſiue in eodẽ cõplexu. deinde. Rau. Id
ipſum quod apprime cupiunt, q̃ facile credũt. Lau.
q̃ facile poſuit pro perfacile ſiue perq̃ facile, ſiue q̃
facillime. apprime minus oratorium eſt, ſignificat
tamen valde, produciturq; media ſyllaba. Rau. ani
moſq; mihi q̃ familiares oſtendere. Lau. Idem quẽ
*Apprime.*
modo dixi error. Deinde Rau. Huius eñ cõmen=
tariñ cognitio ſtudioſis iuuenibus, & ſi nõ magnã
vtilitatẽ, vt nõnulli iam iudicãt, afferet, at certe quod
magis cupio, bonã voluntatẽ. Lauren. Cõmentariũ
appellat tam immẽſum opus, quo nullũ ex omni
vetuſtate maius extat, præterea videtur Raudenſis.
non recte intelligere Quintilianum, cuius extremo
verba operis de oratoria inſtitutione hæc ſunt. Ha=
bes Marcelle Victori, quibus præcepta dicendi pro
virili parte adiuuari per nos poſſe videbantur, quo
*Cõmentarium.*
rum cognitio ſtudioſis iuuenibus etſi nõ magnam
vtilitatem afferet, at certe q; magis petimus bonã
voluntatem, nõ inquit Quintilia. ſuam bonam vo=
luntatem, vt de ſe ait Raudenſis, ſed iuuenũ ſtudio=
ſorum. i. animum propenſum ad virtutes, quum o=
rator imprimis debeat eſſe vir bonus, quæ prima
ipſius laus eſt, proxima dicendi peritum eſſe, vt
ſolebat dicere Socrates, ſatis ſe feciſſe in diſcipu=
los, ſi bonam voluntatem illis induxiſſet. i. mentem
propenſam ad virtutem effeciſſet. Deinde. Rauden=
*Orator vir bonus.*
ſis. Circa elegantiam vocabulorum, ſplendoremq;
verborum totus hic liber eſt editus. Lauren. Editus
dixit pro conditus: condere enim eſt componere,
edere autem publicare, nec liber quidem opus hoc
appellari deberet. Rauden. Stabit ſemꝑ inconcuſſa
ſententia, malle imitationem homines ſine arte, q̃
artem ſine imitatione poſſidere. Lauren. Neq; imi=
tatio eſt ſine arte: quia pars artis eſt, neq; ipſa ars ci
tra imitationem ſit, quum enim legimus orationes
virtuteſq; earum intelligimus, tunc imitamur id ar
*Editus. Conditus. Imitatio.*
te, quæ in illis latet, noſtrum pectus imbuimus, me=
moriamq; inſtruimus, niſi ipſum ſcribere, ac loqui
orationem, imitationẽq; vocas, qui magis vſus, cõ=
ſuetudoq;, atq; exercitatio vocari debet, ac ne dubi=
tare poſſimus imitationẽ artis eſſe partẽ, & quid ipſa

imitatio qualiſq; debeat eſſe, vno capitulo. Quinti. oſtendit: ſed initium poſuiſſe ſat fuerit. Ex his, cæteriſq; lectione dignis authoribus verborũ ſumenda, copia eſt, & varietas figurarũ: & cõponendi rationum ad exẽplũ virtutũ omniũ mens dirigenda, neq; enim dubitari poteſt, quin artis pars magna cõtineatur imitatione, nam vt inuenire primum fuit, eſtq; præcipuum, ſic ea, quæ bene inuenta ſunt, vtile ſequi, atq; omnis vitæ ratio ſic cõſtat, vt quæ probamus in aliis, facere ſic ipſi velimus. Sic literarum ductus, vt ſcribendi fiat vſus, pueri ſequuntur, ſic muſici vocem docẽtium, pictores opera priorum, ruſtici

Reduces.

probatam experimẽto culturam in exemplam intuentur, omnis deniq; diſciplinæ initia ad propoſitum ſibi præſcriptum formari videmus, & hercle neceſſe, aut ſimiles, aut diſſimiles bonis ſimus, ſimiles raro natura præſtat, frequẽter imitatio, ſed hoc ipſum quod tanto faciliorem nobis rationem rerum omnium facit, q̃ fuit is, qui nihil q; ſequeremur, habuerunt, niſi & cũ iudicio appræhenditur, & nocet, deinde ſubdit præcepta imitationis, poſt quæ de imitatione nos hiſcere moleſtiſſimũ foret. At Raudẽ. vocabula quædã exponit & bene dicta ab authoribus ſine illa traditione, & alia multa ad rem nihil pertinentia inculcat. Raud. Reuertor paulopoſt. Accipiet reduces, id eſt reuertentes dixit Ver. Laurẽ. Seruius melius, qui exponit reduces ꝓ a periculo domũ reuerſos. Rauden. Præpoſteros habes tabellarios. i. redeuntes. Laurẽ. Nos internoſcimus quando aliorũ quãdo Raud. exẽpla ſunt, opinor aſtute hoc facit, vt ſua quoq; ipſius exẽpla veterum eſſe exiſtimemus, hæc verba Ciceronis ſunt in epiſtola quædam hoc ſignificantis, q; tabellarii nihil ordine, nihil tempore agunt, vt iterũ in Lelio. Præpoſteris vtimur cõſiliis, & acta agimus, deinde conſultamus, quũ ante conſultare, ac deliberare deberemus, deinde agere. & Quintilia. Præpoſtera res eſt filium occidere, deinde erubeſcere, id eſt peruerſa, & quaſi inuerſa res eſt. Raudẽ. Signum tibicinũ ad armigeros reuocandos Laurẽ. Tibicines frequẽter. Raudẽ. ponit pro tubicines. tibicines ſunt qui breuia illa organa inflãt multis in ligno ipſo (ſi lignea fuerint) foraminibus vocem diſtinguentibus, tubicines vero qui tuba canũt

Cic. ꝓ Milone. Quid me reducem eẽ voluiſtis an vt ſpectante me expellerẽtur ii per quos eſſem reſtitutus.

Præpoſteri tabellarii.

Tibicines.

Tubicines Armigeri

Armigeros autẽ nõ eſſe milites, & qui eſſent, in elegantiis dixi. Raudẽ. Ego Quin. hac in parte nõ ſatis adhereo, vt motus pro arbitratu meo in animo habere poſſim, & gemitus, & ſingultus, & lachrymas veras fundere, flent de facili mulieres, immo & viri gregales, & inepti, animi magnitudinẽ neſcientes, ſimiliter effœminati quidã, vt aliquãdo hiſtriones, & mimi: idcirco Quin. ipſe exẽplũ, vt ſibi crederemus, eduxit, dicens. Laurẽ. Ne quid foret, in quo nõ videretur a veteribus diſcrepare, reprehendit tertiã partem oratorie artis Stoicus noſter. Nõ ſentis. Raud. te Ciceroni quoq;, atq; ipſi veritati, omniq; indoli Romanæ pugnare, an nõ mouit lachrymas Cicero? certe ex arte, nõ q̃a lachrymæ ipſe vel actori: vel auditoribus ſua ſponte erumperent, negas adhuc. Stulte igitur Cicero de mouẽdis lachrymis præcepit, quid Marius in cauſa Aquilæ Antonioq; perorante non flebat, aut non oratio ipſa. M. Antonii id efficiebat meſta, flebilis, & appoſita ad lachrymas cõmouendas, non vniuerſus populus Romanus lachrymas

Mouẽdas eẽ lachrymas.

Flet⁹ virorũ magnorũ.

fudit. C. Graccho necẽ fratris deflẽte? nõ mille alios legimus audientiũ lachrymas cõcitaſſe ſola vi orationis, nõ deniq; ſancti ipſi, atq; apoſtoli & fleuerũt & fletũ auditoribus excuſſerũt, nõne Chriſtus & fleuit, & fletũ nõ tantũ mouit, ſed flere nos iuſſit. Quid nõ ipſa lectione rerũ mirabiliũ ab optimis auditoribus cõpoſitarum ita mouemur, vt irã, gaudiũ timorem, ſpẽ: dolorẽ cõcipiamus, & ſæpe lachrymas erũpentes cohibere nequeamus, qđ de ſe excellentiſſimi quiq; confitentur. Ego de me fortaſſis tanq̃ de mollis affectus, & fœminei pectoris homine fatebor quũ Odyſſeam primũ legis, multis in locis, ita multæ cũ ſingultibus lachrymæ manabãt, vt nec efferre vocẽ, nec inſpicere literas poſſem, & hoc ire fabuloſa, atq; poetica, quid facturus in vera, aut quã veram eſſe cederẽ atq; ab hoc poeta longe omniũ præſtantiſſimo: nemo nõ heroum qui ad Troiã pugnauerunt, inducit aut indignatione, aut dolore, aut miſericordia, aut gaudio, aut deſiderio lachrymaſſe, & certe humani potiſſimum homines, nec aggreſtes, nec effrenati, vel ſpõte, vel ad actionem optimi oratoris in fletũ erũpunt hiſtriones autem, quos effeminatos ait, nõ in rebus effeminatis, ſed in magnorum principũ, vtpote in Tragœdiis (nã in Comediis minus hoc accidit) lachrymas mouẽt, qđ opus nõ niſi optimorũ hiſtrionũ eſt, & optimorũ oratorum. Raudenſis. Rigidus, infractus. Lauren. Infractuum pro non fracto accipit, qđ quantũ memoria repeto, pro fracto frequẽtius accipitur, vt apud Vergi. Turnus vt infractos aduerſo marte latinos. Ergo præfractum dicere debuerat pro rigido, vt apud Ciceronẽ. Cato noſter nimis præfatus ærarium defendere videbatur, Raud. Ripa. Laurentius. Quatuor nomina attingit, quorum nulliũ aut plane, aut vere exponit, ripa, alueus crepido, riperia, quæ ipſe & planitus, & verius exponã. Ripa ſic eſt extremitas terræ, quam aqua fluminũ torrentiũ, riuorũq; alluit, vt extremitas terræ, quam alluit mare eſt littus, niſi q; ripæ poſſunt eſſe arduæ, littora vero nemo vocat ſcopulos, præruptãq; atq; imminentẽ mari terræ altitudinem quæ proprie, rupes dicitur, ſiue mari impẽdeat, ſiue plano, lacuum autẽ, ſtagnorũq;, ac magnarũ paludum magis littus, q̃ ripa dicit, quia ꝓpius ad imaginem maris accedunt, vt ſint tantũ ripæ aquarum currentiũ excepto Helleſponto, & ſi quid eſt tale, quarũ (vt ſic dicã) lectus vocat alueus. Crepido eſt ora terræ quam aqua alluit, ex hoc appellata, q; ibi aqua alueus crepat, crepitatve, quum currit, aut vndas appellat, licet Greci ſibi huius nominis originẽ vẽdicãt. Per metapho. vero & putei extremã horãq; ad puteum reſpicit, quod vulgo dicitur os putei, & omnẽ extremitatẽ ſolemus crepidinẽ appellare, vt apud Hieronymũ, in crepidine viæ. Riperia autem nõ inuenitur, licet Genuenſes & alii quidam oram maritimam ipſorum riperiam vocant, quaſi mare ripas habeat. Raudenſis. Riuula diminutiuum de riua. Laurentius. Erima, & rimula ſcribendũ eſt alioqui eſt neſcio quid hoc nomen ſit. Raudenſis. Sacrificare. deinde nullo modo ſe dies extulit. id eſt extra viam ſe tulit. Laurẽtius. Immo ad ſepulturam ſe exportauit, etenim tulit ſe id eſt exaltauit ſe. ſi venit tamen ab effero, vt efferam eum laudibus, & extulit illum præconio meo, tũ ab extollo, vt noli me ſupra

Valle lachrymæ.

Infractus.

Præfract⁹.

Ripa.

Rupes.

Alueus.

Crepido.

*Quis crederet iacẽte ſup crepidine Mariũ aut fuiſſe, aut futurum cõſulẽ Ponit et ꝓ abrupti ſaxi altitudine. Vergi. forte rati celſi cõiuncta crepidine ſaxi. Expoſitis ſtabat ſcalis, & põte parato.

modũ extollere,ego te infra meritũ extuli,item ex-
tuli ab effero,id eſt ad ſepulturam:vel extra vrbem
Riperia bar. tuli,ſiquidem veteres,niſi forte imperator,aut ma-
giſtratus,aut ſingulari quodam merito inſignis ſo
Riuula nõ dicitur. lebant extra vrbem ſepeliri,& præcipue & honeſti
homines circa vias,inde,freqnẽter epitaphia advia
tores dirigunt,eoq́; quũ,dicimus,elatus eſt,ſignifica
Efferre. mus ad ſepulturã,ſiue ad rogũ,extra vrbẽ domũve,
nam poteſt eſſe,qui extra muros latus eſt. Rauden-
ſis.Parentare eſt vmbris mortuorum, aut tumulis
parere,obſequi,miniſtrare.Laurẽtius.Hieronymus
exponit pro conuiuium facere in honorẽ mortui,
proprie autem parentare eſt mortuo, præſertim in
templo hoſtia humana ſatiſfacere eiuſq́; manes ho
Elatus eſt. ſtili ſanguine placare, vt Achiles Patroclo fecit, &
Æneas Pallanti facere deſtinauerat. Cice. de Anto-
nio dicit,ꝙ cineribus Cæſaris cum ipſius Ciceronis,
Parentare. tum aliorum multorum cruore parentare vellet,
miror q́; cur a pareo traducat hoc verbum. rauden-
Lito. ſis & non a pari,ſiue a parente,quum hæc primam
breuem habeant,pareo vero longam. raudẽ. Ope-
rari deos religioſe,& ex ſacrificiis ſumma veneratio
ne licare,vel cõiuuari.Vergil.in.i.Geor.Letis opera
tus in herbis,exponit Nonius, ſed ego nõ memini.
Lauren.Quid nõ meminiſti?rauden.Noniũ ne hoc
dixiſſe Verg.ita ne memoriter,vt ne repetere quidẽ
libros velis?ſi non recordaris,euolue authorem, ſin
male dicere exiſtimas,profer ſententiã tuam. Præ-
terea litare aut non exponis,aut minus recte expo-
nis,ſignificat enim ſacrificio deos propitios impe-
trare,hoc eſt quum aues addicunt,aut quum extra
bene promittunt,vt frequenter legimus de multis
ducibus,eos quum ſacrificaſſent,litare nequiſſe rau
den.ſacerdos,deinde. Eſt magis latinum nomen,q̃
præſbyter,id eſt epiſcopus,& q̃ &c.Laurenti.Quod
ait,non probat,nos autem ſciamus ſacerdos eſſe no
mẽ latinum,præſbyter vero græcum,de quo latius
in alio diſputauimus opere,verum ibi de vi nomi-
nis, hic autem ſola ſignificatione, ac voce quam e
græco ſumus mutuati,præterq̃ ꝙ non præbytrus di
Preſbyter. cimus,ſed præſbyter, quum ratio illud magis exi-
gat q̃ hoc,niſi eadem ratione a preſbyteros decli-
nemus preſbyter, vt ab Alexandros, Alexander,
non Alexãdrus,ab Antipatros Antipater,non An
*Sene. li. tipatrus,a Menãdros Menãder,nõ Menãdrus.Ver.
q. qõnũ.ar tũ ab Euãdros,& Euãder dixit & Euãdrus preſby
canailla re ter apud Græcos adiectiuum eſt,ſignificatq́; incom
rũ naturæ paratione,vt apud nos antiquius pro melius.raud.
facta nõ ꝓ Sacrarium,deinde,Paſtrophorium vbi ſacraria re-
miſcue & ponuntur.Laurent.Sacra reponuntur,non ſacraria,
oĩbꝰ patẽt hæc continent, illa continentur,nec paſtophorium
reducta,& eſt ſacrarium,licet Græci quidam ſic exponunt, dicẽ
iteriori ſũt tes eſſe gazophilatium,alii vero thalamum nuptia
clauſa ſa- lem, cum quibus prope ſentit Hieronymus, qui in
crario. Eſaiam ait.Paſtophorium eſt thalamus in quo ha-
Paſtopho- bitat præpoſitus templi.raudenſis.Saltem, deinde.
rum. Emicat in currum,id eſt ſaltat.Laurentius. Salit di-
Salto. cere debuiſti,aut inſilit,ſaltare enim tripudiare eſt,
Salio. illinc venit ſaltus,hinc ſaltatio, quod eſt(vt Vergi-
lianis verbis vtar)pedibus plaudere chorea.raudẽ-
ſis.Sanitas,deinde. Sana philomena eſt? Pãphilus
meliuſcula eſt id eſt pauliſper melius habet Lauren.
Immo aliquãtulo melius habet,pauliſper enim eſt
per aliquantulũ temporis.rauden.Satelles,deinde,
Emiſſarius,id eſt ſiccarius.Laurent.Hoc ipſe nõ re-
peri,ſed pro eo qui ante exercitũ mititur, vel ad ex-
plorãdum,vel ad prælium laceſſendum, aliqui ap-
pellant arietem emiſſarium eum,qui emiſſus in ſo
litudinem eſt,vel qui ad generandam ſobolẽ emitti
tur,ſed videtur ratio velle vt dicatur admiſſarius,vn
de admiſſura,quando mares brutorum admittun- Pauliſper.
tur ad fœminas,ſed de hoc alio loco dicetur. raudẽ. Emiſſariꝰ.
ſiccarius ſicca.i.gladio abſconſo in ligno. Laurenti.
Vt ita ſit,ꝙ ſica abſconſa eſſet in ligno, cur nõ illud
Quintiliani addebas,ſicarios eos etiã appellari,qui
cedem telo quocũq́; cõmiſerint?rauden. ſcannum,
deinde.Nam papa in ſuggeſto,cardinales in ſubſel
lio inferiori ſedent,ſuggeſtus enim eſt regalis ſedes Sicarii.
Lauren.Immo ſuggeſtũ eſt locus ſuperior vnde ad
populum,ſenatum ve orationẽ habemus. hinc eſt,
ꝙ dicit quis ex ſuperiore loco orare,quod ſignificat
Cice.quũ pretor ad populũ inquit.Hic autem locus
ad agendũ ampliſſimus,ad dicendũ ornatiſſimus
ad viſus quirites,quodq́; probat rauden. exemplũ
ex eodẽ Cicerone ſumptum. Idẽ quũ in communi-
bus ſuggeſtis conſiſtere non auderet,concionari ex Suggeſtũ.
turri alta ſolebat Titus liuius lib. viii. ſic ait. Naues
Antiarũ Partim in naulia romæ ſubductæ partim
incenſe,roſtriſq́; earum ſuggeſtũ in foro extructũ
adornari placuit,roſtraq́;,vt templũ appellari.rau.
Scelus.deinde.Terentius dixit,ah minime gentiũ.i.
nequiſſime.Lau.Pro nomine quantum intelligo ac
cepit.raudẽ. minime,quum ſit aduerbium,ideq́; eſt
minime gentiũ,quod minime,ſicuti vbi gentiũ qđ
vbi,nuſq̃ gentiũ idem quod nuſq̃,ſiue nequaq̃ rau- Roſtra.
dẽ.Scire,deinde.Quare viderit Epicurus, id eſt ſciat. Minime
Laurẽ.Immo videat,hoc eſt huius rei illi cura ſit,vel gentium.
huius opinionis ille rationẽ reddat,nõ ego. De hoc Vbi gẽtiũ.
in elagãtiarum opere diximus.rauden.Scopere,in Nuſq̃ gen-
pſalmo habetur ſcopebam ſpiritum meum.Laurẽ. tium.
Hieronymus in Eſaiam tam in ipſius Eſaie verbis,
q̃ in ſuis,ſcopare ait,non ſcopere,hoc eſt p[illegible]næ con
iugationis verbo vſus,non tertiæ,niſi me c[illegible] ex fal-
lit.rau.Scribere,deinde.Cicero ait.Sæpe ſcribam ad Scribo ad
te,tu ad me velim, nunq̃ dicit tibi.Lau. Hoc iterum te.
ſuperius præceperat,timuit enim, niſi obliuione fa- Scribo tibi
ctum eſt ne tam eximium elegãtiæ præceptũ nõ ſa-
tis aduerteretẽ,niſi repetiſſet, qđ ſi verũ eſſet, nimirũ
& raudẽſi,ob hoc inuentũ gloriari liceret, & ego vt
cõfiteor erubeſcerem,qui hoc nõ aduertiſſem,quũ
de elegantia ſcripſi. Verũ hoc nõ me fefellit,ſed illũ
nam vt taceam alios authores, ille ipſe, quem rau-
denſis protulit, ita Trebatio ſcribit. ſcripſit ad me
Cæſar perhumaniter nõdũ, te ſibi ſatis eſſe familia-
rẽ ꝓpter occupationes ſuas,ſed certe fore, cui ego q
dem reſcripſi,nõ dicit ad quẽ ego reſcripſi.Iterũ cir-
ca finẽ.Scribit enim ipſe mihi ſibi gratias agere de
bere,& iterũ in tertia ab hac epiſtola.Sed tu in iſta
epiſtola nihil mihi ſcripſiſti,& multis adhuc aliis in
locis,Idem in philippicis. At etiã literas quas me ſi-
bi miſſiue diceret,recitauit homo,& hũanitatis ex-
pers,& vitæ cõmunis ignarus.raud.Secretũ.deinde
Penetrale,& aditus ſunt loca ſecreta.Laurẽ.Adytũ
adytus dicit,videlicet cũ y nõ cũ.i,ſignificatq́; ſecre Adytum.
tiorẽ,&(vt ſic dicã)maceſſam partẽ templi & quaſi

ſancta ſanctorū:ſic ante proprie templorum pene

ianuā. Valuæ

tralia dicūt adyta,vt ianua valuę:vt Cice.in Verrē Qui multos annos ad valuas Iunonis Samiæ ſtete-runt:& ic eundē poſtea Conuulſis repagulis:effra ctiſq; valuis demoliri ſignum:ac veſtib⁹ labefacta-re conantur:nā quod Ouidi⁹ inquit. Argenti bifo-res radiabant lumine valuæ.domus ſoliū pro tem plo accipienda eſt:quum templū nihil ſit aliud,ꝗ domus dei alicui⁹: etiā valuæ cum locorumq; ſolē-nium dicuntur.Raudenſis.Senator: deinde.Cicero autē de ſenectute tantum aliquando ſenectuti ho-noris tributum ſcribit:ꝙ vt quiſq; natu grandior eſſet:ita prior in ſenatu ſententiā rogaretur. Laurē. Cur Ciceronis verba deprauas & eum barbare loq facis?non dicimus grandior,& prior inter plures, ſed inter duos rogaretur & iam dixit pro rogaba-tur,quod ideo ipſi contigit,ꝙ pro illo,vt quod erat accommodatius.dixit ꝙ Rau.Seneca,deinde.Quin tilianū nominat.Sene.ix.declamationū ſuaꝝ libro dicens.Tranſeo iſtos quorū cū vita fama extincta eſt.Lau.In hunc errorem incidit Petrarcha,qualia multa peccat.Vincētius hiſtorialis,vt alij multi ex plebe illiteratorum,qui aliū pro alio,vel autorem, vel principē vtrū ponit:velut Statiū Tholoſanū ꝓ Statiū Tholoſanum pro Statio Cecilio,ac tres Cato nes pro vno:duoſq;Scipiones ꝓ vno:neſciētes ꝗ q̄ſ q; tempore fuerit ita hi duo nō vident Quintilianū plurimis ānis ſuperſtitē/Senecæ fuiſſet:quippe q op⁹ de inſtitutiōe oratoria ſub Domitiano, Troianoq; compoſuit:& mentionem Plinij iam mortui facit, ſicut ipſe Plinius de Seneca mortuo. Senecā vero a Nerone interfectum qui ſenior Quintiliano circiter octoginta annos fuit:quiq; ,ſi ipſi credimus,potuiſ ſet audire Ciceronem,qui ante Quītilianū obijt circi-ter centum quinquaginta annos:ergo,ali⁹ Quinti-lian⁹ fuit,de ꝗ Seneca meminit:& forte pater Quī tiliani,aut auus:nam pater. Quintiliani eloquens ſane fuit,vt quodam voco tutus ipſe teſtatur: affe-rens oratiōis illius teſtimonium. Quod ſi ita eſt,nō ex Calaguritana vrbe oriundus eſt,vt Hierony.ait ſin illius eſt:ergo nec pater Quintiliani fuit:de quo facit Sene.mentionem:quoniam Calaguræ nō Ro-mæ eloquentiam exercuit:nam idem Hieronym⁹ ait Galbam,qui fuit imperator poſt Neronem du-xiſſe Quintilianum ex hiſpania:vt Romæ Rhetori cam doceret:de quo alias plura dicemus hoc tantū duxiſſe contenti:Quintilianum hūc a puero Romæ fuiſſe eruditum:& Hieronymum ita in Quītiliano potuiſſe errare vt fecit in Bruto quē ait duxiſſe Por-tiam Catonis filiam in matrimonium virginē quē fuerat Bibuli vxor:vt Plutarchus ait.De Seneca au-tem,an vnus ſit,aut duo:minus diligenter attigit: contentus ſententia neſcio cuius Sidonij poetæ,nec animaduertit Quintilianum,teſtimoniū afferre Se-necæ in tragœdijs,vbi Medea ad Creontem loquit᷑ Quas peti tetras iubes tamen & vnum Senecam in ter legendos nominare:cuius & epiſtolæ & dialogi & poemata & opera philoſophiæ ferantur.Tamē duo eximij Senecæ fuerunt:vt Martialis teſtatur, q fuit æqualis Quintiliani,Iuuenaliſque:ait enim. Bi-noſque Senecas,& vnum Lucanum facunda loqui tur Corduba.Cæterum,an idem ſit,qui Tragœdias & alia opera condidit,dubitari poteſt:certe qui no

Compara tiuis. Petrarchā & vincētiū hiſtorialē notat.

Quintilia-ni ſeculum Senecę ætas. Ciceronis ſeculum.

Quītiliani pater

Hierony-mi errata.

Senecę duo

uæ tragœdiæ author eſt,Seneca maior non fuit: de quo alias ſuo loco dicimus:nam de emētitis ad Pau lum:& Pauli ad eum epiſtolis,in alio opere diſpu-tauimus.Raudenſis.Secta.Laurentius. Sectam,& factionem idem eſſe vult:quum ſecta ſit inter phi loſophos,aut philoſphis ſimiles:factio autem inter potentes ciues,vt ſuperius oſtendimus,Raudenſis. Sentire.Non ius ait ſenſus:qui ſentiunt:ſenſa quæ ſē tiuntur.Lau. Cur non afferrebas ad hanc rem Quī-tilianum?qui eā exponit planius inquiēs. Nō raro tamen & ſic locuti ſunt vt ſenſa ſua dicerent:nā ſen-ſus corporis vocabantur: ſed conſuetudo iā tenuit vt mente concepta ſenſus vocaremus.Raudē. Sen-tentia eſt color rhetoricus Ciceronis:quem ſi imita-ri collibuerit:non incongrue conuenit in exordio modo non ponatur in principio:tunc eñ incideret illud exordij vitium, quod appellatur cōmune,& vulgare.Lauren.Hoc eſt quod me promiſi reddituru rum:quo ſe primum offerret loco:ideoque quę hic dico:eadem in cæteris:aut ſimilia poſſem dicere:nā qui iſtas minutias pręceptoꝝ aut tradidit,aut tradi tas cuſtodire poſſet?præterea quis te Raudenſis do cuit ſententiam facere vitium,quod dicitur cōmune & vulgare:ſi enim ita eſſet,omnis ſententia vitioſa eſſet:ſiqdem vitiū cōmune:aut vulgare in qualibet parte orationis cōmitti poteſt:non tantum exordio atq; ipſo exordio infinitæ ſententiæ reperiuntur,vt apud Quintilianū.Fas eſt vita ꝓdigitari, q natum ſe meminit lege pereundi:& Cicero in Salluſtium ſic exorſus a ſententia.Ea demum magna voluptas ē Criſpe Salluſti,æqualem ac parem verbis vitā age-re ſtatimq; poſt.Neque qui viuit vt tu aliter actu lo qui poteſt:nec qui tam illoto ſermone vtitur: vita modeſtior eſt.Nec longe poſt. Non enim procaci-tate linguæ vitæ ſordes eluuntur Raudenſis.Sed ta-le ſit exordij principium : quale Cicero præcepit. Lau.Quod iſtud genus principij eſt?neq; eñ vnum eſt exordiendi genus.Raud.Valet in cōfirmatione & cōfutatione.Lau.Cur non in narratione?vt pro Milone Cic. Qđ q̄ſq; ſeruos ſuos in tali re voluiſſet, & Quintilia.Semꝑ apud ſollicitos in deteri⁹ prona ꝑſuaſio eſt:& alibi ſcitis,ꝗ negligenter cuſtodiat ſer rum bona conſcientia.Cur non in egreſſione vt idē Cice.& pro eodē.Fabulā vanā fictā/falſam ꝓhorre-ſcimus.Rau.Concluſioni autē cōuenit per amplia-tionē & cōmiſerationē.Lau.Ergo ſine amplificati-one & cōmiſeratiōe ſententijs vti non poſſumus: erga omnes ſententiæ aut lachrymas mouent, aut indignationem.An illud difficile eſt tacere:quū do leas,aut illud. Nihil eſt tam populare ꝗ bonitate, aut nulla.Nulla eſt tanta virtus,quæ dulcedine glo riæ non tangatur ; aut infinita huiuſmodi ver-ſantur in lachrymis aut indignatione? O ꝗ longe & ab arte & ab vſu abeſt qui hoc de ſentētia ſentit. R.Cōgruit generi demōſtratiuo,maximeq; delibe ratiuo gñi.L.Si indignatiōi/ac miſeratiōi congruit ſentētia colo profecto non min⁹ iudiciali cōueniet: in quo maxime indignatio/cōmiſeratioq; verſantē Rau.Etiam honeſto nonnūꝗ in dubio.Laurē. Vix dici poteſt quātopere Raudenſis ineptiat:qui hone ſtum genus cauſæ, dubium cum genere demōſtra-tiuo,deliberatiuoq; coniungit:quaſi aliquid ſimile in ſe habeāt:verū quia nōnihil hac in re etiā Victo.

Epľæ Pau-li ad Sene-cā emētitę.

Secta.

Senſus Senſum. De ſenten-tia Exordia-na ſenten-tia.

In egreſſi-one

ſententia ī iudiciali

rinus errauit,non ſatis intelligens in quo differant
tria genera cauſarum,demonſtratiuum,deliberati-
uum,iudiciale ab aliis quatuor generibus cauſarũ
ſeu quinque honeſto,turpi,ambiguo,humili,admi
rabili,reddam ipſe differentiam. Omnis cauſa aut
de præterito eſt,aut de futuro/ſi de præterito,aut ꝓ
noſtra voluntate laudamus vituperamuſve,aut a-
lium accuſamus petimuſve,ſiue defendimus. Illud
demõſtratiuum genꝰ cauſæ eſt:hoc iudiciale. Si de

Gña cauſa rũ. Demõſtra tiuũ Iudiciale. Deliberati uum

futuro conſultamus,hoc erit deliberatiuum. Itẽ oĩs
cauſa aut in lite eſt,aut extra litem:ſi in lite iudicia
lis eſt:ſin extra litẽ,aut in conſulationem venit,qđ
eſt deliberationis:aut laudamus vituperamuſq;,qđ
eſt generis demonſtratiui. At illa alia quatuor non
ſunt niſi procemii,quæ eſt vna pars orationis,nec cõ
munia ambarum partiũ:ſiquidem cauſa iudicialis
communis eſt actoris:& rei,vt Milonis,& Clodia-
norum deliberatiua:vt Fabii/& Scipionis de tradu
cendo in Aphricã exercitu cõmunis:eſt demonſtra
tiua:vbi hinc lauda:illinc quiſpiam vituperatur,vt
tu laudas Dionyſium:ego vitupero,vtriuſque per-
ſonæ cõmunis eſt. At in exordio ſecus fit:ponamus
ipſius verba Ciceronis,vt pro viro forti contra par

Cauſa iudi cialis Deliberati ua Demõſtra iua Cõmunis. Honeſta Turpis

cidam. Cauſa erit iudicialis; & hæc tam ad parri-
cidam pertinet,q̃ ad virum fortem:ergo vna erit
amborũ:in procemio vero diuerſa:nã ſua cuiuſque
erit:altera viri fortis,altera parricidæ:illa quidẽ hõe-
ſta pro viro forti,& eo honeſtior,ꝙ contra parrici-
dã:hæc vero turpis,ꝙ ꝓ parricida:& eo turpior,ꝙ
contra virũ fortem. Erũt itaq; duæ cauſæ ac diuerſæ
& inter ſe plerũq; contrariæ,vt cões eſſe nullo mõ
poſſint. Neq; vero vis hęc cauſę honeſtaq; aut turpi-
tudo ad cauſam illã q̃ & controuerſia dicitur aliqd
ꝑtinet:ſed eſt ꝓſumpta quædam hominum opinio
de actoris parte,vel rei,ꝙ partẽ hanc hõeſtam eſſe
exiſtiment illã turpem. Neq; id ſemp recte,quum
de bona poſſint male ſentire,& de mala bñ,quod
etiam ſæpe vſu venit,adeo fortis viri cauſa queat eẽ
iniuſta,& parricide iuſta:non eñ perſonę faciunt
cauſã bonam aut malã:ĩõ q; orator quũ intelligit
partẽ quã tuetur,laborare infamia apud iudicũ au
ditorumq; mentes purgat infamiam:conciliatque
earum animos ad bene ſperandum de cauſa,quã
acturus eſt:& quantum fieri poteſt contrahit in ex
ordio beneuolentiam ſibi & ab aduerſario alie-
nat,vt poſtea probationem ipſius cauſæ in qua iu
dicium pendet,audiant de iure noſtro bene,de ad
uerſariis male,iam opinionem quandam præſumẽ
tes. Ideoque hoc honeſtum genus cauſæ apud græ
cos ab illo honeſto,quod virtutẽ ſignificat,& hoc
turpe ab illo,quod vitium diuerſo nomine appella
tur:dicitur enim endozon & adozon,quaſi bonæ
famæ & malæ famæ. Quod etiam probant cætero-
rum generũ noĩa,dubium,humile,admirabile,& ſi
quod eſt aliđ:non mutant genus cauſæ,quominus
ſit,aut iudiciale,aut deliberatiuum,aut demonſtra
tiuum:ſed tantum innuunt auditorum tacitã quan

Procemiũ. Legalis materia. Argumen tatio. Cõfutatio.

dam vel de noſtra,vel de altera parte opinionem,
q̃ plerunque nihil ad ipſã cauſam facit:eoq; extra-
ipſam probationem cauſę:nã procemiũ quoq; ma
gis ſatelles,ac famulus cauſę eſt,qua cauſa fere tra-
ctatur. Sed hæc ſatis. pergamus ad reliqua. Rauden
ſis. Magis id conuenit coniecturali,& iuridiciali,q̃

legitime. Lauren. Quomodo iſtud probas?an lega-
lis materia minus põderis habet,q̃ cæteræ?& quod
coniecturalis recipit,id legitima nõ recipiet?Quid
non legitima verſatur in coniectura frequenter,ſem
perq; aut coniecturæ,aut finitioni,aut qualitati ſuc
cedit,quæ ſunt ſola capita conſtitutionũ. Rau. In ar-
gumentando confirmationi,& exornationi tantũ.
Lauren. Argumentatio eſt pars confirmationis,nõ
confutationis:nam confutatio,quam Ariſtoteles
nõ numerat inter partes orationis,hoc ipſo ꝙ qui
confutat alterã partem,confirmat ſuam. Eſt autem
idcirco argumentatio pars cõfirmationis,& ſi vis
cõfutationis,quia nõ tantũ argumẽtis cõfirmatio,
cõfutatioq; cõſtat,ſed etiã teſtibus,tabulis,aliiſq; nõ
nullis,qđ ſi cõfirmatiõi cõuenit,ergo & cõfutatiõi,
ſed his conuenit,ergo & omni argumentationi. R.
Itẽ figuræ graui,& mediocri,aliqñ etiã attenuatæ
cõuenit,quum ipſa attenuata ad mediocrẽ tranſit.

Snĩæ atte- nuatæ. Genera ſen tentiarũ.

Laurẽ. Quaſi oẽs ſcientiæ graues ſint,& mediocres
ac non etiam plurimæ attenuatæ,vt enim materia
vel grandis,vel parua,vel mediocris eſt:ita ſentẽtię
variæ reperiuntur:nec tantũ ſub hac trium generũ
varietate incluſæ,ſed ſub alia mille genera:ſunt eñ
dulces,acres,triſtes,lętę,honorificæ,laſciuæ,morda-
ces,blandæ,flebiles,inuidioſæ:& aliæ,quas perſequi

Snĩę in Te rentio.

longũ eſt,in vnũquodq; cadentes cauſæ genus. At
eñ(vt ſibi credamus)affert e Terentio exemplũ. R.
Qđ animaduerſum a Terentio nõnullis locis vide-
mus quũ præſertim ſermo datur pluribus,vt Simõ
in Andria,& aliis grauibus,& bonis viris,vt Chre
meti quum Menedemum alloquitur in principio
Heautontimorumenon,tunc enim licet vti ſenten-
tia. Lau. Vbi non apud Terentiũ eſt aliqua ſenten-
tia?an nõ ſtatim libertus Soſia nõ pauciora ſenten-
tioſe dixit,q̃ Simo patronus/& ſenex?veluti illud.
Nã iſta cõmemoratio,quaſi exprobratio eſt imme

Snĩę in epi ſtolis.

moris beneficii. Et iterũ. Nam apprime in vita vtile
credo,vt ne quid nimis. At q; iterum. Obſequiũ ami
cos,veritas odium parit. Et iterum. Nam ſi illũ ob-
iurges,vitę qui auxilium tulit,quid facias illi,qui de
dent dãnum,aut malũ?& hoc quidẽ in narratione
in qua vult Raudẽſis locum eſſe ſententiis:quum in
eodem loco Simo dicat & ipſe nõnulla ſententioſe,
quale eſt illud. Nam qui cum ingeniis conflictatur
eiuſmodi,neq; cõmouet animus in ea re,tum ſcias
poſſe habere iam ipſum ſuę vitæ modum. Et iterum
Ita vt eſt ingeniũ omniũ hominũ procliue a labore
ad libidinẽ. Rauden. In epiſtolis maxime ad confir-
mationem narrationis,vel petitionis,aut etiam con
cluſionis. Lauren. Alia ne ratio eſt vtendi ſententiis
in epiſtolis,q̃ in cæteris ſermonibus quum plurimæ
epiſtolæ ſunt graues:ac ſublimes,multũq; admoni
tionũ,& præceptorũ cõtinẽtes,ꝓximeq; accedẽtes
ad ſummũ illũ gradum,qui eſt in orationibus,quẽ-
admodũ multæ ſunt orationes,præſertim aliquibꝰ
in locis quotidiano ſermoni proxime. Quid porro
dices de libris,quales ſunt dialogi,aut ex perſona
ipſius authoris?Rauden. Aliqui tamen vtebãtur in
exemplo,ſed nõ Cicero,& antiqui. Lauren. An non
ſententioſe locutus eſt Cice. pro Milone?Pudicitiam
quũ eriperent multi,tribunus militaris in exercitu
C. Marii,ꝓpinquus eñ imperatoris interfectus ab
eo eſt,cui vim afferebat,facere eñ probus adoleſcẽs

periculoſe q̄ perpeti turpiter maluit. Atq; ille ſummus vir ſcelere ſolutū periculo liberauit. Deniq; hęc præcepta ita perplexa, ita dura, ita difficilia etiam ſi forēt vera, mihi videtur, vt iā nūc deſperarē me illa cuſtodire poſſe, nā ad ſingulos colores, aut totidem, aut plura præcipit, verū quid ago, & retexo reprehēſionem meā? redeo enī in memoriā hæc Alanum &

Alanus.

alios quoſdā, quorū nomina, ꝓ amicitia noſtra proferre, vereor tradidiſſe, in quos mea accuſatio præcipue quidē cadit, ſed nōnulla quoq; in Raud. ipſum, vel qui ſtulta dicta imitari vel (qđ turpius eſt) aliena ꝓ ſuis habere voluit, hoc cōtra alterū illud e noſtro addimus. Ire in ſententiam pedibus, eſt alterius ſententię nō verbo, ſed corpore accedere, vt apparet quū ex alijs multis locis, tū vero e ſeptimo Liuij lib. vbi

Ire in ſententiam pedibus.

Decius ad cōmilitones, q̄ ſecū obſeſſi nō tēpeſta nocte erāt, orationē habēs inquit. qui hoc ſentitis: in dextram partē pedibus trāſite, quæ maior pars erit, eo ſtabitur conſilio, deinde peracta oratione dicit. Oēs in dextrā pedib⁹ trāſierūt, hæc ratio inuēta eſt, q nōnunq̄ longum eſt audire ſingulos, dū plurima ſunt, vel duo capita ſentētiarū ſunt, vel expeditius res fiāt, aliquādo ne pedibus quidē ire præ multitudine ad ſententiā poſſumus, ideoq; manu ſentētiā ſignificamus, quod Quintilianus intelligit, vbi ait. Manibus pedibuſq; imus in ſententiam neceſſitatis. Raudē.

Sequens.

Sequitur, inde imitationes. Cice. Liuius & alij antiqui non dicerent a ſequenti, ſed in ſequenti dies inſequentes, non ſequentes. Laurenti. Immo frequenter, & ſequentes, vt ille menſis fuit foris periculoſus ſequens non minus domi. Raudenſis. Seruus, paulo poſt. Dedititij ſunt qui ante libertatē ob manifeſtā culpam a dominis ſuis ſtigmata, vel tormenta perpeſſi ſunt. Laurent. Hoc mihi inauditū eſt, ſed dedititios eſſe eos, qui ſe vel hoſtibus dedunt, vt ciuitates obeſſe, præſertim deſperantes ſe poſſe vrbem defendere, aut caſtra, vel qui metu hoſtium alteri principi, aut populo ſeſe dedunt, vt a periculis impēdentibus liberentur, quod fecerunt, quum alij plurimi, tum Campani, quum metu Samnitū ſeſe dedidere populo Romano. Per abuſionem tamen diximus, ego ſum dedititius tuus, id eſt tibi deditus, atq; tuo imperio obnoxius.

Dedititij, Hō dedititius qui ex nūero eorū eſt q ſe i alteri⁹ imperiū dediderunt.

* Curtius. Multitudo deditiorū incolis nouarū vrbiū cū pecūia capta dono data ē.

Rauden. Clientela eſt multitudo ſeruorum. Lauren. Immo eorum, qui potentem aliquem ciuem, principemve fauore perſequuntur, & cuius dignitatem, factionēq; tutantur, ducti aliqua mercede, vel beneficio. Forte Raudenſem fefellit q Lucanus inquit. Emptiq; clientes, verum nō de ſeruis loquitur poeta, nō enim in ſeruis Pōpeius ſpem ſibi reponebat, ſed in liberis, ac ciuibus, ſeruilē tamē, non liberalē animum habentibus, qui venalem haberent ingenuitatem, ideoq; addit empti, quia clientes emptitij non ſunt, quales ſi forent, non adderetur empti, quia cum dicimus ſeruos, non adijcimus emptos. Rauden. Miſit vnum de ſtipatoribus ſuis, id eſt ſeruis pediſſequis. Laurentius. Cur ſeruos interpretaris ſtipatores? quū regum ſtipatores ſunt maxima ex parte potētes, ac nobiles ex hoc dicti ſtipatores, q regē ſtipant, & vndiq; circūdant, ac claudunt, pęna cōſtringentes, inſtar apium circa ipſarū regem. Rauden. Prægustator, eſt ſeruus qui ad menſam domini ſui prægustat cibum, & potum. Laurē. Cur ſeruum appellas, qui plerumq; apud menſas

Clientela.

Clientes.

Stipator.

* Cice. li. ij. offi. Præmittebat ą̄ ſtipatorib⁹ ſuis q ſcrutaretur arculas mulieres, & ne qd' l veſtimētis telū occulta tēt exquirerent.

Prægustator.

principum eſt egregius aliquis? Rauden. Si, ſiquidem, quaſi idem ſunt, vide imitationes. Cicero ait. Moleſtia veritas, ſiquidē ex ea naſcitur ociū. Laurē. Immo ſiquidem pro quoniā, ſi tamen hæc ſunt verba Cicer. nam homini ipſi moleſta eſt veritas, quia odium parit, non autem, ſi parit odiū, quaſi de hoc author dubitet, quod non facit, ſed eodem modo affirmat, quo Teren. in Andria, veritas odium parit, nōnunq̄ ſiquidē pro ſi, lege nos in elegantijs. Raud. Sic. paulopoſt. Hactenus excanduit, id eſt ſic. vt malum his qui deſciſſent minaretur. Item de eodē. Domum ſuam quum abſolutā dedicaret, hactenus cōprobauit, id eſt ſic, vt ſe diceret, quaſi hominē tandē habitare. Laurent. Niſi deprauauit authoris verba Raudenſis, melius expoſuiſſet, intantū, vel adeo, vel vſq; eo, idem autem efficiunt hactenus, & eatenus, quēadmodū hic, & is, quum dicimus, qui bonus, hic diues eſt, vel is diues eſt.

Siquidem

Sic.

Hactenus.

Eatenus.

Hic & is.

Rauden. Sigillum. paulopoſt. Spingis viſus eſt imagine, id eſt gryphonis. Lauren. Quis tibi aſſentiatur ſpingem eſſe, qđ gryphem, ſiue (vt verbo tuo vtar) gryphonem? Raudē. Simulare paulopoſt. Qui fingit ſe ſcire quod neſcit, ſimulat, q vero quod neſcit, neſcire, diſſimulat. Laurentius. Abſolutius exponitur, q fingit aliquid eſſe quod non eſt, ſimulat, qui fingit non eſſe quod eſt, diſſimulat.

Sphinx.

Simulo.

Diſſimulo

Rauden. Simonia a Simonē mago dicta eſt. ſcribitur. ff. ad. l. iuliam. de ambitu. Laurenti. Nunquid in. ff. fit mentio de Simone mago? Sciamus autem literam, qua ſignificamus opus. ff. non duplicem. ff. eſſe, ſed d, græcū ſolēnius, quod ita fieri debet Δ, ad differētiam minoris d, pro ſignificatione diſtinctionis, ſicut fit in C, grandiuſculo, quæ litera intelligit codex, vt differat a c, parua, quæ ſignificabat capitulum.

D

Rauden. ſine cauſa, non ab re, id eſt non ſine cauſa. Lauren. Melius, nō ſine iuſta cauſa, nō ſine ratione. Hoc præterea præceptum addere poterat, ꝑ cauſam ſignificare per ſimulatā cauſam, ſiue per ſpeciē, vt Liuius lib. xxiij. Vt quum appropinquaret ianuæ rex, per cauſam aliquam in anguſtijs ſuſtinent a tergo agmen. Frontinus lib. iij. ſtrategematon. Nam ipſe, dignus eſt, qui in teſtimoniū afferatur, huiuſmodi fallaciam inſtruxit, vt ille per cauſam venādi noctu ꝓcederet. Hoc Frontoni exēplum ideo protulit q Liuius hunc eundem locū ſic refert. Hi priuſq̄ aliquid mouerent, colloquendum Cum Hannibale rati, nocte per ſpeciē venādi vrbe egreſſi, eo proficiſcuntur. En apparet idem eſſe per cauſam. & per ſpeciem, id eſt per ſimulationē, ſiquidē Liuius idē non ita diſtante illic loco ait. Quem vt incautum opprimeret Appius Claudius, per ſimulationem prouinciæ circūeundæ Meſſanam traiecit

Non abre

Per cām.

Rauden. Societas, non multo poſt Caterua eſt hominum, turma auium. Laurē. Immo caterua eſt peditum, aut communis nomen eſt, turma vero equitum, quæ certo numero conſtat, vt Vegetius, & alij nonnulli tradunt.

Caterua.

Turma.

Rauden. Sonare. paulopoſt. Tinnire eſt ſonare acute. Lauren. Tinnire proprie dicimus, quū de metallis loquimur, vnde Quinti. Nam homines ſono, ſicut era tinnitu dignoſcimus, hoc eſt q aliter tinnit aurum, aliter argentū, aliter ęs, aliter ferrū, aliter plumbū, aliter ſtannū: aliter orichalchū aliter electrum, & ſi quod eſt aliud. Raudē. Threiciam digitis increpuiſſe lyram, id eſt ſonaſſe. Laur.

Tinnire.

rinus errauit,non ſatis intelligens in quo differant
tria genera cauſarum,demonſtratiuum,deliberati-
uum,iudiciale ab aliis quatuor generibus cauſarũ
ſeu quinque honeſto,turpi,ambiguo,humili,admi
rabili,reddam ipſe differentiam. Omnis cauſa aut
de præterito eſt,aut de futuro/ſi de præterito,aut ꝓ
noſtra voluntate laudamus vituperamuſve,aut a-
lium accuſamus petimuſve,ſiue defendimus. Illud
demõſtratiuum gen⁹ cauſæ eſt:hoc iudiciale. Si de
futuro conſultamus,hoc erit deliberatiuum. Itẽ oĩs
cauſa aut in lite eſt,aut extra litem:ſi in lite iudicia
lis eſt:ſin extra litẽ,aut in conſulationem venit,qđ
eſt deliberationis:aut laudamus vituperamuſq;,qđ
eſt generis demonſtratiui, At illa alia quatuor non
ſunt niſi prooemii,quæ eſt vna pars orationis,nec cõ
munia ambarum partiũ:ſiquidem cauſa iudicialis
communis eſt actoris:& rei,vt Milonis,& Clodia-
norum deliberatiua:vt Fabii/& Scipionis de tradu
cendo in Aphricã exercitu cõmunis:eſt demonſtra
tiua:vbi hinc lauda:illinc quiſpiam vituperatur,vt
tu laudas Dionyſium:ego vitupero,vtriuſque per-
ſonæ cõmunis eſt. At in exordio ſecus fit:ponamus
ipſius verba Ciceronis,vt pro viro forti contra par
cidam: Cauſa erit iudicialis; & hæc tam ad parri-
cidam pertinet,q̃ ad virum fortem:ergo vna erit
amborũ:in prooemio vero diuerſa:nã ſua cuiuſque
erit:altera viri fortis,altera parricidæ:illa quidẽ hõe-
ſta pro viro forti,& eo honeſtior,ꝙ contra parrici-
dã:hæc vero turpis,ꝙ ꝓ parricida:& eo turpior,ꝙ
contra virũ fortem. Erũt itaq; duæ cauſæ ac diuerſæ
& inter ſe plerũq; contrariæ,vt cões eſſe nullo mõ
poſſint. Neq; vero vis hęc cauſę honeſtaq; aut turpi,
tudo ad cauſam illã q̃ & controuerſia dicitur aliqd
ꝑtinet:ſed eſt ꝓſumpta quædam hominum opinio
de actoris parte,vel rei,ꝙ partẽ hanc hõeſtam eſſe
exiſtiment illã turpem. Neq; id ſemꝑ recte, quum
de bona poſſint male ſentire,& de mala bñ, quod
etiam ſæpe vſu venit.adeo fortis viri cauſa queat eẽ
iniuſta,& parricide iuſta:non eñ perſonę faciunt
cauſã bonam aut malã:iõq; orator quũ intelligit
partẽ quã tuetur,laborare infamia apud iudicũ au
ditorumq; mentes purgat infamiam:conciliatque
earum animos ad bene ſperandum de cauſa, quã
acturus eſt:& quantum fieri poteſt contrahit in ex
ordio beneuolentiam ſibi & ab aduerſario alie-
nat,vt poſtea probationem ipſius cauſæ in quã iu
dicium pendet,audiant de iure noſtro bene,de ad
uerſariis male,iam opinionem quandam præſumẽ
te. Ideoque hoc honeſtum genus cauſæ apud græ
cos ab illo honeſto,quod virtutẽ ſignificat, & hoc
turpe ab illo,quod vitium diuerſo nomine appella
tur:dicitur enim endozon & adozon, quaſi bonæ
famæ & malæ famæ. Quod etiam probant cætero-
rum generũ noĩa,dubium,humile,admirabile,& ſi
quod eſt aliđ:non mutant genus cauſæ,quominus
ſit,aut iudiciale,aut deliberatiuum,aut demonſtra
tiuum:ſed tantum innuunt auditorum tacitã quan
dam vel de noſtra,vel de altera parte opinionem,
q̃ plerunque nihil ad ipſã cauſam facit: eoq; extra-
ipſam probationem cauſę:nã prooemiũ quoq; ma
gis ſatelles,ac famulus cauſę eſt,qua cauſa fere tra-
ctatur. Sed hæc ſatis. pergamus ad reliqua. Rauden
ſis. Magis id conuenit coniecturali,& iuridiciali, q̃

legitime. Lauren. Quomodo iſtud probas?an lega-
lis materia minus põderis habet,q̃ ceteræ? & quod
coniecturalis recipit,id legitima nõ recipiet? Quid
non legitima verſatur in coniectura frequenter,ſem
perq; aut coniecturæ,aut finitioni. aut qualitati ſuc
cedit,quæ ſunt ſola capita conſtitutionũ. Rau. In ar-
gumentando confirmationi,& exornationi tantũ.
Lauren. Argumentatio eſt pars confirmationis,nõ
confutationis: nam confutatio, quam Ariſtoteles
nõ numerat inter partes orationis, hoc ipſo ꝙ qui
confutat alterã partem,confirmat ſuam. Eſt autem
idcirco argumentatio pars cõfirmationis, & ſi vis
cõfutationis,quia nõ tantũ argumẽtis cõfirmatio,
cõfutatioq; cõſtat,ſed etiã teſtibus,tabulis,aliiſq; nõ
nullis,qđ ſi cõfirmatiõi cõuenit,ergo & cõfutatiõi,
ſed his conuenit,ergo & omni argumentationi. R.
Itẽ figuræ graui, & mediocri, aliqñ etiã attenuatæ
cõuenit,quum ipſa attenuata ad mediocrẽ tranſit.
Laurẽ. Quaſi oẽs ſcientiæ graues ſint, & mediocres
ac non etiam plurimæ attenuatæ, vt enim materia
vel grandis,vel parua,vel mediocris eſt:ita ſentẽtię
variæ reperiuntur:nec tantũ ſub hac trium generũ
varietate incluſæ,ſed ſub alia mille genera:ſunt eñ
dulces,acres,triſtes,letę,honorificæ,laſciuæ,mordа-
ces,blandæ,flebiles,inuidioſæ:& aliæ,quas perſequi
longũ eſt,in vnũquodq; cadentes cauſæ genus. At
eñ (vt ſibi credamus) affert e Terentio exemplũ. R.
Qđ animaduerſum a Terentio nõnullis locis vide-
mus quũ præſertim ſermo datur pluribus, vt Simõ
in Andria,& aliis grauibus,& bonis viris, vt Chre
meti quum Menedemum alloquitur in principio
Heautontimorumenon,tunc enim licet vti ſenten-
tia. Lau. Vbi non apud Terentiũ eſt aliqua ſenten-
tia?an nõ ſtatim libertus Soſia nõ pauciora ſenten-
tioſe dixit,q̃ Simo patronus/& ſenex?veluti illud.
Nã iſta cõmemoratio,quaſi exprobratio eſt imme
moris beneficii. Et iterũ. Nam apprime in vita vtile
credo,vt ne quid nimis. Atq; iterum. Obſequiũ ami
cos,veritas odium parit. Et iterum. Nam ſi illũ ob-
iurges,vitę qui,auxilium tulit,quid facias illi,qui de
dent dãnum,aut malũ?& hoc quidẽ in narratione
in qua vult Raudẽſis locum eſſe ſententiis:quum in
eodem loco Simo dicat & ipſe nõnulla ſententioſe,
quale eſt illud. Nam qui,cum ingeniis conflictatur
eiuſmodi.neq; cõmouet animus in ea re, tum ſcias
poſſe habere iam ipſum ſuę vitæ modum. Et iterum
Ita vt eſt,ingeniũ omniũ hominũ procliue a labore
ad libidinẽ. Rauden. In epiſtolis maxime ad confir-
mationem narrationis,vel petitionis,aut etiam con
cluſionis. Lauren. Alia ne ratio eſt vtendi ſententiis
in epiſtolis,q̃ in cæteris ſermonibus quum plurimæ
epiſtolæ ſunt graues:ac ſublimes,multũq; admoni
tionũ,& præceptorũ cõtinẽtes, ꝓximeq; accedẽtes
ad ſummũ illũ gradum,qui eſt in orationibus, quẽ
admodũ multæ ſunt orationes,præſertim aliquib⁹
in locis quotidiano ſermoni proxime. Quid porro
dices de libris,quales ſunt dialogi, aut ex perſona
ipſius authoris? Rauden. Aliqui tamen vtebãtur in
exemplo,ſed nõ Cicero,& antiqui. Lauren. An non
ſententioſe locutus eſt Cice. pro Milone? Pudicitiam
quũ eriperent multi,tribunus militaris in exercitu
C. Marii,ꝓpinquus eñ imperatoris interfectus ab
eo eſt,cui vim afferebat,facere eñ probus adoleſcẽs

periculoſe, q̃ perpeti turpiter maluit. Atq; ille ſummus vir ſcelere ſolutũ periculo liberauit. Deniq; hęc præcepta ita perplexa, ita dura, ita difficilia etiam ſi forẽt vera, mihi videtur, vt iã nũc deſperarẽ me illa cuſtodire poſſe, nã ad ſingulos colores, aut totidem, aut plura præcipit, verũ quid ago, & retexo reprehẽſionem meã? redeo enĩ in memoriã hæc Alanum & alios quoſdã, quorũ nomina ꝓ amicitia noſtra proferre, vereor tradidiſſe, in quos mea accuſatio præcipue quidẽ cadit, ſed nõnulla quoq; in Raud. ipſum, vel qui ſtulta dicta imitari vel (qđ turpius eſt) aliena ꝓ ſuis habere voluit, hoc cõtra alterũ illud e noſtro addimus. Ire in ſententiam pedibus, eſt alterius ſententię nõ verbo, ſed corpore accedere, vt apparet quũ ex alijs multis locis, tũ vero e ſeptimo Liuij lib. vbi Decius ad cõmilitones, q̃ ſecũ obſeſſi nõ tẽpeſta nocte erãt, orationẽ habẽs inquit. qui hoc ſentitis: in dextram partẽ pedibus trãſite, quæ maior pars erit, eo ſtabitur conſilio, deinde peracta oratione dicit. Oẽs in dextrã pedibꝰ trãſierũt, hæc ratio inuſta eſt, ꝙ nõnunq̃ longum eſt audire ſingulos, dũ plurima ſunt, vel duo capita ſentẽtiarũ ſunt, vel expeditius res fiat, aliquãdo ne pedibus quidẽ ire præ multitudine ad ſententiã poſſumus, ideoq; manu ſentẽtiã ſignificamus, quod Quintilianus intelligit, vbi ait. Manibus pedibuſq; imus in ſententiam neceſſitatis. Raudẽ. Sequitur, inde imitationes. Cice. Liuius & alij antiqui non dicerent a ſequenti, ſed in ſequenti dies inſequentes, non ſequentes. Laurenti. Immo frequenter, & ſequentes, vt ille menſis fuit foris periculoſus ſequens non minus domi. Raudenſis. Seruus, paulo poſt. Dedititij ſunt qui ante libertatẽ ob manifeſtã culpam a dominis ſuis ſtigmata, vel tormenta perpeſſi ſunt. Laurent. Hoc mihi inauditũ eſt, ſed dedititios eſſe eos, qui ſe vel hoſtibus dedunt, vt ciuitates obeſſe, præſertim deſperantes ſe poſſe vrbem defendere, aut caſtra, vel qui metu hoſtium alteri principi, aut populo ſeſe dedunt, vt a periculis impẽdentibus liberentur, quod fecerunt, quum alij plurimi, tum Campani, quum metu Samnitũ ſeſe dedidere populo Romano. Per abuſionem tamen diximus, ego ſum dedititius tuus, id eſt tibi deditus, atq; tuo imperio obnoxius. Rauden. Clientela eſt multitudo ſeruorum. Lauren. Immo eorum, qui potentem aliquem ciuem, principemve fauore perſequuntur, & cuius dignitatem, factionẽq; tutantur, ducti aliqua mercede, vel beneficio. Forte Raudenſem fefellit ꝙ Lucanus inquit. Emptiq; clientes, verum nõ de ſeruis loquitur poeta, nõ enim in ſeruis Põpeius ſpem ſibi reponebat, ſed in liberis, ac ciuibus, ſeruilẽ tamẽ, non liberalẽ animum habentibus, qui venalem haberent ingenuitatem, ideoq; addit empti, quia clientes emptitij non ſunt, quales ſi forent, non adderetur empti, quia cum dicimus ſeruos, non adijcimus emptos. Rauden. Miſit vnum de ſtipatoribus ſuis, id eſt ſeruis pediſſequis. Laurentius. Cur ſeruos interpretaris ſtipatores? quũ regum ſtipatores ſunt maxima ex parte potẽtes, ac nobiles ex hoc dicti ſtipatores, ꝙ regẽ ſtipant, & vndiq; circũdant, ac claudunt, pęna cõſtringentes, inſtar apium circa ipſarũ regem. Rauden. Præguſtator, eſt ſeruus qui ad menſam domini ſui præguſtat cibum, & potum. Laurẽ. Cur ſeruum appellas, qui plerumq; apud menſas

Alanus.

Ire in ſententiam pedibus.

Sequens.

Dedititij, Hõ dedititius qui ex nũero eorũ eſt q̃ ſe ĩ alterius ĩperiũ dediderunt.

* Curtius. Multitudo deditiorũ incolis nouarũ vrbiũ cũ pecũia capta dono data ẽ.

Clientela.

Clientes.

Stipator.

* Cice. ij. offi. Præmittebat ã ſtipatoribꝰ ſuis q ſcrutaretur arculas muliebres, & ne qđ ĩ veſtimẽtis telũ occultarẽt exquirerent.

Præguſtator.

principum eſt egregius aliquis? Rauden. Si, ſiquidem, quaſi idem ſunt, vide imitationes. Cicero ait. Moleſta veritas, ſiquidẽ ex ea naſcitur odiũ. Laurẽ. Immo ſiquidem pro quoniã, ſi tamen hæc ſunt verba Cicer. nam homini ipſi moleſta eſt veritas, quia odium parit, non autem, ſi parit odiũ, quaſi de hoc author dubitet, quod non facit, ſed eodem modo affirmat, quo Teren. in Andria, veritas odium parit, nõnunq̃ ſiquidẽ pro ſi, lege nos in elegantijs. Raud. Sic. paulopoſt. Hactenus excanduit, id eſt ſic. vt malum his qui deſciſſent minaretur. Item de eodẽ. Domum ſuam quum abſolutã dedicaret, hactenus cõprobauit, id eſt ſic, vt ſe diceret, quaſi hominẽ tandẽ habitare. Laurent. Niſi deprauauit authoris verba Raudenſis, melius expoſuiſſet, in tantũ, vel adeo, vel vſq; eo, idem autem efficiunt hactenus, & eatenus, queadmodũ hic, & is, quum dicimus, qui bonus, hic diues eſt, vel is diues eſt. Rauden. Sigillum. paulopoſt. Spingis vſus eſt imagine, id eſt gryphonis. Lauren. Quis tibi aſſentiatur ſpingem eſſe, qđ gryphem, ſiue (vt verbo tuo vtar) gryphonem? Raudẽ. Simulare paulopoſt. Qui fingit ſe ſcire quod neſcit, ſimulat, q vero quod neſcit, neſcire, diſſimulat. Laurentius. Abſolutius exponitur, q fingit aliquid eſſe quod non eſt, ſimulat, qui fingit non eſſe quod eſt, diſſimulat. Rauden. Simonia a Simoné mago dicta eſt. ſcribitur. ff. ad. l. iuliam. de ambitu. Laurenti. Nunquid in. ff. fit mentio de Simone mago? Sciamus autem literam, qua ſignificamus opus. ff. non duplicem. ff. eſſe, ſed d, græcũ ſolẽnius, quod ita fieri debet Δ, ad differẽtiam minoris d, pro ſignificatione diſtinctionis, ſicut fit in C, grandiuſculo, quæ litera intelligit codex, vt differat a c, parua, quæ ſignificabat capitulum. Rauden. ſine cauſa, non ab re, id eſt non ſine cauſa. Lauren. Melius, nõ ſine iuſta cauſa, nõ ſine ratione. Hoc præterea præceptum addere poterat, ꝑ cauſam ſignificare per ſimulatã cauſam, ſiue per ſpeciẽ, vt Liuius lib. xxiiij. Vt quum appropinquaret ianuæ rex, per cauſam aliquam in anguſtijs ſuſtinent a tergo agmen. Frontinus lib. iij. ſtrategematon. Nam ipſe, dignus eſt, qui in teſtimoniũ afferatur, huiuſmodi fallaciam inſtruxit, vt ille per cauſam venãdi noctu ꝓcederet. Hoc Frontoni exẽplum ideo protulit ꝙ Liuius hunc eundem locũ ſic refert. Hi priuſq̃ aliquid mouerent, colloquendum cum Hannibale rati, nocte per ſpeciẽ venãdi vrbe egreſſi, eo proficiſcuntur. En apparet idem eſſe per cauſam. & per ſpeciem, id eſt per ſimulationẽ, ſiquidẽ Liuius idẽ non ita diſtante illic loco ait. Quem vt incautum opprimeret Appius Claudius, per ſimulationem prouinciæ circũeundæ Meſſanam traiecit. Rauden. Societas, non multo poſt Caterua eſt hominum, turma auium. Laurẽ. Immo caterua eſt peditum, aut communis nomen eſt, turma vero equitum, quæ certo numero conſtat, vt Vegetius, & alij nonnulli tradunt. Rauden. Sonare. paulopoſt. Tinnire eſt ſonare acute. Lauren. Tinnire proprie dicimus, quũ de metallis loquimur, vnde Quinti. Nam homines ſono, ſicut era tinnitu dignoſcimus, hoc eſt ꝙ aliter tinnit aurum, aliter argentũ, aliter ęs, aliter ferrũ, aliter plumbũ, aliter ſtannũ: aliter orichalchũ aliter electrum, & ſi quod eſt aliud. Raudẽ. Threiciam digitis increpuiſſe lyram, id eſt ſonaſſe. Laur.

Siquidem

Sic.

Hactenus.

Eatenus.

Hic & is.

Sphinx.

Simulo.

Diſſimulo

D

Non ab re

Per cãm.

Caterua.

Turma.

Tinnire.

Sonare. Sonaſſe pro ſonuiſſe poſuiſſe, accuſatiuū etiam præ
ter eius naturam tribuit immutata etiam ſignifica-
tione, nam ſonare regit accuſatiuū in alia ſignifica-
tione, vt Vergil. Nec vox hominẽ ſonat. Cice. poetis
Cordubenſibus pingue quiddam ſonantibus, itaq;
pulſaſſe, aut percuſiſſe debuit dicere, ſiue lyra cecy
Canere. niſſe, nam qui pulſat fides, organave, aut tibias in-
Pſalteriū. flat canere dicitur. Rauden. Nablum hebraice: pſal
Nablum. terium latine. Lauren. Immo pſalterium grecū eſt,
Nablium. & nablum quoq; Greci ſuum vendicāt, nec videtur
idem eſſe. Nablium nō nablum inuenio apud Oui
dium lib. iij. de arte. Diſce etiam duplici genialia na
blia palma Vertere, conueniunt dulcibus illa iocis
Nec abnuo, nablium hebraicū eſſe poteſt, vt ait Hie
ronymus in pœmio ſuper Pſalmos, pſalteriū grecū
Lyra. eſt & latine organum dicitur, quod Hebrei nablum
Syringa. vocant. Raudē. Lyra ab ipſo ſono dicitur, ſcilicet Ly
ron. lyron. i. ſyringa. Laurē. Proba, quia non credo,
lyra manu pulſatur, vt verſus Ouidian⁹ modo oſtē
dit, ſyringam ore modulamur, vt apud eundem eſt
quū fuiſſet facta Sylinga ex arundine. Raudē. Nola
eſt ſonalium accipitrū. Lauren. Si nola nomē vetus
eſt, non poteſt eſſe, id quod accipitres nunc ferunt
Nola. quum veteres ne venaticas quidem aues manſue fe
ciſſent, & ad prædam inſtituiſſent, vt nos facimus,
nedum tintinabulis ornarem, ſin nouum, referat au-
Allucinari thorem vnde ploratū ſit. Raudē. Somniare. deinde
Sperma. Allucinare vana ſomniare. Laurē. Immo allucinari
eſt viſu errare, atq; caligine quadā obducta minus
recte dignoſcere, quod ad oculos etiā mentis tranſ-
fertur, Rauden. Sperma genitale eſt ſemen. Lauren.
Frutex. Græcum nomen eſt pro omni ſemine, & quod dicit
apud eccleſiaſticos de ſemine abrahe, de ſemine Da
uid, de ſpermate græce dicitur ꝙ non minus pudēs
vocabulum eſt q̃ apud nos ſemen. nam idē nomen
eſt, quum dicitur. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemē
ſuum. Rauden. Spina, deinde. Fructex pluraliter fru
Stipēdiarij tecta. Lauren. quaſi fructices plurale nō reperiatur,
ſic autem dicunt frutecta a frutex, vt a carex carecta
a ſentes ſentica, a roſis roſetum, & plurale roſeta, eſt
tamen frutex aliud, q̃ ſpina, lege noſtras elegātias,
✻ Cæſar. Raudenſis. Stipēdium. paulopoſt. Item meruerant
Commē. i. ſub eis, ſtipendiarij fuerant, & mercennariū militē,
Reliquaſq; id eſt ſtipendiariū. Laurenti. Immo ſtipēdiarij ſunt.
ciuitates ſti qui pendunt ſtipendium, non qui recipiant, populi
pēdiarias multi erāt ſtipendiarij reipublicæ Romanæ, hoc eſt
haberent. ꝙ pendebant, ſoluebantq; ſtipendium, igitur dicen
Stipēdiari. dum eſt ſtipendiarij, id eſt ſtipendia recipietes, quo
vocabulo neſcio an de veteribus, certe de reentibus
nonnulli vtuntur. Rauden. Studium, deinde Gym-
Gymna- naſium locus exercitij ſtudioſi. Lauren. Immo locus
ſium. ludorum appellatur, a paleſtra, quam nudi exercēt
quo in loco quū a ludis vocaretur, cōſueuerant phi-
loſophātes diſputare, quod probat Cicero, quū ait..
multis ſeculis ante gymnaſia inuenta eſſe, q̃ in his
philoſophi garrire cœpiſſent. Rauden. Subrogare
paulopoſt. Si militare non vis vicarium tibi dabo
cui arma tua tradas, id eſt in loco tui, qui vicem ge-
rat. Lauren. Loco tuo dicendum erat, non tui. Poſſeſ
ſio enim ſignificatur, nō paſſio, quale eſt amore tui
Loco, tuo. huc veni, nempe, quia tu amaris a me, hoc tamen in
ploco tui. elegātiæ opere dixi. Illud non dixi, induere habere
Induere. hanc conſtructionem, vt apud Ciceronē in Acade-

micis, & (vt docui) Anthiochus in idipſum ſe induit
quod timebat. Quintil. in. xi. Quum in grauiſſimas
frequēter legum, ſemper vero male conſcientiæ pe
nas a ſemetipſis improuiſo rerum exitu induantur.
Raudē. Superfluere, in fine. Hic autem ex abundāti
facit, id eſt ſuperflue. Lauren, immo accumulate, &
quodāmodo benignius, vt non ſolum ſatis ſit ratio Ex abūdā-
num in cauſa, ſed quod multo præſtat, abunde. Rau ti.
denſis. Tanq̃, deinde. At ipſe, vtpote adoleſcens alti Superflue.
cordis, id eſt tanq̃, vtpote præſens fuiſſet, id eſt tanq̃ Vtpote.
velut veluti. Laurenti. Aliud eſt vtpote, aliud tanq̃
eſt enim vtpote cauſatiua, vt quippe, quēadmodū
in elegantijs oſtendi, verum hæc exempla Rauden-
ſis (vt ſolet) ex ſeipſo fingit, non aliunde repetit, quo
rum ſecundum ineptū eſt ac minime latinū primū
vero ſic exponat. At ipſe alti cordis eſt, vtpote ado-
leſcēs, id eſt quia adoleſcens eſt, cuius ætatis eſt pro-
prium eſſe ſublimi animo. Raud. Tarde. paulopoſt Tēpeſtiue
Surrexit tempeſtiue, maturæ venit. Laurentius. Vi-
detur accipere tempeſtiue pro cito, quum ſignificet
tempore ſuo, & debito, vt Vergil. in. i. Georgic. Aut
tempeſtiuā ſyluis euertere Pliniū. & Cicer. nos ad-
monet, ne iraſcamur aduerſus eos, qui nos intempe
ſtiue adeunt, hoc eſt, tempore non idoneo. Rauden.
Tempeſtas, paulopoſt. Procella non eſt minus ter-
raum q̃ cœli, ſed tempeſtas fluctuū eſt fluctus vias
maris. Lau. Cōtrarium foret verius, ſed magis hoc Procello.
modo differunt, ꝙ procella eſt vehementior quidam
venti impetus, nec ita duarns, & in mari potius q̃ in Tēpeſtas.
terra. Tempeſtas maris, terreaq; cōmunis, vt Cice- ✻ Vergil.
ro in Philippicis. Sed ſtatuę interierūt tēpeſtate vi, ve Creberq;
tuſtate, & in Verrem. Vote enim res ruſtice eiuſmo procellis
di ſunt, vt eas non ratio, neq; labor: ſed res incertiſſi aphricus.
me vento, tempeſtateq; moderentur. Fluctus eſt la-
cuum quo: atq; ſtagnorum, magnorūq; palludū: Fluctus.
ac maximorꝶ fluminū, ut gangis. Rauden. Tēperā-
tia moderata, deinde. Frugalitas eſt honeſta largi-
tas, & parcitas moderata. Lauren. Nihil habet fru-
galitas affinitatis cū liberalitate vixq; etiā cū parci- Frugalitas.
tate. Frugi homo vocat̃ proprie, qui in victu tempe-
rans eſt, nōnūq̃ in veſtitu, ſimilibuſq;, ſicut econtra-
rio luxurioſus, vt apud Senecam. Quintilianūq; de
duobus filijs frugi. luxurioſoq;. Cicero etiā frugi vult
eſſe, q in omia aptus vtiliſq; eſt, & omni virtute præ Frugi.
ditus, cui cōtrarium ſit nequā, cuius ſignificatio eſt:
ꝙ ſit libidinis imperationis: altera ꝙ ad nihil bon⁹ Nequam.
ſit: ſed plane malus, vnde Piſo frugi, appellatus eſt:
cuius adhuc cū cognomine numiſmata extāt. Rau.
Priſcian⁹ dixit hic, & hæc: & hoc frugi, ſed moderni
tres obliquos caſus habēt, frugi, frugē, fruge. Laurēt.
Qui ſunt iſti quæſo moderni, ſi moderni latinū voca
bulū eſt frugi: fruge ab eo venit, qđ eſt fruges, nō ab
eo quod eſt frugi. Rau. Tegere, tegumina, tegulę, ga
edes teguntur: tigillū diminutiuū a tecto. Laurenti. Moderni.
Tegmina dicimus, nō tegumina, tigillū a tignū eſt Fruges.
diminutiuū: qđ ſignificat lignū præſertim trabale:
vnde tigillū paruæ trabes. Raud. Terē. multo poſt. Tegmina
Nam in ꝓlogis ſcribendis operam abutitur: nō qui Tigillum.
argumentū narret, ſed qui maliuoli: poſuit vtrobiq;
qui pro quomodo. Laurēt. Immo ſic exponendum Quin. i ꝓſ.
eſt illud Terentij, nō is qui argumentum narret: ſed Teren.
is qui maliuoli veteris poetæ maledictis reſpōdeat.
Rau. Sint a vobis ſpectandæ. i. probādæ, vel exigena-

dæ.i.expellendæ.Laurẽ.Aut exigẽdæ dicere debuit,
An & vel. vel nõ,vt in elegãtiis oſtẽdimus,& ita Terẽtius ſcri-
pſit,non vt Raudenſis immutat.Illud quoqꝫ ſpectã
dæ:intelligendũ eſt videndæ, quũ aguntur in ſcena
potiuſq̃ probandæ,tranſeo ꝙ ait duci nos falſo gau
dio,de Simonis gaudio accipiendum eſſe, non de
Pamphili,ac Daui ſperantium nuptias nunq̃ fore.
Raud.Expletis his dubiis iuxta petitionem ſchola-
rium,reſtarent multa alia.Laurent. Scholariũ dixit
Scholaris. pro ſcholaſticorũ,ſiue diſcipulorũ. Scholaris enim
adiectiuũ eſt,non ſubſtantiuũ:male ergo qui dixit,
cõmunia dico ſcholaris, quod Priſcianus, veterũqꝫ
alius nunq̃ ſcriptũ reliquit.Raudẽ. per Priſcianũ tã
in minori volumine.Laur.admonui ſuperius vnũ
eſſe Priſciani opus,nõ duo. Volumẽ quoqꝫ librum
Volumẽ vnũ eſſe,non vnũ vtiqꝫ opus,in elegantiis planũ fe-
ci.Rau.Credo etiam, ꝙ iuriſte acceperunt a Teren-
tio titulũ illum de reſtitutione in integrum.Rau.Ri-
diculum,quaſi hoc non foret verbũ ante Terentiũ
De reſtitu- cæteroſqꝫ comicos omnes,& in iudiciis,& in legibꝰ
tione in in frequentatum:vnde Teren.ſicuti multa alia mutua
tegrum. tus eſt.Rauden.Theſaurus, deinde Theſaurus non
eſt aurum,neqꝫ argentum, ſed locus vbi talia repo-
Theſaurꝰ nuntur.Lauren.Immo proprie ipſum aurum,argẽ
tumve,nam qui theſaurum inuenit, nõ locum auri
argentive,ſed aurum ipſum,argentumve dicitur in
ueniſſe,& ſublato auro,qui hunc locum reperit, ne-
quaq̃ dicit theſaurũ reperiſſe.Raud.Teſtamentum
deinde. Codicillus eſt ſcriptura nulla indigens ſo
lennitate,ſed ſolũ teſtatoris volũtatem ſignificans
Lauren.Codicilli,dicuntur, non codicillus. Præterea
quum alia quædam addere, debuit,tunc vero illud
quod ſemper ad aliquem codicilli ſcribuntur. Rau.
Codicilli. Tribulor.Laurẽ.Græcum, non latinum verbum eſt,
& ideo nunq̃ a veteribus vſurpatũ, niſi deriuamus
Tribulor. hoc verbum a tribulis,quod etiã græcum eſt nomẽ,
nam verbum illorũ potius transferendum eſſet per
l q̃ per r,tribulor.Raudẽ.Cicero.Obſecro te,ne quo
aut timore,aut egritudine afficias. Lauren. Hæc Ci-
ceronis verba nõ ſunt vtpote minus elegãter dicta,
quum enim ne quo antecedat,neceſſe eſt ea quæ ſe-
quuntur,aut neutri generis eſſe,aut maſculini, ſic ne
quo te aut timore,aut angore afficias,nam intermi-
ſcere fœmininum,vt Raudenſis facit, non ſecus per
miſſum eſt,q̃ ſi diceremus,ne quo te aut egritudine
aut moleſtia afficias,ergo tollendum eſt primũ,aut
Ne q̃ aut &c. ſic,ne quo te timore,hæc tamen in elegantiis latius.
Rauden.Tribunal,in fine,Ex his appa ret orcheſtrã
Orcheſtra. potiꝰ eſſe locũ,aut camerã ſenatoriã, q̃ pulpitũ, aut
* Iune.Si- ſuggeſtum.Lauren.Immo locus vbi ſaltabatur pu-
mileqꝫ vi- blicæ,& vbi ſimilia quædam fiebant,& quẽ circũſe-
debis Or- debãt magiſtratus,& alii pro ſua dignitate, & ꝑut
cheſtram, ordines poſcunt,plebe autẽ ſtante magis, q̃ ſedente
Varro ſic exponit,orcheſtra locus in ſcena.Rauden.
Triumphus.deinde, Tropheum pro triumpho, vt
vbi trophea ſacra pangimus.Laurenti.Cur magis
Tropheũ. hoc loco tropheum pro triumpho accipitur, q̃ pro
ſuo ſignificato?nunquid magis laudamus honorẽ
virtutis,q̃ ipſam virtutem?tropheum autem,& triũ
phus honor victoriæ eſt,non victoria,verum hoc lo-
co accipitur tropheum pro victoria,ſiue pro virtute
ipſa,per quam victoria parta eſt.Cæterum nõ ſunt
digni illi,qui in teſtimonium linguæ latinæ afferan
tur.In quo autem hæc duo differunt?nẽpe ꝙ triũphꝰ Triũphus
(vt aſs dixi)eſt põpa illa ſolennis,q̃ fit redeũtibꝰ in Trophæũ
vrbẽ cũ victoria,tropheũ,quod in teſtimoniũ victo
ri publico in loco ſtatuit,vt apud Ciceronẽ ꝙ The-
bani equũ æneũ in monumentũ victoriæ,cõtra La
cedæmonios ſtatuerant trophæa.Raud.Tuba/non
multo poſt,Claſſica ſunt cornua,quæ cõuocandi cau
ſa erant facta.& a Calando claſſica ſunt dicta, L.
Immo ꝓprie claſſicũ eſt ſonus tubæ,qđ Priſc.etiam Claſſicum.
ait,vt Vegetius,aliiqꝫ teſtantur.vñ Quit.ad primũ
obſcœnæ libidinis ſermonẽ,nõ aſr,q̃ ſi in hoſtẽ claſſi
cũ ceciniſſet,gladiũ illũ quẽ a te ꝓ pudicitia nr̃arũ
coiugũ accepat,p pectus infandi corruptoris exe-
git.Vegetii v̾ba hæc ſũt.Claſſicũ itẽ appellatur,qđ
buccinatores per cornu dicunt:hoc inſigne videtur
imperii,quia quũ claſſicũ canit,imꝑator eſt præſẽs:
vel cũ in militẽ capitaliter animaduertit, quia hoc
ex imꝑatoris legibꝰ fieri neceſſe ẽ.Rauden.Tullius
in fine. Poſſem nunc catalogũ totum oratorũ his
inſerere cõmẽtariis.Lau.Quid magis diuerſum,q̃
opus ſuũ appellare librũ.i.vnũ cõmentariũ & cõ-
mentarios?pſertim cũ ſuperiꝰ dicat,cõmentarium,
ac librũ.Rau.Tus,deinde.Ferula vero in Gargano Ferula.
naſcitur.Lauren.Quaſi alibi nõ ſint ferulæ,q̃ in mõ
te gargano cum & plures & ꝓceriores ſint in ipſa
planicie Apuliæ,& in aliis multis locis. Vidique in
Sicilia quantum recordor,craſſiores ac longiores
Raud.Vagari,in fine.Homo dyſcolꝰ eſt vagus,in
diſciplinatus.Laurentius.Græcum,non latinum no
men eſt:ſignificatque malum,pernicioſũqꝫ ac tole
ratu difficilẽ.Vnde Petrus in epiſtola.i. Seruite do-
minis,non ſolum bonis,ſed etiam dyſcolis, ſcribit
per y,non per i.Raudenſis.Volumen,paulopoſt.
Credo ꝙ orariũ & peplum ſit idem: itẽ ſudarium, Vagus
& orariũ habeas pro capite ſacerdotis.Laurentius Dyſcolus.
De ſudario,& orario ipſe probet,qui ſapit,certe Pe-
plus non peplum dicitur,veſtemqꝫ ſignificat ſolen Sudarium
nem,quæ iniicitur vel viro,vel fœminæ,vel deo,vel Ararium,
deæ:vt apud Homerũ & alios græcos poetas:nam Peplus.
hoc nomẽ græcũ eſt,a q̃bus Verg. mutuatus dixit,
Crinibus Iliades paſſis,peplũqꝫ ferebãt. Etiã pepli
iniiciuntur equis,vt Pidarus ad Æneã apud Home
rum inquit,ſuis equis peplos decoros fuiſſe. Raudẽ
ſis venderi,ali quanto poſt. Vnde auctio proprie
videtur mihi fieri ſub haſta.Laurentius.Immo ven
ditio rerum domeſticarum,vt vtenſilium, ſupelle-
ctiliumqꝫ,quæ alicuius dominio ſeruierant:dñorũ
quoque ac p̃diorum,de quo in elegantiis diximus
Sub haſta autẽ ciuium proſcriptorum,dãnatorum
qꝫ bona væneunt.Haſtarium pro loco,vt ait Raud. Subhaſta
non memini inueniſſe.Rauden.& alter alterum ſu venire
perare contendunt.Laurentius.Alius alium dicere Haſtariũ.
debebat,vtpote de multis loquens.Raudenſis.Mã-
go ideſt,proſoneta.Laurentius. Immo qui vendit,
& cõmodat pretio pueros,vt latius in elegantiis di
xi.Raudenſis.Vænalitii,mercatores,venditores ex
ponit Nonius.Laurentius.An hoc dicat Nonius tu
videris.Vænalitiarii dicũtur, nõ vænalitii,nec mer Vænalitia
catores,ſed ſeruorũ negociatores,id eſt,q mãcipia rii
& emunt,& vẽditãt. Raudenſis.Venire,deinde Ci-
cero,ait,Brunduſiũ futurus ſum,ideſt venturus.Lau
rentius.Cur Brundyſium dixit ꝓ Brunduſii?Raud.
Item denũtiat Domitium ad me iter habere,i.veni

re.Lauren.Immo venire velle, ſiue conſtituiſſe ad
me venire.Rauden.Et huc cõmigrauit.i.venit.Lau.
Immo cõmutato domicilio,huc ad habitandũ ve=
Iter hẽo nit.Rauden.Venenũ/deinde.Hippomanes eſt her
Cõmigro. ba equos inſanire faciens. Lau. Pro veneno ab in=
guinibus eque diſtillante Vergili⁹ accipit,quũ in=
Hippoma quit.Lentũ diſtillat ab inguine virus/Huic demũ,
nes. Hippomanes vero quod nõie dicunt:Hipomanes
quod ſæpe male legere nouercæ.Miſcueruntq; her=
bas,& nõ innoxia verba:nã pro herba improprie
apud Heſiodum poni ſignificat: neq; hõ latinus
de authore latino atq; vſu latino ſilere debuit,& lo
qui de græco,eo quidẽ min⁹,q; tunc Hippomanes
vtique venenũ eſt:quũ ſaniẽ illã equinã ſignificat,
Verecun non aũt quũ herbã:& tunc eſſe venenũ Vergilius
dia. ait:appellãs illã virus.Rauden.Verecũdias circa fi=
nem.Labẽ & ignominiã.i.verecundiã,& q̃to ꝓbro
ciuitati ſit.i.verecũdiæ.Lau. Verecũdiã eo q̃ nemo
vnq̃ modo, accipit,q̃ eſt honeſt⁹ quidã timor igno=
miniæ/infamię/probriq; ſubeundi: & Raudenſis,
Strata. pro ignominia ac probro interpretatur.Raudenſis
via circa mediũ.Strata,quia pedibus vulgi trita. L.
Sicubi ſtrata,ſine appoſitione viæ repitur: nõ ideo
dicta eſt,quia pedibus trita ſit, ſed quia lapidibus
ſtratę,vt ſunt viæ Romanæ in oẽs fere Italiæ vrbes,
ſilicibus ſtratæ:ideoq; plus ſcelens latro/pdo/pcuſ=
ſorq; cõmittit:ſi in via ſtrata in viatorem graſſatur
Raud.Vitioſus/deinde.Exoleti ſunt fœtidi:pſertim
in luxuriæ vitio.Laur.Exoleti ſunt impudici,nec tã
Exoleti pueri q̃ grandiuſculi,aut adulti de quo nõie latius
in elegantijs.Luxuriæ autem non latine dixit ꝓ li=
bidinis.nã luxuria multũ abeſt a libidine:eoq; non
videtur in fine literæ intelligere Ciceronẽ:cui⁹ teſti
Luxuria. moniũ repetit ex primo li.offi.Luxuria cũ omni æta
ti ſit turpis,ſenectuti fœdiſſima eſt,nõ de venereo vi
tio loqtur Cice.quũ luxuriã noĩat,q̃ eſt verborũ,ve=
ſtiũq;,& quæ ſunt id genus,delicatior,ac ſumptuo=
ſior cura:& eapropter adijcit tanq̃ diuerſum dicẽs.
Popularis. Sin autẽ etiã libidinũ intẽperãtia acceſſerit: duplex
malum eſt.Rauden.Vilis/deinde. Popularis eſt de
grege & de minoribus.Lauren.Immo frequentius
vſitatiuſq;,qđ Cicero non modo vſurpat,ſed nõnul
lis in locis explanat,qui potens in populo,& char⁹
eſt plebi,qualis Pompeius Cæſarq; ante bellum ciui
le,& alij permulti,& hodie & vbiq; huiuſmodi ſũt
Rauden.Vernilis animo,& minuti animi,vnde &
Sene.dicitur q; habuit eloquentiã vernaculã. Lau.
Immo vernilis eſt ſeruilis:a verna quod eſt ſeruus
Vernilis. & vernaculã dixit Aulus Gel.vel ſenilẽ vel plebeiã
Vnaculũ linguam,qua tãq̃ cõi ac naturali oẽs vulgo vtũtur
Vernaculũ eñi dicitur q; domeſticũ & noſtri loci ẽ
Vlterius vt in elegantijs diximus.Cice.in Verrem actiõe.ij.
Nõ vt ſolemus interdũ in defenſionibus dicere cri=
men domeſticũ ac vernaculũ.Raud.Vlterius ſcđm
cõmunẽ vſũ loquẽdi tñ valet ſicut inſuper,& ſicut
quin & ſicut cæterũ,& ſicut extra hæc.Lau.vt ita ſit
Raud.qđ longe eſt ſec⁹,tñ ne etiã valebit, ſicut q̃tũ
inſuper,quantũ quin:q̃tũ cæterũ,quãtũ extra hæc:
ſed vt dixi,hæc non tantundẽ valent,quantũ vlteri⁹
Rauden.Vltra,præter modũ diligit,id eſt vltra ille
citra mare:ille prętер erat:erant enim præter q̃dra=
ginta.i.vltra.itẽ præter cęteros boniſſis,& honeſti ſe
ctator.Lauren.Conſule aures tuas Rauden.etiã vel
ipſe iudica an elegans(puruſq; ſermo ſit p̃ter mare
&præter quadraginta.i.vltra: qđ ſi rectum putas Præter pro
afferre aliorum teſtimonia:non tua confingere,pro vltra ma-
alieniſq; aferre debes.Ego neſcio an illa cõpoſitio= le poni
ne vti liceat in hunc ſenſum quoties ad locũ refert,
vel ad tẽpus.Vtrũ acuti⁹ dicit iſtud qđ tu:an quod
ego annotaui,pinde accipi ꝓ peque,vt Plin.funus
Verginij Rufi clari etiã magni viri & pinde felicis. Perĩde
i.ita felicis,vt clari Cice.lib.i.de finibus.Eas artes p
ſequeretur,viuendi artem tãtã,tamq; operoſam,&
perinde fructuoſam relinqueret.Raud.Vnus/dein= Vnæ ædes
de.Cic.ait:vnas a te literas accepi.Terent, ait vnis non dom⁹
domib⁹.i.ĩ vna domo.Lauren.In vnis ædibus inqt Cio
Terenti,non in vnis domib⁹,alioqui in noĩbus quę Cieo
ſingulari carent:neceſſe eſt nos ſic loqui,vt latius di
xi in elegantijs.Rau.Voco in fine.cio cis,& cieo es.
Laurent.Duo hæc pro eo quod eſt voco Raudenſis
accipit:quum ſecundum ſignificet idem quod mo
ueo,vt Cicero de repub.Motu cietur interiore & ſuo
& deinde citus.i.velox,& concitus,cõmotus,& per
citus in malum,veluti in furorem,iracundiãve mo
tus:& frequentatiuũ cõcito,incito,ſuſcito. Rauden.
Volũtas /deinde.Auſpicijs meis.i.voluntate.Lau.
Immo ductu,& fortuna mea,quia dux belli auſpi=
cia accipere ſolet.Rauden.Dicimus volutas ſicuti& Auſpicia
voluntas.Lau.Quid abſurdius,q̃ rem incredibilem Volutas ñ
ſine authoritate ꝓferre:quũ oĩa hui⁹ loci p̃cepta au dicitur
thoritate nitantur:quis vnq̃ volutas ſcriptũ reliqt, Ad quo
quale ẽ etiã,quod ſequitur.Raud. Vſq;quo/deinde ineptuũ.
Ad quo potero,id eſt,quoad.Lau. Quis iſtud dixit
bone Rauden.Vſurari⁹/deinde. Quadruplator eſt
vſurarius.Lauren.Immo qui accuſationibus,ac de
lationib⁹ quartã partẽ bonorũ dãnati expectat.Sed
tñ amoto quaramus ſeria ludo.i.vtilia,Lau.Immo
grauia & non iocoſa.Horatius intelligit,cui⁹ hic v Quadru
ſus eſt.Raudẽ.Vtor/deinde.Curabo obſoleta calca= plator
re veſtigia,id eſt,diſſueta.Lau. Cui⁹ ſunt iſta verba Aſco
cur non nominas authorẽ,vt poſſimus ſenſũ verbo Quadru=
rũ ſententiæque cognoſcere. Obſoletũ appellamus platores đ
ſordidũ.vñ apud Horatiũ, caret abſoleti ſordibus latores e=
tecti,& apud Hierony.viri vox obſoletior,q̃ fœmi rant crimi
nę.Cice.tñ ꝓ deſueta poſuit,nõ vt ais diſſueta,vt in nũ publi=
Põpeiana. Obſoleuit iſta oratio,re multo magis,q̃ corũ ĩ qua
v bis refutata,& pro Quintio Audacẽ,cupidũ,pfi= re quartã
dioſum vulgaria,& obſoleta ſunt:iterũ ꝓ codẽ. His partẽ de p
morib⁹ obſoleuit.i.inueterauit,& qa quod vetera= ſcriptorũ
ſcit,quaſi ſordeſcit,ſiue in nihilũ recidit:ideo ꝓ hoc bõis quoſ
q̃q; accipit,quale fuit primũ exẽplũ,& eiuſdẽ pro detulerant
Celio.Verũ hæc gr̃a virtutis,nõ ſolum in moribus cõſequebã
noſtris,ſed vix iã in libris reperiunt:chartę quoque tur
q̃ illã priſcã ſeueritatẽ cõtinebãt,obſoluerũt,& alibi Obſoletũ
in eundẽ.Nõ vult popu.Roma.obſoletis criminib⁹
accuſari.Verrẽ noua poſtulat,inaudita deſyderat. Detriti
Rauden.In logica detriti ſumus.i.vſi. Laurẽt.Apti⁹
exponere poterat:q̃q̃ tu teipm exponis, & author Perfunct⁹.
pariter & gloſſator es:q; ita in logica ſumus exerci
tati, vt gladi⁹ exercitat⁹,& ipſo nimio vſu cõminu= Defunct⁹.
tus eſt,& apud eundẽ Hieronymũ:dicitur pes tuus
terat limen magiſtrorũ:quũ vſũ,& audiendi exer
citationem ſignificat.Rauden.Perfuncta ſatis ſum
his .i.vſa.Lau.Immo finẽ vtendi,fungendique feci
vt Cicero.Perfuncta hoc miſero,fatalique bello reſ=
publica.& hoc in malum,ſed frequentius in bonũ,
ſicut

ſicut defunctus in bonũ,& malũ,quod videlicet fi-
nit vitam:defunctus morte,vel periculis,vel labo-
ribus, quod iam impoſuit ſemel finem his malis
exempla diſcentibus inquirenda relinquimus.Rau
denſis.Vtrinque in fine. Vltro,citroq; res male eſt
i.hinc inde.Laurentius.Non vterer hoc ego gene-
re ſermonis:vltro em̃,citroq; ſignificat reciprocam
quandã itionem:aut reciprocũ reſpectũ,quod de re
Vltrocitroq.
vtrobiq; male geſta dici non poteſt: vtrobiq; dixi,
non vt Raudenſis:hincinde Raudenſis.Vua præco
qua,vel p̃cox,ideſt præmatura.Laur. Præcoque eſt
Præcoqu9. Præmaturus
quæ ante alias vuas,matura eſt, p̃matura quæ ante
maturitatem legiẽ.vt in elegantijs latius. Raudẽ.
Racemus
Racemus dicitur vnũ granũ,vel acinus,vel granel-
Acinus
lũ quod in racemo eſt.Lau.Immo racemus eſt illa
Arillum
(vt ſic dicã)teſta vuarum,plurima grana continens
& granellũ barbara
Acinus vero eſt id quod Raudenſis appellat race-
mum.Vinaceum autẽ quod idẽ acinum vocat: nã
arillum & granellum Raudenſiana ſunt,& non la-
tina vocabula.

¶Notarum Laurentij Vallæ in
Antonium Raudenſem Finis.

¶LAVRENTII VALLENSIS APO
logus.ſeu actus ſchœnicus in Poggiũ quo eius irri-
dentur errores,præmiſſa hac p̃fatione.

AVDIO POGGIum alterum in me
compoſuiſſe inuectiuam longe priore a
cerbiore em̃ / in qua
nihil admodũ de vi
tæ cauſa diſputat,q̃ſi
plane victus/ſupera
tuſq;.ſed totus in ma
edictis /cõuicijſque
verſatur :eã nondũ
habere potui.Interea pagam triumphũ meũ: aut
potius iterum triũphabo ritu eorum impatorum,
quibus vnus dies ad triũphandũ non fuit ſatis:atq;
eo audacius id facere poſſum,q̃ iã ipſius quoq; ho
ſtis confeſſione,victoriam ſum adeptus.Qui em̃ ad
uerſus argumẽta/rationes/,p̃bationeſq;,non argu-
mentis,ſed opprobrijs:non rationib9,ſed conuicijs
nõ probationib9,ſed ſpurcitijs agit:is certe declarat
Cũ vitioſis nõ contendendum
ſe imparem,ac victũ eẽ:& velut canẽ a fortiori lace
ratũ,plagas ſuas vlulatu,latratuq; ſolari:& hoc ſal
tem vindictæ gñe inimicũ ſuũ vlciſci.Et quia iuſto
e prælio non potuit diſcedere ſuperior:ſperat ſe ſu-
periorem iniuſto.Nam quis quæſo,nõ dico ſtrenu9
fortis,& in bello iam victor:ſed prob9 atq; mode-
ratus:velit cõtendere cũ auaro de auaricia:cũ ebrio
ſo de ebrietate:cũ proditore de p̃ditione:cũ libidi-
noſo de libidineẽ certe nemo.Ita nec cum maledico
de maledicentia:de virtutib9 cũ egregijs viris,non
de,vitijs cũ non honeſtis:non cũ facinoroſis certa-
men & æmulatio.Loquar itaq; Poggius,quãtũ ve
lit obſcœne & ſpurce:facit quod ſuũ eſt:ſui ſempẽ
ſimilis,pugnator peſſim9,calũniator inſignis:cui9
dicacitatẽ cõtemnere ac dãnare malo,non imitari de
cet:licet nõ ita de ipſo ſim merit9,vt in me carpẽdo
pergere debuerit :ſiqdem quũ p̃miſiſſem me oẽs
eius libros recogniturũ:& eorũ vitia in triũpho,tã
q̃ captiuos exhibiturũ,id tñ nõ feci mollitia quadã
animi retentus,q̃ſi ſatis habere vitia ep̃larũ oñdiſ-
ſe.Sed qm̃ hoſtis me cogit (ſi mõ hoſtis appellan-
dus eſt,q vict9,atq; captus ẽ)pgam9 vitionẽ:ac vela
ti ſecũdo die triũphem9:& quia debellatũ eſt aliq-
to hilari9 rep̃ſantãtes quodãmõ illũ priſcũ Roma-
norũ morẽ triũphandi.Nã ita accepim9,inter men-
ſas,quas ciues p vias eſculẽtis poculentiſq; referſe-
Triũphus priſcorum
rant,exercitũ victorẽ cõmeſſabundũ potabundũq;
tranſiſſe.Sic nos quaſi edẽtes/atq; potentes/aut cer
te ridẽtes triũphemus: poſtea alio mõ de inuectiua
triũphaturi.Decet em̃ de vinoſo/ebrioſoq; hoſte ſu
pato/talẽ nos agere triũphũ:incipiẽtes ab ep̃lis ad
Nicolaũ Nicoli miſſis.Sed q̃ res ſit iucundior legen
tib9 ſub apologo,tãq̃ Guarin9 cũ ſchola ſua,atq; do
mo adſit.Erit aũt vel apolog9,vel ſcœnic9 q̃dã actus

¶Laurentius

SAluus ſis Guarine.Gua.Salue
Laurenti,& tu Poggi licet ta-
ceas:ſed cur taces?Pog. vtinã
tam bñ loquerer,q̃ bñ taceo.
L.At cur nõ ſępius taces, q̃ lo
queris?Pog.Quia qui male lo-
quũtur,rari9 tacent.Laur.Atq
nũc bñ loqueris,qđ eſt multo
ſatius,q̃ tacere.Cur ergo Guarinũ nõ ſalutaſti?Pog-
gi.Nõ dico me male loqui,q loqui neſciã,ſed q̃ de
alijs male loquar,ideoq; ad ſalutandũ ſum tardus
Guarinive ronenſis laus.
Guarin9.Ego me abs te Poggi ſalutatũ puto, quid
vultis?Laurentius.Guarine quæſo te p̃ tua ſingula-
& humanitate,& eruditiõe te huic facto iudicẽ pręl
beas:tui em̃ artificij eſt,de lingua latina agim9,in q̃
tradenda,tu principatũ obtines.Gua,Ego vero iſtũ
libens,ſi mõ Poggius formam non declinet.Pog.
Forum cupedinariũ
Quid ego forum declinẽ,quod ſemp amaui, & co-
lui?qppe in quo ſunt res,ad delectandũ gulã p̃tinẽ
tes,emereq; ſolem9,non dico lactucas/caules/allia
ſed pdices,phaſianos,anſeres,anates, gallinas,co-
lumbos,turdos,ficedulas.Itẽq; oratas,murenas,cõ
forum iudiciale
gros,mullos:p̃terea paſtillos, copulos,ſalſamenta,
& ante omnia duodetriginta genera vini egregij,
quę enumerabo ſi vultis.Gua Iſta fora tibi relinqui
m9 colenda.Pog.Ego de illo foro loquor,vñ dicun
tur cauſæ forẽſes.Pog.Reliquis mihi hæc fora,& re
linquas volo:malo em̃ ficedulas colere,q̃ lites,cau-
ponas,q̃ cauſas.Itaq; forum cauſarũ p me vos cola
tis:licet id vobis colendum relinquo.Guarin9,Gera
mus Poggio morem,nõ te in forũ ad iudicẽ Poggi
ſed in ſcholã vocari ad magiſtrũ exiſtima.Pog.ego
ne puer quidẽ,aut adoleſcẽs ſcholã adij,quomõ nũc
adibo decrepitus?Gua.Non dico vt diſcas.ſed vt cũ
Laurentio diſputes.Pog. Quis me ad diſputandũ
adiget,Guari.Honeſtas/ratio/pudor,Pog. Si de ſa-
poribus diſputandum ſit,nõ recuſo. Gua. Quid de
ſonis.an pluris guſtus eſt,q̃ auditus? Pog. Quid niſ
quum ſine ſono viui poſſit, ſine ſapore non poſſit,
Gua.Iſtud Laurenti intereſt/non mea,ego pro iudi
ce vocatus ſum.non pro litigatore:itaque verbum
nõ addo:tu mõ Poggi videto,ne dũ iſta dicis,tergi
uerſari ac fugere videare.Pog.Ego ne ſubterfugere
ac tergiuerſari:velim qui nũq̃ fugi,nec terga verti
qui victus,p̃ſtratuſq;,nũq̃ me fateor victũ cõtraq;

mihi incumbentē vnguibus dẽtibuſq́ꝫ pugno, ideo
nõ eſt cauſa cur nos audias altercantes. Lauren. Tu
vero Poggi dũmodo proſternaris, pugna quantum
vis dentibus vnguibuſq́ꝫ. Nõ em̃ pardus es, aut leo
vt vngues tui ſint, ac dentes reformidãdi, præſertim
habenti duriſſimã pellem, ſi tamen fateri vis, mei
ſunt in te perdini, leoniniq́ꝫ dentes, & vngues. Cæte
rum nolo tecum pugnare. Guarinus modo ſit exa=
minator epiſtolarum tuarũ ad Nicolaũ miſſarum,
me nihil verborꝫ facturo niſi hoc vnũ ne culpã in
librarium reĳcias. Eſt ne hic codex tuus? Pog. Quid
ſi negem meũ eſſe? Lau. Si negaueris tuũ, ego dicã
eſſe meũ. Pog. Guarine hic furti ſe alligat. Lauren.
Nemo eſt fur rei dño carentis. Pog. Ego iſtius codi=
cis dñs ſum, & tu eius fur. Lauren. Nõ dixi me hũc
librum eſſe meũ dicere, ſed dicturũ: ſi tuum negaſ=
ſes. Quod ſi faceres, iam huius libri fur nõ ero, ſed
dñs, tu vero nõ dñs libri, ſed mei calũniator. Pog.
Immo ipſe ſum dñs libri/ nõ tu, quem tu forte fura=
tus es illi cui cõmodaui tranſcribendũ, niſi ab eo tu
cõmodato accepiſti, licet hoc illi vetuerim. Lauren.
Iam culpã in librariũ refundere non potes, tanq̃ li=
ber inemendatę ſit ſcriptus, quem tradis etiam nõ
amicis tranſcribendũ verum quid ita vetuſti homi
ni, ne mihi commodaret, an ne te reprehenderem?
Pog. Tu me reprehenderes, homo maxime repre=
hendendus? Lauren. Experiamur, an iſtuc poſſim?
Guarino diſceptatore, & iudice. In plurimis enim
(vt opinor) erraſti. Pog. Mentiris. Lauren. An men=
tiar? cognoſcas licet, en locos annotaui? Pog. vbi ſũt
cædo codicem, Laurenti. Iſtuc nõ faciam, ne hinc te
corripias cum codice, tu potius Guarine inſpice, &
quoniã ipſe hunc inſectari nõ poſſum, tu pro pecca
torum qualitate reprehende. Pog. Quid poteris re=
prehendere? Lauren, Si te nõ poterit, me poterit, qui
locos in tuo libro vt reprehendẽdos annotaui, vter
peccauerit, eum cenſoria auſteritate inſectetur, pla=
cet ne tibi. Pog. Cur nõ placeat mihi te reprehendi.
Gua. Vultis ne me caſtigare cenſorie, vel te Lauren=
ti calumniantẽ, vel te Poggi male loquentem. Pog.
Accipio conditionem, dũ Laurentiũ more Poggia=
no (ſcis quid dico) inſecteris. Laurẽtius. Ita volo, ſed
vt tu viciſſim Guarine ſuſtineas partes meas omiſ=
ſis tuis, vt ſicubi reperies Poggiũ barbare loquentẽ
nõ iudicẽ agas, ſed accuſatorem. Gua. Ita fiet, igitur
legam locos abs te, Laurenti notatos. Illud autem
diligenter annotaui. Nullo modo licet e ſacerdoti
capere quiſq̃ exaltari preter victum & veſtitũ, q̄ſi
plura ferem dicũt & latronẽ. Vnde pendet Poggi
Qđ ſi plura. illud, ꝙ ſi plura, verum hæc donemus, nemo eſt, qui
in hmõi nõ aliquãdo erret in curia quadã. Hoc mi=
hi præ cæteris moleſtiæ plus affertur, quid ſibi vult
præ & plus. Cice. nunq̃ ſic dixit. Poſt quindenã ab
his partibus diſcedam. Coquum/ ſtabulariũq́ꝫ me=
os ſæpe ſic audio loquentes. Volo ire ad partes. Ve
nerunt multi in partibus meis, quos ita loquentes,
Partes, & ſi nõ Italicos, tamen ridere ſoleo, quindenã autẽ
Quindena in ore illorũ nunq̃ audiui. Hoc ſi licet, nõ video, cur
nõ etiã liceat dicere decenam, quarantenã, & quæ=
dam alia more idiotarum. Conſtitue te in locũ me=
Conſtitue te in locũ. um, transfer te in locum meũ, aut confer, aut perge
dicimus ane, ſede, pone te in loco meo dicimus,
ita conſtitue. Quũ de ꝓximo inſtet coronatio regis,

de ꝓximo coqui mei iſte, ac ſtabularĳ ſermo ẽ. Vbi
bis peccatũ eſt, ꝙ neq́ꝫ de proximo dicimus, & fa= de ꝓximo
tis erat dicere. Inſtabat dies coronationis, hoc eſt, ad
uentabat/ & proxima erat dies, vt Cęſar cõmenta. ii
Diem ex die ducere Hedui, Cæſar vbi diutius duci Inſtare.
intellexit, & diem inſtare, quo die frumentũ militi=
bus metiri oportebat, & Luca. Inſtabatq́ꝫ dies, qui
dat noua nomina faſtis. Et mox. Dũ tamen emeriti
remanet pars vltima iuris. Vtile igitur conſilium
eſſet incipere q̃ totius fieri poſſet. Mihi crede, libri ſa
cri, quos legi, & quotidie lego, refrixerunt priſtinũ
ſtudium humanitatis. Coquus meus Parmeno, & Quã totius
ſtabularius Dromo ſic mecum loquũtur, nec dedo=
cere eos poſſum, quin auribus meis inculcent q̃to=
tius exiſtimantes ſic ſe loqui perelegãter refrixit cũ
accuſatiuo nunq̃ dixerunt. Adeſdũ Dionyſi adule=
ſcens, ignis caleſcit manus meas, dicitur ne latine?
Diony. Minime mi magiſter. Gua. Cur ita? Diony.
Quia inchoatiua hunc caſum reſpuunt. Gua. Voca
quæſo. Poggi filios tuos, qui etſi pueri, niſi hoc ſciãt,
verberandi ſunt, nõ poſſe dici lectio refrigeſcit ſtu=
dium. Quod ergo in puero verberibus dignũ eſt, id Refrixit re
in te Poggi caſtigandum nõ erit? Quid fiet ſub diuo
Si græca noſſes, vt noſſe videris, ſub dio diceres, id
eſt ſub Ioue, nõ ſub diuo. Rerum quas miſerant Pi=
ſas per vnam nauem, quę vt certum eſt, iandudum
appulit in portum, vna pro quadam, vt inueni ho=
die vnum hominem amicum, ſæpe ex Parmenone
meo adiui, ac Dromone, & iandudũ pro iampridẽ
appulit in portum pro appulſa eſt, nunq̃ audiui, ho Sub dio ꝓ
mo potius vel ventus appulit, q̃ nauis. Nam ſignũ ſub diuo.
eſſet aliqualem memoriam remanſiſſe. Plura ego Vnus.
a Parmenone barbara/ q̃ ille alme latina didicit, ali Appulit.
qualis aliqua liter, quæ nollem didiciſſe, ne quando *Vergil.
ĳs vterer, vt tu facis, quæ nunquid a tuo coquo didi= Hinc me
ciſti? cum quo genere hominum maior tibi/ q̃ mihi digreſſum
eſt conſuetudo. Rogo vt me certifices, & hoc culina veſtris de⁹
rium vocabulum eſt. Ne deueniret in manibus fra appulit o=
tris. Parmeno ades huc, dicitur ne hoc grammatice, ris.
deueneriũt in manibus fratris? Par. Mi domine, quis Aliqualis
hoc dixit? Guari. Nempe hic Poggius. Par. Iſte Pog= & aliqualr
gius peius me loquitur/ qui coquinariam factito, Certifico.
quæſo mi domine pro me coquum Poggium faci= Deuenire
to, nãq́ꝫ ad hanc rem videtur mihi ſane idoneus, vt in manib⁹
vultus ꝓmittit, aut certe cellariũ. Nam neſcio quid Fruſtecula
vinaticum præ ſe fert, Gua. Abi hinc improbe Par= & fruſtula
meno in culinam tuam. Neſcis reperire modũ quo
tria fruſtecula panni exportentur? Redi Parmeno,
redi fruſtecula Panni inquit Poggius, tu quomo=
do diceres? Parmeno. ego ſemper fruſtula, carnis
dico, & tu fruſtula panni. Hui ſub coquo Poggi,
veni in culinam meam, non fruſtulis panis, & car
nis, ſed fruſtibus pro pane, carnem tuam ſatiabo.
Guarin. Tace iam Parmeno. Scripſi ad te me abitu
rum ad vos hoc menſe Maĳ, aut amplius ad feſtũ
Maĳ. Amplius in iſtum ſenſum vbi reperiſti? Cice.
ro cuius te cultorem ais, ad ſummũ ſolet dicere. Di= Ampli⁹ ꝓ
ſcutiemus diligenter hoc faſciculũ cogitationum adſummũ
mearum. hoc faciſculũ dixiſti Poggi. Par. Mi patro Hoc faſci=
ne, ego quẽ tu per conteptũ appellas Parmenonẽ culum,
nõ ſic dixiſſe, ſemp faſciculos faſcellorꝫ/ fęniculi, her
barũ dico tibi me attuliſſe de foro, nõ faſcicula, For=
te hic de paruis faſcĳs loquitur, quibus cogitatiões

ſtas innoluit. Verum nunc diceret faſciculam. Iam
ſcio mi patrone: recte locutus eſt pol homo iſte, fa
ſciculũ hoc a fas deriuatur, cui⁹ gtũs eſt (vt iſte vult)
faſcis. Gua. Iã odioſus es Parmeno. Ego veſtræ huic
**Sin autem mutuo accipienda.**
cœnæ condimentũ quod eſt meæ artis adijciã. Ideo
te rogo, vt illos libros ad me q̃primum mittas, ſi il
los habes: ſin autem ſumes mutuo a Nicolao. Gua.
Sin autem ꝓ ſi non/vbi apud Ciceronẽ legiſti? Par.
Quid illud mi dñe ſume librum mutuo: ego nõnũ
quã oleũ, ſalem, acetũ, panẽ, vinũ mutuor a vicinis:
**Accõmodato**
nõ ſartaginẽ, ollã, cultrũ, ſecurim, piſtillũ, mortariũ
ſed cõmodato accipio. Gua. Tu iã pro me factus es
iudex. Par. Aſſeſſor tuus ero ſi lubet aut certe teſtis
meæ doctrinę, quã me hercule nõ cõmutauerim cũ
Poggiana: fac quæſo periculũ/vter doctior. Guari.
Apageſis, vino cales. Par. At hic nimiũ olet, dum
te pendãt Poggi, vt vehementer crapulã exhalaſti,
eructaſti. Gua. Non hinc abis. Par. Si me irritas/etiã
Dromonẽ vocabo. Guari. Pœnitet me hunc vocaſſe
foras. Nã coquum, cuius in manu tua vita eſt, caue
ne lędas. Quæ cũ oĩbus grauia ſint, tũ mihi præſer-
tim conſueuerunt eſſe grauiſſima. Quid ita Poggi
aggeſſiſti, tum & præſertim ẽ grauiſſima. Mallem
dixiſſes, quæ quum omibus, tum vero mihi grauia
eſſe conſueuerũt: eoq; magis, q̃ ſint ſubiunctiui mo
di & conſueuerunt eſſe indicatiui. Veſtes illas attri
tas, quæ penes te ſunt cupio vt vendãtur. Par. Licet
**Tũ et Quũ**
ne domine? Gua. Minime, tace ſi ſapis. Par. Ego ſa-
pio, ſed hic ſermo, mihi non ſapit: fatuus em̃ eſt, &
inſulſus. Guari. Abi hinc, abi, inquã. Par. Non abeo.
Dromo hęrus te vocat. Dro. Quid vis hęre? Guari.
Hic tuus eſt hęrus, is iubeat quid velit, qui mihi ni-
hil obtemperat. Par. Sublimem intro hunc rape q̃-
tum potes in ſtabulum tuũ. Dro. Quem? Par. Pog-
gium hunc. Dro. Quãobrem? Par. vt in ſtabulo tibi
**Veſtes attritas vendãtur**
ſeruiat, & mihi quandoque in culina. Dromo. Quid
fecit? Par. Latinitatemq;, grãmaticãq;, tanquã ollas
frãgit, quem niſi prohibeam⁹. actum eſt de lingua
latina. Et poſtea. Italici nos tranſalpinos barbaros
vocãt, quum nemo Italicorum, præter hunc noſtrũ
hęrum grãmaticus ſit. Dro. Qui d iſte dixit? Par. Cu-
pio vt illas veſtes attritas vendãtur. Dro. magis ipẽ
attrituum caput habet, q̃ illæ veſtes fuerint: ſed qd
iubes hęre. hunccine attritorem, cõfractoremq; lati
narum ollarum, in ſtabulũ rapio, vt cũ Caballo, &
aſino vitã degat. Guarin. Huic tu aſino credis cabal
le? apagete ambo. Tũ quia vidi ꝑ aululũ cõmotum
propter literas ad tẽ meas, quia difficiliter tolluntur
Paulo cõmotũ dicimus, non paululũ, & difficile, &
difficulterq;, nõ difficiliter. Par. Iſtæ ſunt ſubtilitates
Italicorum vanæ. in quib⁹ nullũ peccatũ eſt, tũc ꝟe
peccatur, quũ grãmatica, tãq̃ bonũ m pulmentum
ſecordia loquentis corrumpitur. Gua. Tu ergo illa
iudicato: hæc ego. Nanq; in iuſſu meo ac partibus
repugnantibus factus eſt iudex. Par. Nunquid hic
alter recuſat me iudicem? Lauren. Ego vero te nec
iudicem, nec aſſenſorem, nec teſtẽ, nec aduocatum
**Paulo cõmotus**
recuſauerim: ita mihi videris coquorum omnium
(quos vidi) doctiſſimus, ſed vide ne hic ſint, quibus
**Difficulter**
magis placeãt manus tuæ, q̃ lingua. Par. Quid tu
putas bonum coquum eſſe poſſe ſine lingua, &
Plato? mihi crede: boni coqui magis lingua palatũ
q; agit, q̃ man⁹. Non vides vt magiſter coquorum

quem harus meus vocat archimagirum, nõ ma-
nibus vtitur, ſed lingua atque palato. Quare ſi ſa-
pis, ſine me, tãquã archimagirum vti lingua in hũc
ſubcoquum meum, qui barbaram linguam habet
vtinã poſſem & manibus vti: ſcis ne quanto archi-
magirus vtitur manib⁹: quãto peccãtes ſubcoquos
**Archimagerus vel archimagirus**
verberat? Gua. Iam me enecas lingua tua Parmeno
reſerua iſta ad tua pulmenta: vereor ne hic etiam ſic
defatiges, vt poſtea nihil intelligat. Parme. Mi hære
quum lingua loquendo: veluti pinſendo defeſſa
eſt: tunc calefacta præcipue ſapores intelligit: vini
pręſertim. Si non credis, vel Poggium interrogato,
ſingularis mihi videtur iudex ac cenſor vinaliorũ
Guarinus. Iam deſine. Nec nunc quoque illum mit
to, ſed infra paucos dies certum quid ſciemus. Hoc
tu vitium non vices Parmeno? Par. Pro ne nunc q-
**Nec nunc quoq;.**
dem dictum eſt: nec quoque nunc: vt infra paucos
**Infra ꝑ intra.**
dies, pro intra paucos dies. Meli⁹ eſt peccare in hãc
partem, quam omnino eſſe incredulus. quid nunc
dicis Parmeno? Parme. Neſcio, quid videre videor
dictu. Dro. Quid non vides beſtia illud incredulus
Par. Per Iouem iſthuc ipſum animaduertebam, ſed
ſubdubitabam. Vere beſtia. Nã quid ſubdubitare o
portuit? an dicendum eſſet incredulus an incredulũ
**Eſſe incredulus.**
ſic enim conſtruitur, eſſe omnino incredulum ho-
minẽ eſt peius, q̃ cũ peccare in hanc partem. Nã ita
cõſtruendũ eẽ magiſter me⁹ Rodulphus cherhph
nos docebat. Ariſtoteles dixit democratiã oĩb⁹ peio
**Oĩbus peior**
rem. Gua. Quid hic Parmeno, & Dromo? Iã iudicũ
numerus creuit & hoſtiũ. Dro. Certe omnium peſſi
mã dixiſſem, non peiorẽ: ſicut hic hõ eſt omnium
peſſimus, nõ oĩb⁹ peior: ne ſeipſo peior eſſe dicatur:
& ſuplatiuum a đ ea quæ ſunt eiuſdẽ gñis cõparet.
Cõparatiuũ vero ad diuerſos. Gua. Dign⁹ es Dromo
qui tam recte loqueris, vt de ſtabulo in aliud hone
ſtius te trãſferã miniſterium. Dro. Sed qs caballum
aut aſinũ tuũ curabit. Gua. Quaſi deſint, qui illos cu
rent? Par. En Poggiũ tibi dignũ. Gua. me hercule, q
aſinũ agitet. Par. mitte cõtumelias. Summa cũ ani-
mi iocunditate. Non ſic loquitur Poggius cũ volu-
**Animi iocanditas.**
ptate dicimus animi, nõ cũ iucunditate. Dicim⁹ em̃
iocunditates vrbis, orationis, aſpectus, quaſi amœ-
nitates, hoc eſt illud, vnde naſcitur voluptas. Nõ cu-
pio diuitẽ fieri, hoc eſt valde, opulentũ? Neq; hoc ta
**Nõ cupio fieri diuitẽ**
cebit Parmeno. Par. Modo dicebat incredulus, ꝑ in
credulũ: nunc autẽ diuitem ꝑ diues: an te putas fa-
cta ſuperius emũdaſſe poſteriore? mediusfidius nõ
alio mõ, q̃ fecit nuper ſocius meus Boſchalchus, q
quoniam a me rephenſus eſt (fuit em̃ adiutor me⁹
in coquendis epulis nuptialibus) q in prandio car-
nes quaſdã parum elixaſſet: veſperi quum aſſaret
gallinas pene combuſſit: iterumq; a me rephenſus
reſpondit: nimis & minus ſi commiſceantur, effice-
re temperatum, vt ſi nimis temperatum aqua vinũ
cũ meraciore cõmiſceas: fit tale vinum quali vti ſo-
lemus. Quo reſponſo perturbatus ego fateor, non
lingua ſum vſus: ſed manibus, totque pugnis ho-
minem contudi. vt omne quod ſorbillauerat vinũ
coegerim euomere. Quod idẽ ſi liceret in Poggiũ
facerẽ, q cũ ſernicrudis ſemiuſta ꝑmiſcet q̃ cõuiuijs
ſuis appõat credẽs ſe vitiũ vitio emẽdare. pactis ex
**Verſus põtem**
more ſolennij: pluuiali veſte idut⁹ ẽ: inde quũ põti
fex tũ impator equos cõſcẽdentes, vna verſus põtẽ

Adriani ꝓficiſcunt.Guari. Eodē modo loquut⁹ eſt: quo quidā qui librū ſuum inſcripſit de inſigniis, & annis,quū dicere deberet de inſignibus,eadē ratione dicunt inſignia,& ſolēnia. Vnde ſicut inſignibus ita de ſolēnibus dicendū eſt. Verſus quoq; pontem, negant grāmatici dici poſſe,ſed pontē verſus. Illud quoq; cōſcendentes ego maluiſſem dicere equis cōſcenſis. Supra pontem autem,quum tranſiret,deſcēdens ex equo q̄ plures ſtrenuos milites,viros, atq; adoleſcētes militaribus inſigniis donauit. En tu quoq; Poggi dixiſti inſigniis, ꝓ inſignibus,ſicut ſolenniis pro ſolennibus,etiam,q̄ plures dixiſti,pro complures,vbi enim legiſti,q̄ plures,Parmeno. Iſtud ego frequenter audiui.Guari. Vbi legerit,quæro, nō vbi audierit,nec de reſcentibus ſcriptis loquor,ſed de vetuſtis. Etiam ſupra pontem tranſire magis auiū eſt q̄ hominum,homines enim ſupra flumen nō tranſeunt,ſed ſuper pontē. Et niſi eſſet mendoſitas exemplariorum,non eſſem moleſtus Leonardo. bellum Lucanum ſumma ſtultitia cœptum neſcio quem finem habebit. Tyrannus ille Lucanus qui tandiu vrbem illam oppreſſit. Guar. Exemplariorum ſimile eſt in inſigniis,& ſolēniis:an putas hæc ſimilia illis quæ Macrobius colligit,quale eſt ſaturnalium,& ſaturnaliorum, bellum quoq; Lucanum pro Lucenſe poſuiſti,perinde ac ſi poneres Rhegiū, pro Rhegienſe. Alii enim ſunt Lucani a prouincia ſupra Neapolim poſita,alii Lucenſes a Luca,quæ eſt ſupra Piſas. Propter inopiam exemplariorū, vt præſto poſſem diſcedere. Enſiterum exemplariorum,pro exemplarium. Præſto quoq; ꝓ cito poſuiſti,quum ſignificet præſens, ſemperq; poſitum reperiatur cum verbo ſubſtantiuo,vt præſto ſum. Ego dixi ſibi,ipſe autem ſemper cogit me ire ad eum. Guari. abite Parmeno, & Dromo hinc pauliſper,ne contra me teſtimoniū perhibeatis. Parme. Quid ita hære? Guar. Quia vos dicā ſemper ita contra loquentes. Parme. Doce nos obſecro. Gua. docebo, qui aliū coquū verberas, aut minus coquentē cibos,te multo magis eſſe verberandum,quum te dico,& Dromonē,& Poggium dico qui cibos nō coquendos coquitis, & coquendos nō coquitis. Parme. Iſtud ego nunq̄ feci. Guari. An hoc non facitis,quum pro ei dicatis ſibi,& ꝓ ſe dicatis eū. Dicendum enim erat ego dixi ei,ipſe autē cogit me ſemper ire ad ſe. Parmeno hære,miror cur non moriamur omnes. Guari. Quid ita? Parme. Quia nemo te excepto eſt,qui non edat cucurbitas crudas,& pepones coctos. Guari. Quid iſtud eſt? Parme. Non intelligis illud ipſum/quod dicis de cibis coquendis, ac non coquendis? nam quum dicimus ſi tibi fides habenda eſt, ego dixi ſibi:pepones coquimus, quū rurſus cogit me ſemper ire ad eum. crudas cucurbitas edimus. Gua. Sile iam:atq; audi,nec miror accolas circumuicinos. Guari. Demus q̄ circumuicini reperiantur,qui ſunt alii accole, q̄ circumuicini,pœnæ namq; idem ſunt accole:& finitimi incolas opinor dicere volebas. Dromo, iſtuc mi hære ignorabam Tribus fere ſtadiis ex eo loco Rheni tacentis rumor exauditur. At illud nō ignoro mi hære, in quo vt nunc Poggius, ita pleriq; Italici errant, quum apud nos nemo erret nos enim dicimus rumorem, vnde rumigeri, culus, pro vulgi ſermone de re aliqua noua,vos quoq; pro ſtrepitu, & pro fragore

De iſigniis bar.
* Ambr, deſpōſata ne temera te v̄ginitatis adureret īſania: cui grauis alius corruptelæ videret inſigne præferre.
Inſigniis bar.
q̄ plures.
Supra pōtem.
Exēplariorum.
Lucani.
Lucenſes.
Præſto.
Sibi ꝓ ei.
Eū pro ſe.
Circūuicini.
Accole.
Rumor.
Ci. Improbiſſimis rumorib⁹ diſſipatis.
Terē. i An. Meū gnatū rumor eſt amare,

qualis eſt Rheni,qui nō lōge a patria noſtra de mōtibus cadit,ſed iſte porcus quonā vocatur noīe? Parme. Poggius. Dro. Iſte inquā, ſiue Poggius, ſiue porcus non ruminat,quum rumorē miſſum ſenſum accipiat. Feneſtrelle,pplures demiſſe. Guari. An ignoras mi Poggi,ſcriptorē illum vocatū eſſe Feneſtellā a feneſtra? Cur tu r interpoſuiſti? Perplures quoq; nō dici,ſed complures iā iam admonui,etiam feneſtre nō demittūtur,ſed caniſtella,& funes per feneſtras tu autem ſignificare volebas (vt opinor) illas fuiſſe ſolo propinquas. Cōpoſita menſa, deſuper aquam natante. Guarinus, Deſuper tu dixiſſes Dromo? Dromo. Quidni mentior? aduerbiū eſt deſuper,non præpoſitio,ideo caſui non ſeruit. Guarin. Dionyſi dic aliquod e Vergilio exemplum huius dictionis deſup. Diony. Deſuper Alcides telis p̄mit. Deſuper aquā fluitantem. Guari. Iterum deſuper aquam. Diony. dictu aliud ſimile exemplum. Dionyſi. Tum ſyluis ſcena coruſcis. Deſuper,horrētiq; atrum nemus imminet vmbra. Qui eam pilam capit, potior habetur, iſq; iterum proiicit eam ad perſonā ſibi acceptiorē quum illam multi petant. Gua. Perſonā pro corpore hominis,quale eſt,mittere pilam ad perſonā,vbi legiſti? tu Dionyſi,vtrum hæc dixiſſes,potior,& acceptior.an potiſſimus,& acceptiſſimus? Diony. Nēpe per ſuperlatiuum,quia de compluribus ſermo eſt: iiſq; eiuſdē generis. Dromo, Mi hære hic adoleſcens tuus ſenex eſt,ille vero ſenex adoleſcens,& puer,ſed quidni iā diſcipulus eſſe.i.diſcere ampli⁹ nō poteſt? Par. Minus dediſcere. Nā nihil admodum didicit. Lau. An didicerit,neſcio ſi didicit,profecto iam dedidicit. Guari. Sinite reſpondere adoleſcentē. Mihi crede,abiet in ſudorem. Guari, Eſt hic quippiam vitii? Diony. Abiet pro abibit,eo eīn futurū facit ibit' nō iet. Volebam Lucretiū pro quindecim diebus. Gua. Quomodo tu hoc dixiſſes? Diony. Ad quindecim dies. Guar. Cur ita? Diony, Quia ſic diceretur pro quindecim diebus,vt pro amicis meis, quippe ea re indigentibus,at dies non indigent libro,nihil enim vnq̄ de te noui,q̄uis ſæpius inueſtigaui. Guar. Quid differūt Dionyſi veſtigo,& inueſtigo? Diony. Veſtigo quaſi per veſtigia quero,& inueſtigo veſtigādo inuenio, Ipſe habitat penes ſanctum Petrum ego prope Cincium,Guari. Tu ne Dionyſi ita dixiſſes? Diony. Quid ita dixiſſem,penes pro prope,quū præſertim abs te audiuerim penes eſſe aliquid in arbitrio,& quaſi in manu eſſe? Neq; tantum damna exiſtimanda ſunt,quantum dedecus,& ignominia Guari. Et hoc ita dixiſſes Dionyſi? Diony. Minime, ſed tanti & quanti,vt te ſemper audio loquentem. Dromo. Nunc taceo,quum audio a puero ſenē doceri. Parme. Caballe,& aſine. negabas modo hunc poſſe diſcere,nūc contra,doceri ais. Diony. Docetur quidem Poggius,ſed nō diſcit,an putas omnia,quę magiſter docet,audientes diſcere? Parme. Me vincis. Itaq; intellige me non dormire,aut te verbis paſcere,& inani pollicitatione,vt cæteri. Par. Hic ego pro Dionyſio reſpōdere debeo,hoc tale vicium eſt quale ſuperius,nominatiuus pro actō. Itaq; hūc nominatiuū accuſabo. hæc Poggi hæc cur ſic barbare loqueris,vt tibi prope barbam/Vellam? Guari. Caue vellas verbero. Habet ortum egregiū, in quo eſt fons irriguus. Gua. Poggi, fontem irriguum dicis

Feneſtrelle
Per plures
Deſuper aquam,
Perſona.
Abiet.
Pro quīdecim dieb⁹.
Veſtigo.
Inueſtigo.
Penes ſanctū Petrū.
Tantū ꝓ Tanti,
Fons irriguus.

quid appellares ortum, tu Dionyſi quid diceres? Ego ortum dicerem irriguum/quum irrigaretur a fonte: verum apud Vergiliũ legerã irriguum fontẽ in quarto Georgico. Irriguũq́ bibant violaria fonte. Guar. Hoc eſt/quod parum cautos fallit/qđ putant idem ſibi licere/quod poetis. Dicit enim idem Vergilius. Sedere carinæ omnes innocuæ, hoc eſt,

Innocuus.

ꝙ fractæ non ſunt. Itaq́ ſicut hic poſuit actiuũ pro paſſiuo (nã innocu⁹ eſt) qui non nocet, quod nũc poſitum eſt, quod nauibus a terra nocitum non eſt: ita hic paſſiuum pro actiuo. Eſt em̃ irriguũ quod irrigatur. Sed quia inculpanda auaritia ſacerdotum,

dignifico
Potiſſime
Certifico.

ĩ potiſſime apti videntur, quos illi dignificant. Certifices me iterum, ſi qui libri Petrarchę ſunt vænales inter iſtos Colluтĳ. Guar. Tu ne diceres dignificant Dionyſi? Diony. Ego ne potiſſime quidem dicerẽ, ſed potiſſimum, & dignos faciunt ſiue pro dignis habent, & certiorẽ me facias. Sed hic præſto ſcribit & ego ad vos præſto veniã. Guari. Quid hoc/ſi diceres Dionyſi. Dio. Immo & is celeriter ſcribit, & ego ad vos propere veniã. Nã quo ad animum ita exceſſit e vita, vt qui ſponte abeunt, non qũi ſponte eliciũtur. Gua. Iſtud quo ad animum/tu quomodo diceres Dionyſi? Dio. Quãtum ad animũ pertinet, nã quo pro ad/quãtum non audiui. Credo meme propediem valere, & rem me confecturum, vt ſpero Guarin. Hiccine animaduertis aliqđ Dionyſi? Dio. Quod fruſtra geminatur me. Guari. Nunquid aliđ? Diony. Quod valiturum eſt dicendum, vt confecturum. Gua. Recte ſentis. Æſtimo libros Antonĳ, niſi quid ille ſecus ſtatuit vænum iri debere. Guarinus. Quid hic animaduertis Dionyſi? Diony. Nempe ꝙ verum iri non dicitur. Gua. Cur ita? Diony. Quia nec vapulatum iri dicimus, ſed ire. Guari. Quamobrem? Diony. Quia in cęteris, quæ ambigua ſunt, ꝙ actiue & paſſiue accipi poſſunt/ ad diſtinguendum ſenſum accõmodamus infinitum hoc/vel actiuũ vel paſſiuũ: vt video te amatũ/doctum/lectũ eruditum ire vel iri. Talia em̃ ſupina ambiguæ, ſiue ancipitis ſignificationis ſunt: ad vænum vapulatum & ſi qua ſunt talia, nõ ſunt ancipitis, ſed ſemꝑ paſſiuæ ſignificationis: ideo non põt addi vtrũque, ſed alterius infinitiuũ, hoc eſt ire, nõ iri, ne duo paſſiua copulẽtur. Gua. Nunquid aliud animaduertis? Dio. Supuacaneũ etiã illud debere, ſic em̃ iſti loqui poſſent Dromo & Parmeno dñs iubet, quod debeã ire ad forum. Sacculum accepi in quo membranæ erãt vna cum finiculis, quos iã maiori ex parte amicis dedi. Par. Tu nos rep̃hendis Dionyſi, qui magiſtri, aut certe reprehenſores huius viti ſumus mi hære hoc contrarium illi vitium eſt, quod Poggius ſuperius admiſit. Nã vt tibi dixi, hoc faſciculum, pro hæc faſciculus: ita hæc econtrario, hic funiculus, pro hoc finiculum, hoc profecto eſt vitium verberib⁹, plagiſq́ dignum: non illud, quod in nobis iſte rep̃hendit. Guari. Nunquid hic aliud vides? Par. Ego non aliud. Gua. Quid tu Dionyſi? Dio. Opinor dicendum Fœniculum non funiculum. Guarinus. Recte ſentis. Nicola noſter quum eſt longus natura: tum rebus ſuis vacãdum fuit. Gua. Quid hic vos vitĳ videtis Dionyſi. Dic tu Parmeno, qui vendicas tibi facultatem Poggium reprehẽdendi. Par. Dic tu Dromo. Dro. Audiã Dionyſi, forte, quod dicit nihil eſt,

Preſto.
* Cicero. libr. iĳ. de ora. Ipſa tractatio et q̃ſtio quotidie ex ſe gignit aliquid qđ cũ deſidioſa delectatione veſtiges.
Quoad animũ ꝓ q̃tũ ad animũ ꝑtinet

Dion. Vbi ſunt hæc. Quum & tum ibi eſt ſemper idem ſuppoſitum: nunc nõ poteſt illud Nicola ſuppoſitum eſſe illius vacandum fuit, quum dicendũ ſit Nicolæ vacãdum fuit. Dro iſtud quod ais Dionyſi, nec ego curo, nec aliquis eſt, niſi ſecus harus ſentit

Quũ et tũ

Gua. Ego cum Dionyſio ſentio, ea re ipſum interrogaui. Verum in hoc malo te interrogare Dromo, quod ſequitur. Scis contentus libruncula caſtratelli Gua. Qualis hic ſermo eſſe tibi videtur? Dromo de Caſtratello loqueris? Guari. Et de iſto, & de alio dromo. Mallem te interrogare Parmenonem carnẽ caſtratenam emere ſolet, & coquere, ſic enim ſueterum vos appellatis Italici: an hoc eſt, quod me interrogas, ꝙ caſtraſtietum dixit Poggius, pro veruece? Vere eſt veruex, qui pro veruecino dixit caſtratellum. Guar. Nunquid ẽ aliud? Dromo. Librũcula non placet mihi, & neſcio quare, nã potius ego dicerem caſtracula & quã libruncula ſicut em̃ non dicimus librũculus, ita nec libruncula dici debet. Gua. Quomodo ergo pro librũculo dicis librũ paruum? Dro. Certe libellũ. gua. Si nũc de parua librã dicas, quã male librunculam dici ſentis? Dro. Ah ah, intelligo libella dicendum, ſicut de labrum labellum dĳ tibi Poggi de iſtis tuis veruecinis, ſiue caſtratinis libellis ac libris, nõ vnam libellam, ſed duas libras auferant & linguam oſtendas, quæ tam barbare loqtur. Te autem non potui conuiuari, quia domus erat incœpta. Guari. Quid eſt Dionyſi vitĳ? Dromo. Quia conuiuari deponens, eſt non inuitare alium in conuiuium, ſed in cõuiuio eſſe. Emas mihi lecticã vel nouam, vel veterem: nam in domo ſum quaſi forenſis. Guarinus. Quid hic eſt vitĳ? Dromo. Lecticã, quæ ẽ paruulus lectus, pro fulcris accipit, quæ ſunt tabulę compactæ, ſuper quas lectus ponitur. Item forenſem pro extraneo. & peregrino: ſed ita ſemper Parmeno loquitur: ideo vitium hoc non viderunt. Verum hi motus parantur. vt vnumquẽq́ tędeat conditio fortunæ ſuæ. At Guarine vitium fortaſſe iſti videbũt. Par. Ego video, peccaui, quia Dromo. Et ego video, mitte me potius Parmeno dicere. Parmeno. immo me tu poti⁹, qui prior cępi, Dromo. Non debuiſti incipere, expectare alterum fuerat modeſtius. Par. Cur ergo tu me non expectas? Dro Quia tu me prius non expectaras. gua. Quid tempus teritis, quod alter dixerit, id vtrunq́ dixiſſe exiſtimabo. tu Dromo concede coquo, pernicioſa res eſt coquũ habere inimicũ. ſaluberrimũ v͛o atque dulciſſimum habere amicũ. Dro. Recte admones hęre. Dic mihi Parmeno. Parme. Quis niſi veruex atq́ caſtratus diceret iſto modo: quid vult mi dromo ante ſe verbum tædet? dromo. Accuſatiuũ. Parme. Nunquid aliud habet? dromo. Nominatiuum. Quid poſt ſe? dromo. Genitiuum. Parmeno. Nunquid plus habet? dro. Accuſatiuum. Par. Ergo ambo hominem accuſemus. dromo. Immo verberemus: hem dormit. Parme. Pol dormit, & vt opinor, vſque dormiuit. gua. Excitate hominẽ. Par. Euigila Poggi. dro. dormit apertis oculis: ſurge Poggi Surge. Poggi. Quid me percutitis? quid me excitatis? dro. Quia apertis oculis dormis, vt lepus. Poggi. Semper ſic dormio. dro. Ita ne quum dormis oculos habes apertos, quam quis tecũ loqtur, aures habes clauſas? Poggi. Quis mecũ loquitᵉ?

Librũcula ꝓ libella

Tædeat cõditio vnũquemq́

Dro.Guarin?.Pog.vbi.is eſt?Dro.En tibi Poggi,Gua
rine.Guari.Immo tu hinc aberas Poggi.Pog.Æde=
pol nihil(ſi quid dixiſti)audiui,Gua.At vnum,audi
quod reſtat.Si volumen decadarũ tibi placeret,vbi
reperiſti decadarum? Poggi. Dicitur ſicut cicada=
rum.Gua.nõ decada dicitur,ſicut cicada,ſed decas.
Pogg.Iſtud tuum græcum eſt:hoc meum latinum,
ſed fac iſtos abire,ſi vis,vt de cæteris reſpondeam.
Gua.Iam nihil eſt, quod ampl⁹ notarit Laurentius
Pog.Notet ſi volet, ſumat alios quoſcũq; e meis li=
bros.Gu.Placet.Lau.Fiat expecta reliqua.

¶FINIS.

¶Sequitur epiſtola eiuſdem Vallæ ad Al=
phonſum regem.in qua quicquid in Bene=
dictum Morandũ recriminando dixerit/
cõtinetur.

¶Alphonſo minoris/maioriſq; Heſpe
riæ regi Laurentius Valla Salutem.

QVVM TITVM LIVI=
um quotidie Romanorum hi=
ſtoricorũ eloquentiſſimum aut
audias,aut legas emulator vte=
terum in omni genere virtutũ
velim iudices?an recte de loco
quodam ſententiã huius autho
ris,q̃ res ad regem(vt tu es)per=
tinet. Ait enĩ Liuius. Hic Lucius Tarquinius priſci
Tarquinij regis filius, nepoſve fuerit, parũ liquet,
pluribus tamen authoribus filiũ ediderim. Laurẽ.
Ego vero cõtra magis ab illorũ parte ſto, qui nepo
tem tradiderunt.Neq; hoc externis teſtibus,aut ali=
unde ſumptis rationibus,ſed ſuo authoris teſtimo=
nio,ſuaq; ipſius confeſſione, vt a ſemet diſſentire,
ac repugnantia quædã narrare videaẽ. Nã quomõ
hæc quæ nunc ex illo repetij, cũ his cõſtant, quæ añ
dicuntur,Liuius.Tũc Anci filij duo/& ſi antea ſem
per pro indigniſſimo habuerant ſe patrio regno tu
toris fraude pulſos, regnare Romæ aduenam, non
modo nõ vicinę,ſed ne Italicę quidẽ ſtirpis,tum im
penſius his indignitas creſcere, ſiue a Tarquinio q=
dem ad ſe rediret regnũ,ſed præceps inde porro ad
ſeruitia caderet,vt in eadẽ ciuitate poſt centeſimum
fere annũ,q̃ Romulus ideo prognatus deus ipſe te=
nuerit regnũ,donec in terris fuerit, id ſeru⁹ ſeruatus
poſſideat.quũ cõmune Romani nominis,tum p̃ci=
pue id domus ſuę dedecus foret,ſi Anci regis virili
ſtirpe ſalua nõ modo aduenis,ſed ſeruis etiã regnũ
Romę,pareret.Ferro igitur eã arcere contumeliã ſta
tuũt, ſed iniuriæ dolor in Tarquiniũ ipſum magis
q̃ in Seruiũ ſtimulabat.Et quia grauior vltor cędis
(ſi ſupeſſet)rex futurus erat,q̃ priuatus,tũ Seruio oc=
ciſo quẽcũq; alium generũ delegiſſet, eundẽ regni
hæredẽ facturus videbatur.Lau.Nõne hæc filiorũ
Anci regis indignatio,atq; hęc ſpes plane declarat
Tarquiniũ,in quem irati erant,ſine virili prole diſceſ=
ſurum?nã quid quæſo magis fortunæ aduerſum,q̃
regem,qui filios habeat & præſertim legitimos,ali
um quẽcũq; generum quærere, cui regnũ dum
mortuus erit,relinquat.At erunt forſitan filij infan
tes.Eſto q̃q̃ de hoc poſtea latius dicam, nõ de rege
moriente nũc loquimur,qui velit condere teſtamẽ
tum:& ſi filij infantes ſint,ipſe tamẽ ſoſpes. Sint li=
cet modo liberi nati,tamen illos pater viſurũ ſe iu=
uenes ſperat,& eorũ cauſa diutius victurũ.Nec mi=
nus ardens eſt parentũ amor in paruulos liberos,q̃
in iam adultos.Quid q̃ nõ modo generũ filijs fuiſ
ſe prelatum vult author,verũ etiã hoc genero extin=
cto,alium atq; aliũ deinceps, quem regno p̃ficeret.
Tarquiniũ fuiſſe quæſiturũ,,quod nõ modo de ho=
mine qui diu viuere & poterat,& ſperabat dicendũ
nõ fuit,ſed ne de eo quidẽ,qui iam mortẽ ſibi impẽ
dere intelligens, de regno diſponat,ne alia quarã
exempla, certe Ancus pueris liberis, ſub tutoribus
quidẽ,ſed tamẽ regnũ reliquit.Sceleratus enĩ pater
atq; execrandus,qui nõ dicã nato filio,ſed ventri nõ
relinquat hæreditatẽ,& præcipue regnũ, aut aliquã
dignationẽ,vt qui alijs dominari debebat,is patris
culpa ſibi dominantẽ alium videat,& quidẽ de nu
mero ſubiectorũ,ne dicã de periculo capitis,qđ infe
lix ille iure naturæ heres vix poteſt effugere ab ipſo
illo qui alieni patris obtinet regnũ,Dixi de patre.
quid de matre dicã?neq; enĩ Tarquinius ſuperbus
ab vllo authore ſignificatur illegitimus fuiſſe, nec
regnum ſibi poſt Seruiũ voluntate patris ſucceſſor
illegitim⁹ vẽdicaſſet.Eius igiẽ mater nihil de regno
filij laboraſſet.At quæ mulier?nẽpe ad faciendos re
ges nata,quippe cuius beneficio duo viri,alter pere
grinus,alter ancilla natus Rome regnauerunt. De
qua ita Liuius ait Liuius.Tanaquil inter tumultum
claudĩ regiã iubet,arbitros eijcit,ſimul quæ curãdo
vulneri opus ſunt,tanq̃ ſpes ſubeſſet,ſedulo compa
rat,ſimul ſi deſtituat ſpes,alia p̃ſidia molit Seruio p̃
pe accito,quũ prope exanguẽ virũ oſtendiſſet, de=
xtram tenens orat ne inultam mortem ſoceri, neu
ſocerũ inimicis ludibrio eſſe ſinat. Tuũ enim(inq̃t)
Serui regnum,nõ eorum,qui alienis manibus peſſi
mum facinus fecere.Lau.Vbi hic mentio, vel com
mendacio filiorũ?an quia vmbram Seruij multum
valiturã putabat,nõ validiorẽ fore putaſſet,ſi tutor,
atq; author regiæ ſtirpis videreẽ, adiuncta præſer=
tim ſua,id eſt matris,& reginæ authoritate,que pro
liberis,& pro ſtirpe regia laborantis ſumma eſſet
pro alieno aduerſus liberos nullã,neq; enim pp̃ſus
ex eadẽ domo ſerua q̃ regina natũ regnare malet.
Ergo regina. & quod plus eſt Tanaquil, aut tam
parum amans ſuorum,aut tam humili animo fo=
ret,vt vel nollet.vel deſperaret, & regnũ defendere
filiorum cũ ſua quoq; dignitate?Nã quæ amiſſo vi=
ro regnare patris loco filiũ videt.adhuc regina eſt,
& ego ſic ago, tanq̃ Tarquinius filius fuerit infans.
quid ſi oſtendam puerum? quid ſi adoleſcentem?
Quid ſi iuuenem fuiſſe?nõne id ſit multo incredibi
lius quod Liuius ait?quod nõ dico,quia magis con
ſultũ velint parentes iuueni filio,q̃ infanti,ſed quia
magis poſſint conſulere. Vnde hoc probo?Nimirũ
per id,quod paulopoſt ſequitur.Liui.Itaq; per alis
quot dies quum iam expiraſſet Tarquinius, dilata
morte per ſpem alienæ fugiendæ vicis,ſuas opes fir
mauit. Tũ demum palam facto/& cõploratione in
regia orta.Seruius præſidio firmo munitus primus
in iuſſu populi voluntate patrum regnauit. Anci
liberi iam tum quum comprehenſis ſceleris mini=
ſtris vt viuere regem/& tanta eſſe opes Seruij nun=
ciatum eſt,Sueſſam Pometiam exulatũ ierant, nec

in publicis magis conſilijs Seruius,  priuatis munire opes,& ne equalis Anci liberorũ animus aduerſus Tarquinium fuerat,talis aduerſus ſe Tarquinij liberum eſſe,duas filias iuuenibus regijs Lucio,atq; arunti Tarquinijs iungit. Lauren. Hoc non eſt inter initia regni Seruiani, ſed prope nihil prius factum fuiſſe narratur,ne quis dicat,non ſtatĩ rege patre filias. Seruĩ,nupſiſſe Tarquinijs,ſed potius circa mortem,nam primum ex hoc peruerſitas coargueretur hiſtoriæ, quæ res geſtas præpoſtere narraret, qđ in hiſtorico nõ mediocre peccatum eſt,niſi quũ id aliqua ratione facit. Deinde fuiſſe diu Seruio generos probat illud,  aliquanto poſt forte ita inciderat,ne duo violenta ingenia matrimonio iũgerentur, fortuna credo populi Romani,  diuturnius Seruij regnũ eẽt,cõſtituiq; ciuitatis mores poſſet. Ergo poſt contractũ matrimoniũ diuturnũ fuit Seruij regnũ, & conſtituti ſunt mores ciuitatis. Quidni ſtatim inter initia Seruiani regni (vt ab authore narratur) nuptæ ſunt Tulliæ Tarquinijs, & quidẽ iuuenibus, vt iuuenes nuncupantur,qđ quũ ita ſit:quid abſurdius  velle in his nullã nec parẽtibus,ſpem nec inimicis fuiſſe formidinẽ,cur eos pater delecto in ſucceſſorẽ genero præteriſſet,quũ neq; impij, neq; mẽte capti, neq; perdita valitudine,neq; illegitimi (ſi quid hoc ad paternũ amorẽ facit)eſſent? Cur mater defuncto viro diffiſa foret paternũ ſe filijs regnum defenſuram?nam de materna pietate dubitare improbum eſt. Cur duos fratres iuuenes regis filios, & quales modo deſcripſi,inimici contẽnẽdos putaſſent? Cur poſtremo ipſi iuuenes,vernam patris in paterno regno anteponi ſibi toleraſſent,quos etiã patre viuente,& præcipue maiorẽ natu incredibile eſt regnare cœpiſſe:& certa a patre commiſſa munia obijſſe? Et hæc quidẽ repugnãtia naturæ ſunt illud vero ipſi author,  qui,nõ circa initia regni ſoceri iuuenis appellatur,is circa eius obitũ,qui quatuor &.xl. regnauit annos iuuenis permanet,atq; adeo adoleſcẽs nominaẽ. Dicit enĩ Li. Si ſibi cũ quo digna eſſet:dij dediſſent virũ,domi ſe ꝓpediẽ regnũ viſurã fuiſſe, qđ apud patrẽ viderat,celeriter adoleſcentẽ temeritatis ſuæ impleuit,pauloq; poſt. Quid te regiũ iuuenẽ cõſpici ſinis:fac,eſſe hinc. Tarquinios,aut Corinthum deuoluere,retro ad ſtirpem,fratri ſimilior,  patri. Lau. His,atq; alijs increpando iuuenem inſtigat,niſi quis dicat?non quum occidit ſocerum fuiſſe iuuenem:ſed quum occidere perſuaſus eſt. Ita puto,dum decreuit facere maleficium adoleſcens eſt, dũ illud, perpetrat,ſenex eſt,nã certe ſexagenarius erat, quũ præſertim vt ſceleratiſſimum, ita facillimũ factu id facinus eſſet,cuius inter propoſitum,& perpetrationem vnum intereſſe annum etiam multum eſt, & alioqui ex ſerie rerum,atq; ipſius authoris colligitur verbis,hæc infanda Tulliæ iſtigatio non niſi extremo tempore vitæ Seruij fuit (eius furoris cauſam, quia non recte author omiſit) poſtea reddam. ¶ Neq; hanc increpaſſe maritũ videmus,  differret perpetrare,quod conſtituerat,ſed tantum,  hunc animum non haberet,videlicet poſtq̃ ab illa animatus eſt quæ nequaquam eum differendum putaſſe. ¶ Quare non intelligo,quomodo poſt tot Seruiani regni annos / ſit etiam ſi non iuuenis paternæ mortis tempore,ſed puer / aut infans extitiſſe,aut ſi nunc iouenis erat,vt eam author vocat , & ego aſſentior,in alia conſentiunt argumenta: nimirum fieri non poterat: vt ex Tarquinio priſco tot ante annis iam mortuo,ſit genitus : maxme cũ non ſit poſtremus liberorũ, & habeat ſaltem. Aruntem natu minorẽ. Atque hoc quidẽ argumentũ a perſona patris ducitur. Vehementius autẽ erit a perſona matris,quã demonſtrabo prouectiore fuiſſe ætate,quã vt Tarquiniorum mater fuiſſet. Scribit enĩ Liuius, Anco regnante Lucumo vir impiger & diuitijs potens Romã cõmigrauit:cupidinem maxime ac ſpe magni honoris. Cuius adipiſcendi Tarquinijs (nam ibi quoque peregrina ſtirpe oriundus erat) facultas non fuerat Demarathi Corinthij filius erat,qui ob ſeditionẽ domo profugus/quũ Tarquinijs forte conſediſſet,vxore ibi ducta/duos filios genuit:nomina his Lucumo/ atque Aruns , fuerunt. Lucumo ſuperfuit patri bonorũ omnium hæres, Aruns prior quã pater moritur,vxore grauida relicta:nec diu manet ſuperſtes filio pater:qui quum ignorans nurum ventrẽ ferre: atque memor in teſtando nepotes deceſſiſſe, puero poſt aui mortem in nullã ſortem bonorũ nato,ab inopia Egerũ inditũ nomen eſt Lucumoni contra omnium hæredi bonorũ/quũ diuitiæ iam animos facerent,auxit,ducta in matrimoniũ Tanaquil ſummo loco nata eſt & quæ haud facile ijs/in quibus nata erat/humiliora ſineret. Ea quũ illi nupſiſſet,& ſpernentibus Hetruſcis Lucumonẽ exulem aduenã,ferre indignitatẽ non potuit:oblitaque ingenitæ erga patriã charitatis dũmodo virũ honorandũ videret,conſilium migrandi a Tarquinijs cepit. Roma eſt ad id potiſſimũ viſa. Paulo poſt vbi dixit Aquilã mariti cum vxore in carpento ſedentis pileũ abſtuliſſe,rurſusq; repoſuiſſe ſubiungit. Accepiſſe id augurium læta dicitur Tanaquil perita (vt vulgo Hetruſci) cœleſtium prodigiorũ mulier excelſa,& alta ſperare cõplexa virũ iubet. Eam alitẽ ea regione cœli, & eius dei nuntiã eẽ veniſſe circa ſummũ culmen hominis auſpiciũ feciſſe,leuaſſe humano ſuppoſitũ capiti decus vt diuinitus eidem redderet. Has ſpes cogitationeſque ſecũ portantes vrbẽ ingreſſi ſunt:domicilioq; ibi cõparato Lucumõi Tarquiniũ priſcũ ædidere nomenꝫ. Lauren. Interrogo nunc/quot annos hãc fœminã,tunc volumus impleſſe, quũ nupſit:certe ſedecim, decẽ/& ſeptẽ,aut duodeuiginti:ſiquidẽ author vocat mulierem,hoc eſt,(quantum interptor) vltra puellares annos,eidem prudentiã,eidem ſublimitatem animi tribuens,quæ ſunt magis matronalis,  puellaris ætatis. Quot porro addemus annos, donec Romam demigrauit? neque enim ſtatĩ nupta e patria ſibi demigrandũ putaſſet:neque mulier nobilis ita æquo animo domũ reliquiſſet:neq; indignatio in ſuos ciues intra per breue tempus cõtrahi poterat:non enĩ iniuria aliqua,aut intoleranda ignominia hoiem mouebat:ſed  ſpnerent,neq; hoc pter ſolitũ: qppe quũ ſemp talis fuiſſet,& nihilominus ſi ab ea ciuitate,vbi natus ex matre eius erat tñ vt aduena faſtidiebat:nõne id multo magis erat extimeſcendũ in eo pplo/cũ quo nihil ſibi cõe eſſet neq; laurũ ſane patrimoniũ cũ emũdis in externa vrbe bonis facile cõmutaſſet. Dũ itaque dat aliqđ more hoim nouis nuptijs tps,dũ ſpant q̃tidie me

lioꝛa,vt fieri ſolet a ciuibus ſuis,dũ an Romã migrã
dũ ſit,cõſultant,dũ domos,prædia, facultates, quæ
trãſportari nequeunt,vẽditant,neqꝫ id per feſtinãtiã,
ne vilius vẽdant,dũ poſtremo profectionẽ tẽpeſta=
tiuam,& honeſtã apparent,dicamus hanc mulierẽ
ad annũ vigeſimum perueniſſe.Certe glos eius iam
mater erat,quæ quum eſſet minoris fratris vxor(vt
mea fert opinio)poſterior q̃ Tanaquil nupſit, non
enim video,cur viuo patre minor filius vxorẽ duce
ret,maior nõ duceret,licet tacite author aliud ſigni=
ficare videatᷣ.Ego tamẽ nõ reor Lucumoni omniũ
honorum hęredi auxiſſe animos,nobilẽ vxorẽ,nam
id parum profuit.ſed iam vxorem habenti ſolidam
hæreditatem.Ita vero hoc ipſum, ꝙ hæc mulier eſt
author viro Romam migrandi,ꝙ tam perita conie
ctandi auguria, non ob id ſolum,ꝙ Hetruſca eſſet
(nam & maritus erat Hetruſcus) licet ꝙ longum
vſum haberet,ꝙ ei maritus ipſe homo in primis
prudens,& impiger in omnibus fere cõſiliis auſcul
tat,nonne viginti,ſaltem natam annos fuiſſe teſta=
tur, quũ Romã intrauit?Quid autẽ Romæ, quot an
nos priuati degerunt?quis neget plures,q̃ poſt con=
tractum matrimoniũ collegimus?Etenim homini
aduenæ dicẽda erat lingua Romana,ne ſemper ad
uena putaretur,& qđ expertus erat,faſtidiretur per
cipiendi mores,obeunda munera publica,in tantã
regis penetrandum familiaritatẽ,vt ab ipſo rege tu
tor filiis relinqueretur, deinde in talem conditionẽ,
ſtatum,famã perueniendum,vt ſaluis regis liberis,
ac prope puberibus,digniſſimus regno præter Ro=
manos om̃es iudicaretur. ¶Quod apertiſſime ipſa
authoris verba confitentur,dicentis. Liuius.Sed ex
quo ſui potens fuerit.Romam cum coniuge,& for=
tunis omnibus commigraſſe,maiorem partem ęta
tis,qua ciuilibus officiis funguntur homines Romę
q̃ ſe in patria vixiſſe,domi militiæqꝫ ſubaudi penitẽ,
do magiſtro ipſo Anco rege Romana ſe iura. Ro=
manos ritus dediciſſe, obſequio,& obſeruantia in
regem cum cæteris,benignitate erga alios cum re=
ge ipſo certaſſe.Laurentius.Omne tempus hoc de=
mus fuiſſe annos decem,vt triginta annos nata fue
rit,quum vir eius creatus eſt rex,quum idem moritᷣ.
(Nam duodequadraginta in regno fuit)annũ age
ret duodeſeptuageſimum, vt circiter viginti, iam
parere deſierit.Ex quo neceſſe eſt Luciũ,qui poſtea
ſuperbus appellatus eſt, vicennarium fuiſſe, quum
patrem amiſit. Neqꝫ vero hoc loco quorũdam opi
nioni reſpondendum eſt,qui illam cenſent proſpe=
riorem corporeum valitudinem, ac viuaciorẽ fuiſ=
ſe,q̃ noſtra ætate,quum ſciamus perque illos parũ
vixiſſe,ac nos viuimus, ab eiſdem a quibus nos an=
nis initium ſenectutis deſignaſſe, vt quum ex aliis
libris, tum vero ex Liuio ipſo datur intelligi, apud
quos neſcio, an aliquam niſi miraculi loco reppere
rim: quum annum quinquageſimum exceſſiſſet,
partum edidiſſe. Tamen in hac muliere tribuere vo
lo non ante deſuiſſe parere q̃ annum quinquageſi=
mum ageret. ¶Concepit igitur vnde quinquageſi=
mo anno Aruntem.Lucium vero quid poſſum di=
cere minus duodequinquageſimo,niſi vt omnia in
Auguſtũ coarctemus, dicat quis,vtrũqꝫ eodem par
tu quinquagenaria edium, quaſi vero credibile ſit,
vt quę per ſenilem ætatem cõcipere vix iã poſſet,ea
cõceperit geminos. Dicamus itaqꝫ maiorem fuiſſe
Luciũ fere Arunte vno ſaltem anno conceptũ ma=
tre duodequinquageſimũ annũ nõ tranſgreſſa,qui
paternæ mortis tẽpore(quẽadmodũ oſtendi)ſi pro
pe vicenarius erat,qua ratiõe plus quadraginta ab
obitu patris annis adoleſcens,vt iuuenis erit?aut ſi
iuuenis,aduleſcenſqꝫ erit,quo pacto filius eſſe pote=
rit reginæ,quę plus ſexaginta annis ante Seruii mor
tem concipere deſierat?atqꝫ vt aliam quoqꝫ adiicia=
mus repugnãtiam,filius ne Tanaquil erit, & ſi nõ
minimus liberoꝝ,qui poſtq̃ mater parere ceſſauit,
centũ fere annis in acie cũ dictatore Romano cõfli
xit ſingulari certamine,ita enĩ author tradit,ĩ poſt=
humum prima in acie ſuos hortantẽ,inſtruentemqꝫ
Tarquinus ſuperbus,q̃q̃ iã ætate,& viribus erat gra
uior,equũ infeſtus admiſit,ictuſqꝫ a latere concurſu
ſuoꝝ receptus in tutum eſt.Siquidem hic decimo q̃
e regno expulſus eſt anno, geſta ſunt,aut etiam tar=
dius,quũ ipſe.v.&.xl.regnaſſet. At qui inauditũ eſt
apđ Romanos cẽtenariũ hominẽ,ac ne nonagena
num quidem,aut octogenarium ſingulari certami
ne in aciem, & præcipue cum iuuene cõcurriſſe. Et
ſi quis contentioſe de numero a me collecto detra=
hendum putat,ſcire volo,quantum putes detrahen
dum An minorẽ dicet Tanaquil fuiſſe, quũ nupſit
ea(quã dixi)ætate.Ad hunc pudebit minorẽ illã fa=
cere quindecim annis.An poſt cõtractũ matrimo=
niũ nimiũ tẽporis eſſe quadriẽniũ,triẽniũ ve priuſq̃
Romam migratũ eſt?at vnũ interceſſiſſe annũ non
denegabit. An decẽne diuturnius iuſto ſpatiũ, quo
ſub rege Anco Romæ manſum eſt At quadrienne
ſaltẽ concedere cogetur, ita ex hac ſubdiuidue palã
erit,Priſco moriente decẽ( Vt parciſſime dicamus)
annos natũ Superbũ fuiſſe, quæ quũ ita ſint, hunc
non pater ſucceſſorẽ regni deſtinaſſet, hunc inimici
non timuiſſent,ne patri ſuccederent, hunc columen
ac decus mulierũ mater,& cuius regnũ pater nõ in
patris demortui ſede collocaſſet?hunc Seruius ſer=
ua natus,atqꝫ hæredis verna,vel libertus non ſibi an
tepoſuiſſet?hunc populus, qui patrẽ eius, & priua=
tũ,& aduenã eſſe regẽ iuſſiſſet nõ & ipſi adiutricẽ
reginam regẽ creaſſet?hunc,quiſq̃ quũ pluſq̃ quin=
quagenarius eſt,adoleſcentẽ,aut iuuenẽ vocet. Hũc
ferme nonagenarium aduerſum hoſtẽ credamus
in feſto telo equum admiſiſſe, huius deniqꝫ ſororẽ
hoc eſt ex Tanaquil genitam concedamus matrẽ
Bruti fuiſſe, quem in exigendis regibus iuuenem
Liuius vocat,& equalẽ conſobrinorum, hæc ſi mi=
nor Lucio fratre fuit,angebimus puerilles illius an
nos ante mortem patris,ſin maior,en incredibilius
mulierem octogenariam,ne dicã plus quã nonage
narium eſſe iuuenis matrem,quæ omnia ſi permul
tum a fide abhorrẽt, confitendum eſt Tarquiniũ ſu
perbũ cũ frater nõ fuiſſe Tarquinii priſci filios, nec
eorum ſororem, eandemqꝫ Bruti matrẽ filiam, ſed
nepotes neptemqꝫ,ſicut Ancus Numę,ſicut Tullius
Hoſtilius Romuleique nepos fuit,nõ filius vt enĩ
Ancus a Numa.Tullius a Romul tertius fuit,ſic Su
perbus a Priſco,aut quaſi nepotes,aut quaſi neptẽs
cur ita, quia neqꝫ filium quẽpiam fuiſſe Priſco nar=
ratur, duntaxat ab hoc authore, nam apud alios
quoſdam [illegible] enio fuiſſe, qui aduleſcẽs ob ſtrenuita=
tem mili[illegible] bulla,& prætexta a patre donatus eſt

& filiis ante patrẽ deceſſiſſet ſuſcepta prole ac ſuperſtite profecto auus & auia conſultum nepotibꝰ naturæ lege voluiſſent. Neque ſi nepotes ex filia fuiſſent, video cur Tarquinij vocarentur. Et hac vt ſuſpicari libet Titus Liuius vir prudentiſſimus ratione, adductus eſt, vt hos eſſe nepotes Priſci Tarquinij vellet. Qua in ſententia ſibi ego aſſipulor: ideoq; dixi, quaſi nepotes, quntq; nati a patre, Tarquinio, hoc eſt Egerio. Nã ſicut ipſe Lucumo, qđ ab vrbe Tarquinijs veniſſet. Tarquiniꝰ dictus, ita Egerio ob eandẽ cauſam idẽ nomen inditũ eſt, ꝙ ſi Collatino huius filio (vt inquit author) hoc nomen fuit neceſſe eſt vt idẽ fuerit & patri: ac quum erit (inquies) Superbius Egerio natus (qui fuit Collatini pater) quũ Collatinus ipſe frater Superbi nõ fuerit, ſed Aruns. Ne hoc quidẽ videtur mihi Titus Liuius rite tradidiſſe quis em̃ credat Collatinũ filiorum Superbi, qui iuuenes erant, æqualẽ prout & ab authore memoratur: nã ſic inquit. Quin ſi vigor iuuentæ ineſt, conſcẽdimus equos, inuiſimuſq; præſentes noſtrarũ ingenia patrẽ habere centum, & viginti egreſſum annos, aut vt minimũ, dicamus pauculis annis minorem. Tot em̃ ſunt (aut fere tot) ab ortu Egerij, adeo Superbus ipſe fuiſſe nepos potius ꝗ filius mihi videtur Eugerij: nedũ hic tanto minor natu potuerit eſſe filius. Probabilius itaque fuerit Superbum qui parens eſſe poterat Collatini, vt coniectura ducor, patruus erat: licet aliqui quorum eſt Plin. (auunculum tradant) fratrẽque Aruntem qui nomen auitũ videtur retuliſſe a patre impoſitum. Ab Egerio taxiſſe ortũ, vel patre, vel (quod magis arbitror) auo ex quo illud iam ſua ſponte apparet, non timoris cauſa generos Tarquinios a Seruio rege aſcitos, ne paternum regnum exemplo filiorum Anci repeterent: nam eos potius tollendos curaſſet, quum nullum ius Egerianæ ſtirpi ad regnum eſſet: ſic quũ ipſe iam ſenior aut nullos filios ſuſtuliſſet, aut ſi obierant, nullos poſthac tollere ſperaret: opinor nec nobiliores iuuenes inueniſſe, quibus filias collocaret, & æquum cenſuiſſe in eãdem Tarquiniorũ familiã potiſſimũ referre regnum: vnde illud accepiſſet, eo quidem libentius ſi filiæ ſuæ matre Tarquinia, & cuius gratia regnum fuerat adeptus, genitæ erant. In quo illud quoque abſurdũ, ſi Liuium audire vellemus: ſequetur, vt quod apud Romanos mores inſuetũ eſt, illæ regis filiæ fratribus nupſerint matris: nunc autẽ cognatis non auunculis, quia filiæ regis non erant in matrimoniũ datæ. Hic tu quæres, ſi ita eſt: quid ergo ſi Tarquinius ſuperbus regnũ velut hæreditatẽ repopoſcit? Poterã dicere ꝙ putabat ſibi deberi, vt nepoti, pronepoti, vt fratris Priſci Tarquinij vt filio nepoti: vt Egerij, quod ei patruus, cui propter ius gentium patrimonium intercepiſſet: ignominioſumq; nomen immiſiſſet regnum per manꝰ tradere, aut debebat, aut deſtinabat: quum virilem ſtirpem non haberet, quẽ pro charo habuiſſe illud eſt argumentũ, quod Liuius ait. Et forſan hic in regnũ patruo ſucceſſiſſet, niſi Tanaquil pro genero in contrarium fuiſſet annixa: poteram etiã alia dicere, ſed me ad ſe maxime vocant verba authoris, qui non ſua ſponte Tarquinium, & ſi vir erat violentius (ac ferox) ad maleficium acceſſiſſe ſignificat, velut agnoſcentẽ ad ſe non pertinere regnũ ſed vxoris conſilijs inductũ, vt ſuperius vidimus: & ex his quoque verbis, ſed initiũ turbandi omnia a fœmina ortum eſt quæ virum tanquam mare ſuapte natura quietũ: procelloſis quibuſdã ventis furoris agitauit, vt regnum affectaret: vt illud per ſanguinem, per mortem, per parricidium peteret: (& quo res ſit indignior) per parricidiũ ſenis cuiꝰ mortem expectare, id quo a Romanis Hannibal exprobrauit longum cenſerent, quod ſcelus quum in genere, qui fuit perſuaſus, abominandum eſt: tum vero in filia perſuadente deteſtabilius. At hoc ipm fidem non habet talia in patrem filiam fuiſſe auſã, a quo nec aliquid eſſet offenſa et regnum iure optimo & quidem propediẽ ſperare: interim ſatis habens felicitatis ꝙ & filia regis erat & futura regia quũ vnica eſſet ꝓles patri, ac ſemp futura vnica ꝓpter paternã ſenectutẽ. Reddã quã ſuperiꝰ me rediturũ ꝓmiſerã cauſam, ꝗ vt improba: ita vehemens fuit & filiæ cũ genero cõmunis. Timuit hæc ſceleriſſima fœminarum ſuperbos, & pluſquam regios, immo tyrannicos, ſpiritus habens: ne regni ſucceſſione quod ſuũ fore credebat, naturali iure, fraudaretur regno in rẽpu. cõmutato, quod facturꝰ ipſe videbatur, vt Liuiꝰ ait, id ipm tã mite ac moderatũ imperiũ: tñ quia vnꝰ eſſet, deponere eũ in animo habuiſſe quidã authores ſunt, cũ ſcelus inteſtinũ liberãdæ patriæ cõſilia agitãti interueniſſent. Et iterũ poſt ea in calce lib. Liui. Duo conſules in comitijs Cẽturiatis a ꝓfecto vrbis ex commẽtarijs Seruij Tullij creati ſunt hanc cõtumeliã, iniuriãq; non ferẽs filia, vt quæ patre, auoq; rege ꝓgenita: & ſi ratio pignorũ haberetur, regni hæres erat, ea ad priuatũ cõemq; cæteris ſtatũ deſcẽderet maritꝰ q & ipſe ſpe regni exuebatur ad occupãdũ regnũ inſtigauit, & impulit ad mortẽ patris: & (qđ credere libet) priꝰ ad mortẽ ſororis, & priſtini viri: quibꝰ ſaluis, vtpote lãguentibus ingenijs regnũ paternũ obtineri non poterat ait em̃ Liuius. Angebatur ferox Tullia nihil materiæ in viro neq; ad cupiditatẽ, neq; ad audaciã eẽt: tota in alterum conuerſa Tarquiniũ: eũ mirari, eũ virum dicere: ac regio ſanguine ortũ: ſpernere ſororẽ: ꝙ virum nacta. muliebri ceſſaret audacia: ſtatimq; poſt. Nullis verborũ contumelijs parcere de viro: ad fratrem: de ſororẽ ad virum: & ſe rectius viduã: illum celibem futurum fuiſſe cõtendere: ꝗ cũ impari iungi: vt elangueſcẽdũ aliena ignauia eſſet. Lau. Nã quid attinebat incuſare virum: ꝙ parum virili animo incuſare: ſororem: ꝙ ignaua eſſet: non video aliud niſi ꝙ hic ſocrum: illa patrem non occideret: atqui hoc ſceleratiſſimum eſt: ſceleratiſſimum quidem: ſed tamen ſceleris merces: vt quod ereptũ iri ſibi nõ videbãt: regnũ inuaderent: ſed ita nihil incredibilius erit. Quis enim credat hanc velle: atq; ideo hortari germanam trucidare cõmunem patrem: vt illa potiatẽ hereditate: illa in quã cuius vitã (vt exitꝰ docuit) minoris faciebat ꝗ nõ modo coniuncte: ſed etiã ancille. Alia ergo fuit cã: ꝗ clamor ſororis: quæ nulla alia eſſe potuit: niſi ne paternũ regnum p iniquitatẽ pr̃is liberis preripere͂t: ideoq; ſororem increpabat ꝙ maior natu nihil de regno laboraret. Ideo maiorẽ fratrũ ad hanc ſpem: ſed non ſine ſuo morbo erexit: recteq; ſubiungit. Si ſibi eũ: quo digna eẽt: dij dediſſent virũ: domi ſe propediem regnũ viſurã

fuiſſe,quod apud patrem viderat.De qua nulla hic
& ad extremũ(nam finẽ facere iamvolo)dicere ha
beo,non fuiſſe authori faciendum,vt quam matrẽ
iuuenem vocabat circa tempora violatæ Lucretiæ,
eandem dicere nurum eſſe Tarquinĳ priſci ac Ta=
naquil:quæ iam nonaginta fere annos liberos non
genuerat.Hęc ſunt optime rex,cur Tito,Liuio non
accedam,Tarquinium priſcum patrem fuiſſe Tar
quinĳ ſuperbi: nec eum poſteritatem vocaturam
priſcum fuiſſe arbitror,ſi pater huius extitiſſet. Pri=
ſcum enim dicimus, non qui patrum,ſed qui auo=
uorum,aut proauorũ memoria fuit:& hoc nomen
illi non a ſui temporis hominibus(vt author dice=
re videtur)ſed a poſteriori ſeculo inditum, vt priſci
latini,aut cætera huiuſmodi in quibus tu,quem po=
tiſſimum in hac quæſtione mihi deligendũ putaui
Peroratio iudicem ſi mecum ſenties, qualibet breui epiſtola
Priſcus reſpondebis ꝙ ſi diſſenties longiore,vt ratiões me
as tuis melioribus refellas. Vides vt tibi tacite blã
dior,quaſi ſuadeant,ne laborem ſubeas me refellẽ
di,vt mihi aſſentiaris.Verũ abſit hoc ab vtroq; no=
ſtrum.Nã neque meum eſt falſo quempiam velle
accuſatione damnare neque tuum,aut labori cęde
re:cuius ſemper victor extitiſti,aut clariſſimos vi=
ros(quorũ inter primos eſt Liuiꝰ) quoties falſo ac
cuſantur,pati deſertos.Vale Neapol. .xvi. calẽdas
Maias.

¶Explicita eſt Epiſtola Laurentĳ
Vallæ ad Alphonſum regem.

¶Appendix Io.Vatelli de omiſſis olim in hoc ope
vocabulis,clauſulis,ſententĳs:ac præſertim de capi
tulo ficus,quod truncatum nunc legitur.

DVM CASTIGA
remus hoc Lauren=
tĳ Vallæ opus,velle
muſque ad vetuſtiſſi
mũ exemplar fideli
ter reponere:qđ no=
bis Petrus Daneſius
cõicauerat:vir vt la=
tine & græce doctus
ita antiquorum dili
gẽs obſeruator: cuiꝰ
& opera nõ modica
in hoc quoque repurgando vſi ſumus a voluntate,
& liberali inſtituto reuocauerũt partim librariorũ
negligentia quibus cudebatur:partĩ impſſorꝫ feſti
natio.Subducentes itaq; noſtrũ hoc ſiue ſtudiũ,ſiue
propoſitũ,atq; protrahentes in aliquod tẽpus quod
breue erit errorũ quoſdã locos/qui leuiores/& ſine
offenſione notari poſſe videbantur/emendare ſtu=
duimus/inferendo interdũ/quę ſubtracta male/aut
omiſſa erant:nihil de his auferendo q̃ deprauato
ab hinc.xx.ãnos codice adiecta ſunt.Nõ auſim prę
ſtare ex ĩpe nos cenſores in re præſertim difficili,vt=
pote,in qua de linguæ latinæ cenſura,atq; ĩtegritate
agiẽ,Ne tñ interea lector huius nouæ æditiõis expe
ctata recognitione,ac lima fraudaretur,& nos præ
ter obſeruationem orthographiæ: ac punctorum,
quæ in vniuerſo ope deſyderabantur tumultuariũ
hanc Appendicem adiecimus de omiſſis impreſ=
Omiſſa ſis paulo ãte exẽplaribus:interdũ vocabulis ĩterdũ
clauſulis,interdũ etiã ſentẽtĳs,ac præſertim de capi=
tulo ficus. Verũ vt a primo cap. qđ eſt de ablatiuis
in abus exordiũ auſpicemur,vbi diciẽ. Cicero tamẽ
ad vxorẽ & familiã ſcribẽs,legendũ eſt filiã, vt con=
ſtet qđ de animis author dicit. Capite ſecundo poſt
vocabulũ ſecatio,omiſſa hæc ſunt. Horũ participia
diſſimilia ſunt.Nã ea quæ ſunt pteriti tẽporis,exeũt
in itus,quæ vero futuri,in aturus,vt vetitus,vetaturꝰ, Locus mu
præſtitus præſtaturus.Vnde Lucanus.Præſtatura fi= nitus.
des ſuperũ,domitus,domaturus,& ita in cæteris.La Ficus.
uo,& cætera.Habet quoq; exẽplar vetus in fine eiuſ
dem capituli poſt vocabulũ domitios. Et ſector,qui
ſignificat eũ accuſatorẽ,q ex dãnatione accuſati, di=
midiũ bonorꝫ expectat illius,aut certe aliquã partẽ
Nũc aliter ſic legiẽ. Et ſector q ſignificat vẽditorem Arguebaẽ
&c.Quartũ aũt capitulũ qđ deficit eſt,ſic trũcatũ in Martialis,
uenimus.Nã ſtatim poſt illud genere aũt differre,in ꝙ declina=
antiquo exẽplari ita legiẽ.Ego vero reperio ancipitẽ tiõe abute
apud Martialẽ ſcripturã,& frequẽtius ſic vt ipſe pu= retur.
to ſcribẽdũ.Cũ dixi ficos,rides,quaſi barbara verba
Et dici ficus Cæciliane iubes.Dicemꝰ ficꝰ, quas ſcimꝰ
in arbore naſci.Dicemꝰ ficos Cæciliane tuos.An ơia,
tur ille riſiſſet Martialẽ,ꝙ diceret ficus, an nõ reperiẽ
ficus ſaltẽ pro arbore,atq; etiã ꝓ fructu in nũero ſin=
gulari.Nõ hoc ille ridebat.Quid ergo?ꝙ gñe abute
reẽ.Ne hoc qdẽ.Quippe cũ dicit ficus,quo gñe vtar,
nemo intelligit. Certe ridebat,ꝙ alia declinatione
vteretẽ,q̃ ea q̃ debebat,vt ex ſecũdo verſu,in quo mu
tata eſt declinatio,apparet. Qđ ſi igiẽ Cæcilianus de
declinatiõe agebat,nõ de genere, debuerat Martia
lis ad declinationẽ,nõ ad genus reſpõdere,vt eſt pu
tãdũ atq; adeo neceſſe eſt,eũ reſpondiſſe.Siquidẽ(vt
oſtẽdi)ille reprehẽderat ꝙ hic ficos diceret, no ficus.
Quæ reprehẽſio ſi vera eſt,vt Priſciano videẽ, q vult
ficus magis eſſe quartæ,q̃ tãdẽ modeſtia poete fuiſ=
ſet eũ q recte admonebat, tã execrabili(etiã ſi vero)
crimine inceſſere?Ergo cõiunxit accuſationẽ impe=
ritiæ cũ accuſatione flagitĳ per iocũ,& dicacitatẽ,vt
moris ſui eſt,ꝙ ille adeo ſtolidus, nõ ſolũ neq̃ eſſet,
vt negaret,ficos reperiri,quos ſecũ ſemper,& cũ do
lore geſtaret,qđ minime mirũ eſt reperiri.Cũ ꝓ fru
ctu(ad cuius ſimilitudinẽ morbus appellatus eſt)in
ſecũda declinatione,&(vt opinor)in genere maſcu=
lino,non mõ apud poetas ſed apud oratores quoq;
approbatiſſimos reperiaẽ,vt Hora.Pinguibus,&c. additio no
Pro quibus authoris verbis ſubdititia,ac notha hæc tha & con
(quantũ autumo)nũc leguntẽ.Ego magis ſentio de traria lau.
generis differẽtia ſentire Martialẽ. Ideoq; aliter hos
verſus ſcribẽdos,teſte etiã Elẽchorꝫ Ariſtotelis inter
prete,cũ inquit.Quẽadmodũ Cæcilianus dicit,ſi ficꝰ
ſit ſecũdæ declinationis.Nã qui,dicit ficus maturas,
ſolecifmũ quidẽ facit ſecundum illum,non videtur
antẽ pluribus,qui vero ficos,ſecundũ plures quidẽ
videtur,ſed non facit.Nam quis credat Martialem,
negare ficum pro fructu dici in ſecunda declinatio=
ne?qđ nõ modo apud poetas,ſed apđ oratores quo=
q; approbatiſſimos &c. Putat Chriſtophorus Sco=
baris,qui expoſitionem parauit in hoc capitulum, Non vallã
vtrãq; lectionẽ poſſe eſſe authoris.& ſi pugnans ꝓ= intellexit
pe,vt eſt,cõtrariaq; videatur.Huius verba poſt mul Scobaris.
ta alia quæ facit de re ipſa, hæc ſunt. Suſpicandum
enim eſt(inquit)Vallam hãc expoſitionem quam
aduerſarius narrat aliquãdo induxiſſe, ſed antea q̃

cum interpretis verbis eſſet Valla cōgreſſus. Nam hac aduerſariſ expoſitione æque Valla priſcianum refellere potuit,atq; ille interpretis.Sed quia interp̄tis ratione Valla ſentiret p̄cedere per locum ab au thoritate: quo in latine lo cos nullus maior eſt, atq; hinc ſecundam rationem cognoſceret,Valla per lo cum a ſimilitudine cōſtare,cuius exigua virtus eſt,il lā Valla complexus eſt,hanc alterā reſpuendā du xit,& horum omnium argumentum eſt ingens,ꝙ vbi interpretis verba leguntur epigrāma eſt.Cū di xi ficus &c.Vbi vero interpretis verba nō ſunt hæc verba leguntur.Ante omnia,cur ille tulerit Martia lem &c. Hæc ille. Videntur autem duæ hæ lectio nes pugnare, aduerſariū, vt ille loquitur, & in terpretis.Nempe ſcdm Boetium, Ariſtotelis inter pretem Cęcilianus,qui ficus maturas non recte dici putabat, cum eſſet ſecundum illum ſoloeciſmus fi cus in quarta declinatione reperiri poſſe negabat ſi ue pro arbore,ſiue p̄ fructu, ridebatq; Mar. qui nō eſſet ſecunda declinatione vſus,qđ eſt priori lectioni contrariū.Priſcianū poſterioris huius lectionis aſſer torem,vel verius opificem, Sipōtinus & Domitius Calderinus imitantur,nam verſum illum.Dicemus ficus Cęcilane tuos,ſcribi ita debere confirmāt, vt fi cus quartę declinationis accuſatiuus ſit & maſculi ni generis,qđ author improbat.Sipontini vero ver ba hæc ſunt.Eandē eſſe huius vocabuli ficus declina tionem,ſiue fructum ſeu morbum ſignificet gene re autem differre,cū fœminini generis ſit,quādo fru ctum ſignificat,quādo vero morbū,maſculini.Hæc Sipontinus.Domitius vero exponens epigrāma il lud Martialis.Huius(inquit)epigrāmatis vtitur teſti monio Priſcian⁹,licet a noſtris redarguat,veluti Do mitius doleat Priſciani in hoc loco reprehenſionē. Quoniā tamen lectio iſta poſterior,in qua verba in terpretis allegantur,pro legitima,ac vera, iam ha beri cepta eſt,ſiue ſit authoris, vt vulgo putant,ſiue (qđ magis credo)verba.L. Chriſtophori, quæ eius loci expoſitionem affert, ſubiicere non ab re erit, vt cui hæc placebit, & integritatem contextus,s& ve riorem aſſequi ſenſum poſſit,ne dicam pugnantiā, ac contrarietatem deprehendat.Verba. L.Chriſto phori hæc ſunt. Antonius Nebriſſenſis, præceptor meus putat omnino hanc dictionem generis expū gendam eſſe,idipſum quod nos in textu fecimus,at q; ſubſtituendam eſſe aliam . i. declinationis,quan do eorum contentio,vt oſtendit interpres, tantum de nominis declinatione non quidē de genere erat poſſet tamen dictio illa generis vt a Verulano acri ingenio viro Romæ percepi defendi,veluti permā ſura,& in eius loco declinationis ſubſtitui nō opor tere,quod ita deducebat.Ego magis ſentio(ſubaudi tu)ꝙ Priſcianus ſentit Mar.de generis differentia ſen tire,Nam Priſcianus ſolum ſentit vitium, & fructū genere differre,ego vero(vt ſic dicat Valla)idipſum iam ſentio,qđ vitiū,fructus poſſit obiter genere dif ferre,ſed magis adhuc ſentio ego hoc,eſt ficum pro fructu,cum eſt generis maſculini,tantum eſſe decli nationis ſecundę,qđ Priſcianus ignorauit,exiſtimās generis maſculini ficū,ſimul & declinationis quar tæ reperiri poſſe,quod inauditum eſt.Iam vt aiebat Verulanus,quod Valla infra adiecit nec differentiā poſuiſſet generis inter morbum,& fructum,cū hoc

Lectionū cōtrarietaſ

Domitij Calderini.

Nebriſſen ſis recta opinio.

Soloeci du plex mem brum.

ab illo dicatur id eſt Martiale, nec nocet, quoniam illa dictio magis tātum eſt inter Vallam & Priſcia num intelligenda,non autē inter Martialem & Ce cilianum,qui non de genere,ſed declinatione certa bant. Vterq; enim placet,ſed ſecurior Antonij via& pluribus comprobata. Tu vero virum malueris ſe qui hinc habebis authorem. Hæc ille. Cuius idētidē verba ſuperi⁹ paulo adducta,vbi de ſoleciſmo agit repetamus , vt ordinem ſequamur literæ,quæ hæc ſunt. Qui dicit(inquit interpres)ficus maturas,ſole ciſmum quidē facit ſecundū illū(ſubaudi tu Cęcilia num)ſed non videtur pluribus,& hoc eſt facere, & non videri quod iam in,verbis video, & facio oſtē ſum eſt ſupra.Ex quibus Cęciliani inſcitia facile ap paret.Nam Ariſtotelis ſententia de pluribus in eo dem capite hæc eſt,lex loquēdi ſit plurium opinio: non vnius,qualis Cęcilianus erat,& hoc eſt qđ inter pres ſenſit quando dicit,Quēadmodum Cęcilianus dicit ſi ficus ſit ſecundæ declinationis,quaſi id vnum dixerit nemo præter Cæcilianū. Vnde ſubdit ſcdm illum qui dicit ficus maturas ſoleciſmū facit, veluti interpres cognouiſſet ꝙ p̄ter Cecilianū vel duo vel nemo eſſet qui hoc affirmaret.Et hanc ſuſpicor eſſe cauſam cur interpres per cōditionē id expoſuerit cū dixit.Si ficus ſit ſecundæ declinationis ſubaudi tu tā tum,id eſt non quartæ qđ manifeſtatur,quando di cit ficus maturas fuiſſe ſoleciſmū.Quibus adiecit il lud verbū quēadmodum Cęcilianus dicit id eſt ho mo nihil,qui a plurimorum cōſenſu diſceſſit. cōtra Ariſtotelis loquendi legē.Nollem quenq̄ decipi in eo,quod dicitur ficus maturas,vt intelligat hanc cō tentionem generis eſſe quod adiectiuum illud ma turas indicare videatur potiuſq̄ declinationum. Nā illam dictionem maturas eo adiecit interpres ne di ctio illa ficus in ſingulari numero atq; materialiter in nominatiuo accipi poſſet,quod apud Ariſtotelē frequentiſſimū eſt. Experiamur præterea alterū ſo leciſmi mēbrū in fico quod eſt non facere & videri, quodq; eliciendum eſt ex ſequentibus verbis quan do dicitur.Qui vero ficos,videtur quidem ſed nō fa cit id eſt qui dicit ficos,videtur quidem,ſupple tu ſo leciſmum facere.Dixit autem videtur & non addi dit ſecundum plures quaſi dicat. videtur alicui vni, qui per inſcitiam ficos in ſecunda declinatione dici negaret,quemadmodum Cęcilianus ficus maturas negabat in quarta,ſed eſto vni ei videatur, non fa cit ſubaudi tu,ſecundum plures non poetas modo ſed oratores approbatiſſimos,quorū exempla ad ducit Valla in textu.Si quis ergo ficos dixerit puta bitur(inquit interpres)ſoleciſmus ſecundum partē illam quæ eſt,non facere,& videri, & hoc ſecūdum aliquem videri, ſed ſecundū plures nō facere,quem admodum illud ſuperius e diuerſo erat id eſt ſecun dum Cęcilianum facere, ſed ſecundum plures non videri.Faſciculū igit facimus colligēdo ficus matu ras,& ficos dici poſſe & hoc ſecundū plures quorū opinio(vt Ariſtoteles in hoc capite dicit)loquēdi lex eſt.Nā vt Quintilia.libro inſtitutionū primo inquit. interim excuſatur per vitia conſuetudine , aut au thoritate, & idem Paulopoſt. Siue amare corticis, ſiue medio cortice, facit ſoleciſmum,quorum neu trum quidem reprehendo,cum ſit vtriuſq; Vergil. author.Hæc Quintil.Hactenus ille de ſoleciſmo, in

Qđ Cęcilia nus ficos [illegible] erit.

Alterū ſo leciſmi mē brum.

Pluriū opi nio loquē de lex.

quibus verbis q̃tum ſibi cum authore conſtet, iudi-
care facile eſt. Nūc quo pacto legēda reliqua, atq; in
telligenda interprætis ſit litera videamus his ſuis
Additiõis verbis, in quibus ſi bene excuſſeris, q̃uis prius dubi
caſtigatio. tare viſus ſit ſententiæ tamen noſtræ iam prope ac-
cedere intelliges. Duplex mendū (inquit) arripue-
rūt omnes Vallę codices, alterū autem expunctio-
nis, alterū vero additionis. Vbi enim legit. Qui ve-
ro ficos, ſecundum plures quidē expungito hinc ſe-
cundū plures, quæ verba apud Ariſtotelē non ſunt,
etiā Vallæ ſententiæ aduerſantur. Nā ſi quis dicet fi
cos, nō videtur ſoloeciſmus ſecundū plures, q̄ ſi vi-
Ficus p ar detur ſecundū plures nō modo Vallę ſed etiā Ari-
bore freqn ſtoteli ſenſus repugnaret qui dicit plurium opinio-
ti⁹ ſcđe de- nem loquendi eſſe legē. Eſt præterea addendū ver-
clinatiõis. bum ſubſtantiuū ſit, vbi legitur. Quēadmodū Cęci-
lianus dicit. ſi ficus ſit ſecundæ declinationis, quod
verbū apud Ariſtotelē legitur. Hæc ille. Nos tamen
locum hunc vti erat, reliquimus, ſimul ne caſtigato
res eſſemus ignoti interprætis, ſimul quia ad men-
tem Laurentij parum facere cognita eſt. Putamus
nāq; eam nō eſſe authoris, vt dictum eſt prius. Cæte
rum cū dicat Valla paulo inferius, ficum cū arborē
ſignificet frequētius quartæ eſſe q̃ ſecundæ inflexio-
nis, verba eiuſdē Chriſtophori quæ poſt multa pro-
ſequitur audiamus. Ait enim. Nō poſſum in hoc lo
co Vallam nimiū nō mirari qui ſepius dixerit ar-
borem quartę declinationis q̃ ſecundæ reperiri, cu-
ius contrariū apud omnes pene video qui de arbo-
re fico vnq̃ ſcripſerunt excepta vnius illa Ciceronis
authoritate atq; alia Palladij in titulo quem de ficu
bus inſcripſit, quē adhuc locum ego magis de fru-
ctu q̃ de arbore intelligo. Plinius lib. xv. Cato de fi-
cis ſerendis ita memorat. Palladius lib. vi. Caprifi-
candæ ſunt arbores fici. Columella lib. iij. Ficorū ge-
nera diſpari differentia in pari loco ſeruntur. Cato
in libro de re ruſtica. Ficos plurimoꝝ generum quo
loco ſeri oporteat. Ego vero arborem ſeri magis q̃
fructum vbiq; video. Hæc ille. Quod Georgius Me
rula non putet Mar. in hoc epigrammate de mor-
bo ſenſiſſe, ſed de ipſo tantū arboris pomo, quodq;
exponat Geleotus. Nartius ficos tuos: id eſt ſeruos
& familiares ficoſos, ad hunc locū non pertinet, q̃q̃
hic Priſcianum ipſum hoc in loco, atq; Laurē. ſugil-
lare acerrime ac reprehēdere audeat, qui putet ficū
in genere maſculino nuſq̃ in lingua latina inueniri
quod ſi pro morbo atq; hulcere putat fortaſſe etiā
recte putat quando ne vſurpatū quidē in eo ſenſu
vſq̃ apud latinos legatur, præter vnū Martialē, quē
etiam de morbo ſenſiſſe Georgius Merula diffitetur
vt dictū eſt. Neq; Valla alicubi dicit ficum morbū
eſſe, vt vult Chriſtophorus Scobaris, ſed per condi-
tionem affirmat. ſi ficus pro morbo accipitur gene
ris maſculini. & declinationis ſecundæ eſt, nō quar-
tæ. ſed de ficu hactenus: pergamus ad reliqua. Quin
to capite de diminutiuis in vlus, poſt vocabulū cor-
puſculum, delendum eſt pluſculum, ne idem nomē
bis ponatur. Poſt vero vmbraculū, addendum has-
tiaculū. Legūt multi poſt crepuſculū gemiculū
pro geniculū, quorū alterum latinū reor, alterum
nondū legi. Non admonendū puto lectorē, vbi in
fine poſitum eſt, vt a neruies funibus, vinculiſq;, le-
gendum eſſe per literæ tranſportationem, a neruēis
funibus &c. Sic enim & multa huiuſmodi alia non
noſtra ignoratione, quæ eſſe quidē in multis poteſt,
ſed neq; incuria, aut negligentia relicta ſunt, qui præ
ſentes calchographis aſſidue inſtaremus, ſed quid
ego hæc, quando omnes vno ordine habetis Achi-
uos. Vnū eſt qđ cauſari vere poſſum: chartas plu-
res ſepicule excuſſas priuſq̃ ſecundo a nobis ac ter-
tio etiam recognitos errores in formulis caſtiga-
rent, ſic eſt ceruicoſum ac minime liberale hoc ho-
minum genus qui poſtea in reliquis ſunt eruditi. Si
itaq; aut literā pro litera, aut ſyllabā vel hmõi ali-
quid adiectum, ſubductūve reperitur, interdū etiā
dictionem inuerſam, modo ſenſus integer ſit, æqui
omnia, ac boni conſulere, lectorē, depoſcimus. Capi
te. viij. quod incipit. Tabulariū poſt vocabula, vt ci
baria pro cibis, in antiquo exemplari legit. Traſtu
arium, fuſtigarium pro fuſtigatione &c. vbi vulgo
impreſſum eſt fuſtuariū pro fuſtigatione neutrum
ad[illegible] apud latinos agnouimus vtrum igitur legē
dum ſit, expectanda eſt ab alijs ſententia. Nono au
tem capite perperā ad Luceium Fabulā pro luceiū
Fabium legitur. & paulo infra permiſſibuſq; tuis,
nec iuſſis &c. p ſed iuſſis, permiſſiſq;. Decimo poſt
vocabula. & lapis verſatilis, in antiquo ſubdit & gla
dius angeli verſatilis, Decimoquarto. Quod ſi fieri
nequit &c. ſic erat ad exemplar vetus reponendum
quod fieri nequit. Quod ſi fieri nequit, ne illud qui-
dem poterit. Quale &c. Decimoquinto ſit veſter mi
niſter aſs ſit veſtrū minimus, paulo infra. ſecuti ſu-
mus pro ſecutū ſcimus. Capite autem. xvi. vt opti-
mus quiſq; addendū, ſapiētiſſimus quiſq;, & rurſus
præpoſitus ſane ſcriptor, legendū perpolitus. Deci-
mo vero nono. poſt verba hæc. & hoc intimū acci-
pi volo pro poſitiuo, ſicut proximū. Dicimus nāq;
&c. ſic in antiquis legitur. Dicimus nāq; hic mihi eſt
magis proximus. ita hic eſt mihi magis intimus.
Item xx [illegible] qualia ſunt diuerſus, diſſimilis &c. ſic legē
dum [illegible] egro eſt, Qualia ſunt, diuerſus, diſſimilis,
alienus, vt longe diuerſus, lōge diſſimilis, lōge alie-
nus. Vbi autē capi. xxiij. legitur, famoſus fumoſus,
affectione legendum eſt famoſus fumoſus affecta-
tione, vt loca indicant. In fine. xxv. tolerabiliorque
(mea ſententia) foret cauſa, vt eant &c. in antiquo
ſic eſt tolerabiliorque noſtra expoſitio foret cauſa,
vt eant &c. Sunt & multa alia in toto opere leuio-
ra quidem, quæ coacti omittimus finem facturi, ſi
lectorem admonuerimus, diligentiā quantulacūq;
noſtram in græcoꝝ citationibus nonnunq̃ intepuiſ
ſe, quoniam expoliti ac boni deerant characteres.
Si quis hęc leget, optamus eum & valere. Parrhi-
ſijs. M.D.XXI.

## ¶INDEX EX EORVM QVÆ in Antonium Raudenſem notantur.

### ¶De litera A.

Babs cvij.
Abre xcvi.
Abhorreo cxv.
Ablatiuus quandoq; in e,& quãdoq; in i. cvij.
Acedia vel accidia cxiij.
Accuſatiuus tẽporis cx.
Acinus cxx.
Acrimonia cxv.
Actius poeta cxiiij.
Ad quo cxx.
Accolæ cv.
An pro vel cxx.
Aduerbia localia xcij.
Adytum cxvij.
Afranius. Alceus cxiiij.
Agere cxvi.
Agon ithea cix.
Agnomen cxij.
Ala cix.
Alapa cvij.
Alemani cxiij.
Alicubi,alicundo cvij.
Aliquando cxv.
Aliqualis & aliqualiter xcv.
Aliquoties & aliquid cvij.
Aliquis,aliquid & aliquod ibidẽ.
Aliquis & quidã cxvi.
Aliptes cviij.
Altiua ibidem.
Alluuiones cx.
Allucinari cxix.
Alueus cxvij.
Ambaſiatores xcvi.
Ammon cxiij.
Amicitia cvij.
Apocrifarij cxij.
Apotheca cviij.
Appoſitiones aptę. Appodiare. Apropiare cvij.
Apuleius notatur cum Gelio xcvij.
Apprime cxvi.
Aratus. Archilochus cxiiij.
Arborem ſalicem non ſalicis cviij.
Arbos,arbutus,arbuſta cviij.
Architectus cx.
Argumentatio cxviij.
Argyroaſpides xciij.
Areopagus & ares xciiij.
Ares cx.
Arillum cxx.
Arpi arpinum cxiiij.
Ars & artium nomina cvij.
Arthemon cxij.
Aſparagus cxi.
Aſper cviij.
Aſpiro rei,& aſpiro ad rem cvij.
Aſtronomia & aſtrologia cviij.
Aſtutus cviij.
Attagen, Aulea cviij.
Auledus xciij.
Aulos xciij.
Auſare xciij.
Aureum xcviij.
Auſpicium cix.
Auxilium cviij.
Axilla an axella cix.

### ¶De litera B.

Bacce xciij.
Balneum & Banchalia xciij.
Barbitõſor. Bellũ & bellus xciij.
Bladum cxv.
Bipennis cxi.
Blaſphemare cix.
Bracche bracchatum ibidem.

### ¶De litera C.

Calibs cxi.
Calefaciuntur cviij.
Caducum cxi.
Cadurcum xcv.
Camelus xcij.
Canne cxv.
Canalis cxiiij.
Cauere cix.
Caniſtrum cviij.
Canterij cxv.
Capillus cxvi.
Caritas cxiiij.
Catalogu cvij.
Caterua cxix.
Cauere cij.
Catechizo cviij.
Catus cxij.
Catulus cxiiij.
Cauſa & per cauſam cij.
Cauſarum genera cxviij.
Cecutiens cix.
Celebs cix.
Cenſus cxiiij.
Cenſorius cxv.
Ceruix cxij.
Ceruices cxij.
Ceſtus cxi.
Cæterum cxvi.
Cartha cvij.
Chyrographus cvij.
Chorda cviij.
Choraule cx.
Cinedus cxi.
Cio & cieo cxx.
Circundo cix.
Circũſcribi cxi.
Claſſica cxx.
Clientela cxix.
Clitellæ cxiiij.
Cloacæ cviij.
Codicilli cxx.
Colaphus cvij.
Commedatarium cix. & cxvi.
Commentum cxv.
Comitum cxi.
Comitia cxi.
Cominus cxi.

Commigrare cxx.
Complices cxij.
Cōporto cxiiij
Concupiſcit cx.
Confutatio cxviij.
Conops cx.
Conopeum cx.
Conſultus & conſul[illegible] ibidem.
Contendo cx.
Contentor xciiij.
Contemporaneus cxiiij.
Continuatio cx.
Conuene cv
Conuento cx.
Cornicum oculos configere cx.
Cothurnix cxiij.
Crepido cxvij.
Cum & quum cx.
Concti cxiij.
Amnum cx.
Dare operam cxiij.
Dedititij cxix.
Defectus cx.
Definire, & diffinire cx.
Deſiteri cxij.
Deitas cx. ij.
Delectatio cx.
Demereri cviij.
Diabolus cx.
Dicax cx.
Dicto, dictito cx.
Detritus cxx.
Digeſta per d, græcum non perſ. cxi.
Diploma cxi.
Diluuium cx.
Diſcerno, ſecerno cx.
Diſſoluo cix.
Diſcretio cxiiij.
Diſcolus cx.
Diſſimulo cxix.
Deſino cxiiij.
Diuerſimode cviij.
Diuerſorum cx.
Diuido. cx.
Dolere vicem. cix.
Donati cōmentarium in phor. cvij.
DITVS conditus cxvi.
E, de, & ex, pro a cvij.
Econtra & ediuerſo Bar. cix.
Edalium cx.
Epulum & epule cix.
Effero & elatus cxi.
Elogium cxv.
Eminus cxi.
Enſiculus cxi.
Ergaſtulum & ergaſterium cviij.
Energuminus cx.
Eruere cviij.
Eſt fallere, & ſimilia cxv.
Ethologi cxi.
Ex abundanti & ſuperſtite cxix.
Excubiæ cx.
Ex compoſito cxv.
Excurſiones & incurſiones cxi
Exodia cix.
Exoletus cxx.
Exoſus. Exorare cxiij.
Extrinſecus, intrinſecus cx.
Ex vrbe Roma &c. cvij.
Actio & factioſus cvij.
Fatum cviij.
Faſtidio cxi.
Fero in oculis & præ me. cxv.
Fœminalia & fœmoralia ix.
Fœnereo & fœneror cxi.
Feruere cxi.
Ferula lxxx.
Fletus cxij.
Fletus virorum cxvi.
Forum & ſcire vti foro cvij.
Fructices & frutecta cxix.
Frugalis, fruges, frugi cxix.
Fundus cx.
Fugit me cxvi.
Ario cxv.
Gaſtrimargia cxi.
Genitiuum cum aduerbijs cxvi.
Geſtire cx.
Getuli cxv.
Gymnaſium cxix.
Hactenus & eatenus cxix.
Haſtarium cxx.
Hæſiodi & Homeri ſecula cxiij.
Hic & is cxix.
Hydraula cviij.
Hinulus cvij. Hippomanes cxx.
Hippodromus cx.
Holitor cxiij.
Hoſpitium cx.
Actura cx.
Ianua cviij.
Ibidem cix.
Ignauia cxiij.
Igni cvij.
Ilex cviij.
Imbrex cviij.
Imitatio cvij. & cxvi.
Iudex cxij.
Induere cxix.
Induſtrioſus cxi.
Induciari cxi.
Infra intra cx.
Infractus cxij.
Infricari cxij.
Infiteri ibidē.
Infronitus cviij.
Inquillini cvij.
Inſignia cviij.
Inſula cx.
Inſtantia cxiij.
Interpello cxi.
Inuentor cix.
Ire in ſententiam cxix.
Iter habere cxx.
Iuba cxi.
Iubere cxiij.

LAchrymæ mouendæ fo.cviij.
Laniſta & lanius cxij.
Lacus lemanus cxiiij.
Lebus cxij.
Lætũ cvij.
Laſciuus cviij.
Lautus cix.
Legalis materia cxviij.
Lentiginoſus cxiij.
Liburne cxij.
Libripens cxiiij.
Licet ſine vt cix.
Lito & litus cxvij.
Lyra cxix.
Lodix cxix.
Lora cix.
Lupanar cxij.
Luſcus cix.
Luſtrare cxvi.
Luxuria cxx.
MAiali cxiiij.
Malum cxij.
Mango cxvij.
Martiani capelle furta cxv.
Meatim cxij.
Maioris cxvi.
Mẽbrana cix.
Memini ſe cxij.
Moderni cxix.
Multoties cvij.
Muſcipula & mericeps cxij
Mucro cx
Mutuo & Mutuor cxij
NAblum & nablium cix.
Naulũ cxij
Naucletus cxij.
Ne neu cxi.
Necubi cvij.
Nequam cxix.
Nequidem cxij.
Nenia cx.
Neuus cxij.
Nola cxix
Norma, noniter cxvi.
Nothus cxi.
Nullibi cvij
Nullatenus cvij
Nuces cx.
Nuntio nuntium nugæ cxij.
OBloqui cvij.
Obloqui Obnoxius cxij.
Obſonium cix.
Obſoletum cvij.
Officĩ ſigrãmatici cvij.
Orcheſtra cxx.
Orator vir bonꝰ cvij.
Quare. cxi.
PAbulari cxiiij.& cxv.
Pabula cxiij.
Pancratiaſtes cxi.
Paſtophoriũ cxvij.
Parentare cxvij.
Parumper cxiij.
Pariformiter cx.
Penus cxx.
Pellex cviij.& cxij.
Pellipariꝰ cxiij.
Pœnitet cxiiij.
Penu cxiij.
Penuria cxiij.
Penetralia cxviij.
Penſionarius cxiij.
Penſitandum cxiij.
Perduellis & perduellio cvij.
Perſona perſequi cxiiij
Periclitor cviij.
Perſuadeo te cxij.
Perpluſculi cxiiij
Phylocaptus cxij.
Phyſica cxvi.
Planctus & ploratio cxi.
Pluries cvij.
Porro cxviij.
Potus in Terentio cxv.
Præiudicium cxi.
Præſbyter cxvij.
Præſto cxiij.
Præſentialiter cxv.
Procella cxix.
Procus cxi.
Proficio profum cxvi.
Profiteor cxv.
Propina cviij.
Proſcriptus cxi.
Proſtibulum cxij
Propemodum cxv
Puerpera cxiij
pumex cxi.
Puſca cix.
Pumilius puncta cxv.
Pugil cvij.
QVaſi cvij.
Quatenus cxv
Quam cxiij.
Quãtotius ibidem.
Qui cxix.
Quid cxvij.
Quidã quoq̃ cvij.
Quotus cxiij.
REcõmendatio/recõmitto/recito cxvi.
Racemus & rangor cxx.
Redhibeo cxvi.
Redimo tempus cxi.
Reduces cxvi.
Reputatio cxvi.
Reus cxiij.
Rhetorice cviij.
Ridiculoſe cix.
Riperia cxvij
SCaber cviij.
Scholaris cxx
Sagina cxiij.
Sarabella cix.
Salto Salio cxvij.
Saltus cix.

| | |
|---|---|
| Scorpio | fo.cviij. |
| Scire genera | fo.cix. |
| Secula multorum ſeruare &c. | |
| Seditioſus | fo.cxv. |
| Simultas | cxiij. |
| Senſus,& ſenſum ſententia | fo.cxviij. |
| Sæuum | cvij. |
| Solaria | cx |
| Sonare | cxix. |
| Stipendiarij | cxix. |
| Suggeſtum | cxvij. |
| Sugillo | cxv. |
| Treugæ | cxiij. |
| Tribulio | cvij. |
| Tantilli | cxiij. |
| Terentius | cix. |
| Triumphus & Theſaurus | cxx. |
| Tibicines Tubicines | cvij. |
| Tranſlata a proprijs diſtincta | cxvij |


De litera V.


| | |
|---|---|
| Veruex | cxiij. |
| Vituperium | cxvi. |
| Valuæ | cxviij. |
| Vallæ lachrymæ | cxvij. |
| Velitor & veles | cxv. |
| Verecundia | cxx, |
| Verſura | cx, |
| Vnus | |
| Vnæ | cxx. |
| Vomica | cxi. |
| Vt plurimum | cix. |
| Vũ foro | cviij. |


¶FINIS.

¶Finis principalium notarum in Raudenſem. Reliqui autem opis iudicium præmiſſum eſt.

¶Excudebat Lugduni Laurentij Vallenſis latinæ linguę exemplari Laurentius Hilaire calcographus. Anno a Chriſti nato, Milleſimo quingenteſimo viceſimoſexto. Die vero, decimaquarta menſis Decẽbris.

Regiſtrum.

✠/A/B/C/D/E/F/G/H/I/K/L/M/N/O/P/Q. Omnes ſunt quaterniones præter Q qui eſt quinternio,

¶LAVRENTII VALLENSIS IN XXXIII. fabulas Eſopi e græco in latinũ ſermonem conuerſas/ad clariſſimum virum Renaldum Fonalede Præfatio

PRomiſeram nuperrime tibi cothurnices, quas ipſe venatus eſſem miſſurum. Eas capere, vt homo venandi inſuet⁹ quũ non poſſem, ad venationem meã, id eſt, literas me conuerti. Et forte ad manus venit libellus græc⁹/ex prẹda nauali tres & triginta Eſopi fabellas continens: has oẽs bidui labore venatus ſum. Mitto igitur ad te ſiue fabellas ſiue mauis cothurnices, qbus oblectare te poſſis ac ludere. Etenim ſi Octauianũ, marcũq; Antonium orbis terrarum principes, ludo cothurnicũ delectatos accepim⁹: profecto tu vir literarum amãtiſſim⁹ literatos hoc genere ludendi delectaberis. Et ſi quis Octauiano, aut Antonio pugnarem, aliquã harum auium dono dediſſet, iucũdã illis rem gratãq; feciſſet. Ego quoque tibi iucundus/gratuſq; ero: & plus triginta ei⁹ generis aues dono mitto pugnaces/victrices: & ſi forte hoc te magis iuuat, & pigues. Oblectãt em̃ hæ fabellæ/& aliũt: nec min⁹ fructus hñt/q̃ floris. Sed ne donũ ſuũ laudare inſolẽtis ſit, finem faciã. Tu ſi cothurnices veras, q̃ has fabellas malis reſcribe. Mittã nãq; non mõ cothurnices, ſed etiam pdices. Ex vrbe Caieta. Kalen. Maij. Mccccxxxviij.

¶De vulpe/& Capro.

¶Vulpes & caper ſitibundi in puteum deſcenderunt in quo quum perbibiſſent, circunſpicienti reditum Capro: Vulpes ait, bono animo eſto Caper. Excogitaui nanque, quo pacto vterque reduces ſim⁹. Si quidem tu eriges te rectum, prioribus pedibus ad parietem admotis: cornuaque adducto ad pectus mento reclinabis: & ego per terga cornuaque tua tranſiliens, & extra puteum euadens, te iſtinc poſtea educã. Cuius conſilio fidem habent capro: atque vt illa iubebat: obtẽperanti, ipſa e puteo pſilij, ac deĩde p̃ gaudio in margĩe putei geſtiebat exultabatq; nihil de hirco curã hñs. Cẹterũ quũ ab hirco vt fidifraga incuſaretur/reſpondit. enim vero hirce/ſi tantum eſſet tibi ſenſus in mente, quantum eſt ſetarum in mente/non prius in puteum deſcendiſſes, q̃ de reditu exploratum habuiſſes. Hæc fabula innuit virum prudentem debere finem explorare, anteq̃ ad peragenda veniat.

¶De vulpe & leone.

¶Vulpes nullum antea leonem conſpicata, quũ illi alternus ex improuiſo obuiaſſet: ita aſpectum eius expauit, vt parum abfuerit, quin extinguere:. Quod quum iterum poſtea accidiſſet, ad aſpectum quidem leonis eſt exterrita, ſed non ita vt prius. Tertio autem quum leonem eundem eſſet intuita, non modo non exterrita, ſed etiam fidenter adiens ſecum collocuta eſt, & confabulata. Hæc fabula innuit quod conſuetudo & conuerſatio facit, vt quæ maxime horribilia, & formidãda ſunt: neque horribilia, neque formidoloſa videantur.

¶De Gallo & Perdice.

GAllos quidā domi ſuę quū haberet, mercatus eſt perdicē,cūq; aliqādiu ſocietatē Gallorū dedit vna cū illis ſaginādā:rācq; galli ꝑſequiſq; mordicabāt,abigebātq;.Perdix aūt apud ſe afflictabaẽ exiſtimās ideo talia inferri ſibi a Gallis,qđ ſuū ab illoꝝ genere alienū eſſet.Vbi vero nō ita poſt aſpexit &illos inter ſe pugnātes, mutuoq; percutiētes,recreata a merore inqt.Equidē poſt hoc nō afflictabor amplius,vidēs eos inter ſe dimicantes.Hæc fabula innuit virū prudētē debere equo animo ferre cōtumelias ab alienigenis illatas, quos videt:ne a domeſticorum quidē iniuria abſtinere.

¶De vulpe,& capite reperto.

¶Vulpes aliqñ in domū citharedi ingreſſa:dū omnia inſtrumēta muſica:omnēq; ſuppellectilē ſcrutaretur,reperit e marmore caput ſciēter,fabreq; factū Qđ quū in manu ſumpſiet,inquit.o caput cum magno ſenſu factū, nullū ſenſum obtinēs.Hæc fabula ad eos ſpectat,qui corporis dignitatem habent,animi induſtriam ꝟo nō habent.

¶De carbonario,& Fulione.

¶Carbonarius cōducta in domo habitās,fullonē inuitauit,qui eo loci ꝓxime veniſſet,vt eiſdē in ædibus vna habitarēt,ad quē fulo: o homo nō eſt iſthuc factū cōducibile Vereor enī ne qcqđ ipſe cādidi,facerē,id omne tu carbonaria aſpergine fuſcares. Hæc fabula īnuit,nullū cū flagitioſis hñdū eē cōmerciū.

¶De viro iactabūdo.

¶Vir quidā aliquādiu peregrinatus, quū iterū domū reuertiſſet,quū multa alia in diuerſis a ſe viriliter geſta iactabūdus ꝑdicabat, tū vero id maxime qđ Rhodi oēs in certamine ſaliēdi ſuperaſſet,eiuſdē rei Rhodios, q affuerūt,teſtes eſſe,ad quē vnus aſſiſtētium rñdēs/inqt,o hō,ſi verū iſtuc eſt,qđ loqris? qd tibi opus eſt teſtibꝰ.Ecce hic Rhodꝰ.ecce hic certamē ſaliēdi.Hæc fabula innuit,ꝙ vbi rerum teſtimonia adſunt,nihil opus eſt verbis.

¶De viro apollinem tentante

¶Vir qdā facinoroſus Delphos ſe cōtulit Apollinē tētaturus,habēſq; paſſerculū ſub pallio,quē pugne tenebat,& accedēs ad tripodas,interrogabat deū dicens.Qđ habeo in dextra,viuit anne mortuū eſt? ꝓlaturus paſſerculū viuū,ſi ille mortuū rñdiſſet.Occidiſſet enī ſtatim ſub pallio clā,prius ꝓferret. At deꝰ ſubdolā calliditatē hominis intelligens,dixit,o conſultor vtrū manis facere penes te nāq; arbitriū eſt, facito,& ſiue viuū ſiue mortuum,qđ in manibus habes,proferto.Hæc fabula innuit,mentem diuinam nihil neq; latere,neq; fallere.

¶De piſcatore.

¶Piſcator quidam demiſſis in mare rhetibꝰ extulit ſmiridem puſilli corporis,quę ſic piſcatorē obſecrabat.Noli me in præſentiarum capere puſillam, & minutam,ſine abire,& creſcere,vt poſtea ſic,adulta cōmodo maiore potiaris,cui piſcator inquit.Ego vero amens ſim: ſi lucrum, qđ inter manus habeo,licet exiguum prætermittam ſpe futuri boni q̄tumlibet magni.Hæc fabula innuit,ſtolidum eſſe:qui ꝓpter ſpem maiorem rem præſentem,& certam licet paruam non amplectitur.

¶De equo.& aſino.

¶Vir quidā habebat equū/ & aſinū.In itinere autē faciendo inquit Aſinus equo.Si me ſaluum vis,releua a me partē oneris mei.Equo illius verbis nō obſequente:aſinus ſub onere cadens moritur.Tūc dominus iumentorum omnes quas portabat aſinus ſarcinas,ſimulq; coriū qđ a mortuo exuerat, equo imponit,quo onere depreſſus equus, & gemens cū clamore inquit.Ve mihi iumentorū infeliciſſimo. Quid mihi miſero male euenit? Nam recuſans partem,nunc totum onus porto & inſuper illius coriū. Hæc fabula innuit maiores debere in laboribꝰ participes eſſe minoribus,vt vtrinq; incolumes ſint.

¶De viro,& Satyro.

¶Vir quidā cum Satyro amicitiam inierat:qui quū edendi gratia ſederent:exorta cœli tēpeſtate,ac frigore vir manus ad os admouens anhelitu refocillabat:qđ intuens Satyrus/interrogabat q̄obrē id faceret.Ille inquit/calore oris algentes manus refocillo. Pauloq;poſt,calidiori edulio allato/cum vir iterum ad os manum cum edulio admouens calorem cibi tenui inſpiratiōe refrigeraret:interogat Satyrus/q̄obrem:& id faceret.Reſpondente autem viro vt refrigeraret edullium:atq; ego inquit Satyrus tecū poſt amicitiam nō exercebo:qui ex vno ore & calidum promis:& frigidum.Hæc fabula innuit:deuitandā eius amicitiam eſſe: cuius anceps vita eſt: & non ſimplex ſermo.

¶De vulpe/& Pardo.

¶Vulpes/ & Pardus de pulchritudine altercabanẽ. Et pardo ſuā verſicolorē pellem extollente.Vulpes quomodo ſuā præponere nō poſſet,inquit.At quāto ego ſpecioſior,quæ nō corpus,ſed animū verſicolorem ſortita ſum.Hęc fabula innuit pulchritudinē animi antecellere pulchritudinē corporis.

¶De Fele in fęminam mutata.

¶Felis quedā deliciū formoſi erat cuiuſdā adoleſcētis.Hanc ille vt in fœminā mutaret,Venerē dꝑcatꝰ eſt.Dea miſerta cupiditati adoleſcentuli conuertit beſtiam in ſpecioſam puellam cuius forma inardeſcens adoleſcentulus,adduxit illam ſecum domum. Quibus conſidentibus in cubiculo Venus volens periculum facere,nunquid illa cum corpore mutaſſet et mores,murem immiſit in medium. At illa & eorum qui aderant,& cubiculi nuptialis immemor e cubili ſurgens murem inſequebatur illum comedere cupiens.Tunc dea indignata iterum in ſuam reſtituit naturam.Hæc fabula innuit ſcœleſtos homines & ſi conditionem,ſtatūq; mutēt,tamen mores nequaq̄ mutare.

¶De agricola,& canibus.

¶ Agricola quidam hiberno ſydere in agro deprehenſus,deficiētibus cibarijs,primum interfectis ſingulis ouibus,illarum carnibus veſcebatur, mox & caprarum,poſtremo operarijs,bobus interemptis alebatur.Quod canes quum animaduertiſſent inter ſe collocuti ſunt dicentes.Aut nos hinc faciamus fugam.Si enī operarijs bobus dñs noſter nō pepercit ne nobis quidem Parcet.Hæc fabula innuit,fugiendos eos eſſe, cauendoſq;, qui a familiaribus quoq; manſus nō abſtinent.

¶De agricola ſeuiente in filios.

¶Agricola filios ſuos videns cotidie digladiantes: neq; in gratiam inter ſe reducere potis eſſet : iuſſit faſciculum virgarum ſibi afferri:aderant autem filij illic ſedentes;quæ quum illatæ eſſent:colligauit om

nes in vnum faſciculũ, miſitq; ſingulos filiorũ faſciculum capere, atq; cõſtringere. Illis vero cõſtringere non valentibus, ſoluens poſtea faſciculum tradidit ſingulas virgas eis frangenda. Atq; illis ſtatim facileq; frangentibus intulit. Ita & vos filij mei, ſi filioli perſeueretis vnanimes perſtiteritis, inexpugnabiles vos hoſtibus, inuictoſq; præbebitis. Sin minus, ipſa veſtra æmulatio, atq; ſeditio oportunã vos prædam inimicis faciet. Hæc fabula innuit, quæ res humanas facere vel a concordia incrementum, vel diſcordia iacturam.

¶De muliere, & gallina.

¶Mulier quædam vidua habebat gallinam cotidie ſingula oua parientem. Sperans aũt pro ſingulo bina oua parituram, ſi plus tribuiſſet eſcarũ, opipare educabat. Gallina vero pinguior effecta ne vnũ quidẽ ouũ parturire poterat. Hæc fabula innuit, ꝙ homines propter luxũ, & copiam rerum marceſcentes ab inſtituto retardantur.

¶De homine, quem canis momorderat.

¶Admorſus a Cane quidã circuibat ſingulos, corrogans curationẽ, Nactuſq; quẽdam eſt, qui cognita mali qualitate, inquit. Sit quidẽ homo conualeſcere vis, ſume cruſtulã panis madefactã in ſanguine vulneris, porrige cani, qui te momordit, comedendã. Cui ille deridens, inquit. Ego me hercle ſi iſtud fecero dignus ſum, qui ab omnibus huius vrbis canibus mordear. Hæc fabula innuit probos homines, quum maxima beneficia acceperint tum maxime ad maleficia animari.

¶De duobus amicis, & vrſo.

¶Duobus amicis vna iter facietibus fit Vrſus obuiã quorum vnus perterritus in arborem ſcandens, latuit. Alter vero cũ ſe ĩparẽ Vrſo ſe fore, & ſi pugnare vellet, ſuperatũ iri intelligeret, procidens ſimulabat ſe mortuũ eſſe. Vrſus autem adueniẽs aures, & occipitium omni faciebat. Illo, qui ſtratus iacebat vſq; cõtinente reſpirationem. Ita mortuus eſſe credẽs Vrſus abijt. Aiunt enim Vrſum non ſeuire in cadauer. Mox alter qui inter frondes arboris latuerat, deſcendens, interrogat amicum, quidnam ad aurem Vrſus ſecum eſſet locutus? Cui amicus inquit. Admonuit me ne poſthac cum huiuſmodi amicis iter faciam. Hæc fabula innuit, deuitandos eos amicos, qui periculoſo in tempore ab auxilio præſtando reuocant pedem.

¶De adoleſcentibus, & coquo.

¶Duo adoleſcẽtes obſoniũ a Coquo mercati cõmuniter erant. Cæterum quomodo Coquus quibuſdam negotijs domeſticis intẽderet, vaccaretq;. Alter adoleſcentum partem abſolui alterius ſinum immiſit. Conquirenti qui carnem ſuſtulerat, iurabat ſe non habere. Qui vero habebat, iurabat ſe non abſtuliſſe. Quibus Cocus intellecta adoleſcentũ aſtutia, inquit. Et ſi me latet fur, tamen eum, quem iuraſtis deum non latebit. Hæc fabula innuit, ꝙ ſi homines celamus, deum nequaꝗ celare poterimus.

¶De arũdine, & olea.

¶Diſceptabant alterutrum Arundo, & olea de conſtantia, de fortitudine, & de firmitate, & olea quidã probra arũdini ingerebat, vt fragili, & ad omnem ventum vacillanti. Arundo autem obticebat, nõ lõgum tempus expectans. Nam cum ventus vehemens ingruiſſet, arundo agitabatur, refellabaturq;, olea vero quum violentiæ ventorum reluctari vellet, confracta eſt. Hæc fabula innuit eos, qui fortioribus ad tempus cedũt, potiores eſſe ĩs, qui nõ cedũt.

¶De tubicinæ.

¶Erat tubicẽ, qui in militia ſignum caneret. Is interceptus ab hominibus ad eos, qui circũſiſtebant, proclamat. Nolite me o viri innocuum, inſontemq; occidere. Nullum enim vnꝗ ego occidi. Quippe nihil buccinam aliud, ꝗ hanc turbam habeo, ad quem illi viciſſim cum clamore reſponderunt. Tu vero hoc ipſo magis trucidaberis, ꝙ quum ipſe dimicare nequeas, cæteros potes ad certamen impellere. Hæc fabula innuit, ꝙ præter cæteros peccant, qui malos & importunos principes perſuadẽt ad inique agẽdũ.

¶De aucupe & Vipera.

¶Auceps quidam ſumptis aucupatorijs retibus, ad venandum proceſſit, viſo palumbo in carmine arboris ſedente, cõpoſitas artificioſe arundines cum reti ad auem clanculum, admouebat ſperans illam ſe venari poſſe, Qđ quum agit in altum intuens, iacẽtem viperam pedibus, quæ exaſperata dolore hominem momordit. At ille iam diffidens me miſerum inquit, qui cum alterum venari volo, ipſe ab altero capt⁹ per eo. Hæc fabula innuit fraudulẽtos homines inſidias ſuas occultare. Sæpe tamen ab alijs idem ſuſtinere.

¶De Caſtore virilia ſibi amputante.

¶Caſtor præter cæteros quadrupedes in aqua durare dicit, eiuſq; genitalia ad artem medicã ſane vtilia eſſe. Tunc vbi videt ſe ab indagantibus hominibus captum iri (non enim ꝗobrem indagetur) ipſe ſibi genitalia præcidit, eaq; ad inſequentes ꝓijciens, hoc modo incolumis euadit. Hæc fabula ĩnuit hui⁹ exẽplo prudentes debere pro adipiſcenda ſalute nullã rationem habere fortunarum.

¶De thymo, & Delphino.

¶Thynus quũ delphinum inſequeretur præcipiti curſu, & iamiam capiendus eſſet, in anfractum quẽdam ſe intruſit, delphinuſq; ad alterũ ſimilem impetu ipſo illiſus eſt, ad quẽ Thynus reſpiciens, iãq; expirantem videns, inquit. Iam mihi mors non eſt moleſtia, videns eum, qui mihi cauſa mortis eſt mecum morientem. Hæc fabula innuit, equo animo ferre homines calamitates, quum eos, propter quos in calamitate ſunt, calamitoſos aſpiciunt.

¶De cane, & lanio.

¶Canis quidã inſilijt in Macellũ, lanio in aliquare occupato, & erepto pecoris corde fugiebat, ad quẽ Lanius conuerſus fugientemq; aſpiciens inquit, o canis vbicunq; fueris, te obſeruabo. Non enim ſubſtuliſti, ſed mihi cor dediſti. Hæc fabula innuit iacturam ſemper eſſe hominibus doctrinam.

¶De vate quodam.

VAticinator quidã in foro ſedẽs, ſermocinabatur, quũ quidã ſibi ꝓſto fuit, trepidãſq; denũciat fores dom⁹ ei⁹ refractas eſſe, oĩaq; direpta, q̃ in domo fuiſſent: ad quẽ nũtiũ vaticinator gemẽs ꝓperãſq; curſu ſe domũ recipiebat. Quẽ currẽtẽ quidã ĩtuẽs / o tu inqt, qui aliena negocia te diuinarũ promittis: certe tua non diuinaſti. Hæc fabula ad eos ſpectat q̃ res ſuas nõ recte adminiſtrãtes, alie

nas,& quæ nihil ad eos ꝑtinens,prouidere,& conſulere conantur.

¶De ægroto & medico

¶Ægrotus quidã a medico interrogatꝰ,quonã mõ ſe habuiſſet,præter modũ inquit,rñdit in ſudore ſeſe fuiſſe reſolutũ.Cui medicꝰ.Iſtđ inqͣt bonũ eſt.Altero autẽ die iterum interrogatus,quonã mõ ſe haberet reſpondit algoribus correptus,diu vexatus ſum,& id quoque medicus inquit bonum eſt. Tertio,quũ ab eo medico interrgaretur,reſpõdit profluuio corporis debilitatus ſum.Iſtud etiã bonum eſt medicꝰ inquit.Poſtea autẽ a familiari quodã interrogatus, quo modo habes amice?reſpondit etiam atq; etiã bene habeo,ſed morior.Hęc fabula innuit arguendos aſſentatores.

¶De aſino & lupo.

¶Aſinus calcato ligni aculeo claudicabat,cõſpecto q; lupo ait: o lupe en præcruciato morior,futurus eſca,aut tui,aut vulturũ,aut coruorum. Vnum modo abs te munꝰ flagito.Educ prius de pede aculeũ vt moriar ſaltẽ ſine cruciatu.Tũc lupꝰ ſũmis dẽtibꝰ aculeũ mordicus ꝓhendens eduxit.Aſinus vero doloris oblitus ferratos calces in faciem lupi impegit fractiſq; illius fronte.naribus,dentibus aufugit:lupo ſeipſum accuſante , ac merito ſibi id eueniſſe dicente,ꝙ qui didicerat eſſe lanius iumentorũ , nunc illorũ volebat eſſe chyrurgus.Hęc fabula innuit,ꝙ qui ſua artificia deſerũt,transferẽtes ad aliena ipſis nõ apta & in deriſum veniũt & in diſcrimen.

¶De aucupe/& merula.

¶Auceps tetenderat volucribus retia:quod eminꝰ intuens merula,ꝑcontabatur hominẽ , qd negocij ageret:ille reſpondit ſe condere vrbẽ:abijtq; lõgius & ſeſe abdidit:merula vero illius verbis fidem habens,ad eſcã iuxta rena appoſitã capta eſt:accurrẽteq; aucupe,inquit, o homo,ſi tu qdem talem vrbẽ condis,haud multos inuenies incolas. Hæc fabula innuit,eo maxime mõ rem priuatã,& rem publicã deſtrui,quum præſides ſæuitiam exercent.

¶De viatore & pera fauente.

¶Viator longum ingreſſus iter,vouit/ſi quid inueniſſet,eius dimidiũ Ioui ſe oblaturum. Inuenta aũt poſtea in ipſo itinere pera palmularum/amigdalarumq; plena ,comedit oẽs palmulas,amigdalaſq; Sed harum nucleos,illarum putamina,& cortices ad arã quandã obtulit,inquiẽs, habes Iuppiter qd tibi voueram,quod enĩ inueni,eius & interiora , & exteriora tibi offero.Hæc fabula innuit auarum ꝓpter pecuniæ cupiditatẽ etiã dijs mollirifallacias.

¶De puero & matre.

¶Puer,quidã in ſchola cõdiſcipuli furatus tabellam alphabetariã,attulit matri ſuæ,a qua non caſtigatꝰ cotidie magis furabatur.Procedẽte aũt tẽpore,cœpit furari maiora.Tandem a magiſtratu deprehenſus ducebaẽ ad ſuppliciũ.Matre vero ſequẽte, ac vociferante,rogauit ille ſatellites,vt pauliſper cũ ea ad aurem loqui permitterent, quibus permittentibus, & matre feſtinabunda aurẽ ad os filij admouente,ille auriculã maternã dẽtibus euulſit.Et quũ mater,cæteriq; increparent nõ modo ad furẽ, ſed in parentem ſuã impiũ,inquit.Hæc mihi, vt perderet cauſa extitit.Si enĩ me tabellã alphabetariã furatũ increpaſſet ſiue caſtigaſſet,nequaq̃ ad vlteriora progreſſus/ nunc ad ſuppliciũ ducerer.Hæc fabula innuit:qđ q inter initia peccãdi non coercentur,ad grauiora flagitia euadunt.

¶De paſtore artẽ nauticã exercẽte.

¶Paſtor in loco maritimo gregẽ,paſcebat,qui quũ videret mare tranquillũ,acceſſit cupido nauigationem faciendi ad mercatũ.Itaq; venundatis ouibus, emptiſq; palmarũ ſarcinis nauigabat . Aborta aũt vehemẽti tẽpeſtate,& naui mergi periclitante omne pondus nauis in mare defecit,vixq; euaſit,exonerata naui.Paucis poſt diebus veniente quodã, & tranquillitatẽ maris admirate(erat enĩ ſane tranquillũ) reſpõdens inquit,palmulas iterũ vult,quantũ intelligo,ideoq; immo tum ſeſe fore oſtẽdit.Hæc fabula innuit eruditiores effici homines dãno, atq; ꝑiculo.

¶De filio cuiuſdam ſenis,& leone.

¶Filiũ ſenior quidã habebat vnicũ,generoſi animi, & venaticoꝝ canũ amatorẽ hunc per quietẽ viderat a Leone trucidari.Territus ne forte ſomniũ hoc aliquãdo ſequeretur euentus, extruxit domũ quandã q̃ politiſſimã,& laquearibꝰ a feneſtris ameniſſimã illuc inducens filiũ aſſiduus illi cuſtos inhęrebat.Depinxerat enim ea in domo ad oblectationem filij omne animaliũ genus,in quibꝰ & leonẽ.Adoleſcẽs hæc inſpiciẽs,eo amplius moleſtię cõtrahebat.Quadam autem vice propius ſtans leoni inquit,o truculentiſſima fera propter te,& propter inane ſomniũ patris mei in hac domo aſſeruior velut in carcere. Quid tibi faciã?Et hæc dicens manum parieti incuſſit,oculum leonis eruere volens,& in clauo qui illic latebat,offendit,qua ex percuſſiõe manus emarcuit ſuccreuitq; ſanies, & febris ſubſecuta eſt,breuiq; tẽpore adoleſcens eſt mortuus.Ita leo adoleſcentẽ occidit,nihil adiuuãte patris ſophiſmate. Hæc fabula innuit,quæ ventura ſunt,deuitare poſſe neminem.

¶De caluo crines externos gerente pro natiuis.

¶Caluus quidam mentiros crines gerens, dũ equo vehebatur, ecce ſibi validior ventus illos de capite ſuſtulit,riſus ſtatim magnus a circunſtantibus excitabantur,& ille inhibito curſu ad illos,inquit.Quid mirum,ſi crines,qui non erant mei,a me receſſerũt? Illi quoq; receſſerunt,qui mecum fuerant nati.Hæc fabula innuit, non debere nos merere ob amiſſas opes.Qđ enim naſcentes a natura non accepimus, id non poteſt nobiſcum perpetuo permanere.

¶FINIS.

UNIVERSITARIA GRANADA